UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

### Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

### Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.

Liber sextus

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, REPETITÆ PRÆLECTIONIS,

## LIBER SEXTVS.

## DE SERVIS FVGITIVIS [a] ET LIBERTIS [b] MANCIPIISQVE CIVITATVM, ARTIFICIBUS [c], & ad diuerſa opera [d] deputatis, & ad rem priuatam vel dominicam [e] pertinentibus,

### TITVLVS PRIMVS.

*Fuga ſeruum afficit vt vſucapi vel præſcribi non poſſit. Bald.*

1. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Æmiliæ.

SERVVM fugitiuum ſui [f] furtum facere, & ideo non habere locum nec vſucapionem [g], nec longi temporis præſcriptionem, manifeſtum eſt, ne ſeruorum fuga dominis ſuis ex quacunque cauſa fiat damnoſa. S. Idibus Decemb. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

2. Iidem Auguſti & CC. Pompeiano.

REquirendi fugitiuos poteſtatem fieri dominis, præſidalis officij eſt. Datum Kalend. Maijs, Cæſarib. Conſſ.

3. Imperator *Conſtantinus* A. ad Probum.

SI [h] fugitiui ſerui deprehẽdantur ad [i] Barbaros tranſeuntes: aut pede [k] amputato [l] debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia [m] pœna afficiantur. Sine die & Conſ.

*Authent.* [n] *ex Nouell.* 134. *capite vltimo.*

*SEd nouo iure ſi criminis qualitas membri abſciſſionem exigat, vna ſola manus abſcindetur, ſed pro furto nec morietur* [o], *nec aliquod membrum abſcindetur, ſed aliter caſtigabitur. Fures autem vocantur, qui occultè & ſine armis huiuſmodi delinquunt. qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut ſine armis, aut in domibus, aut in itineribus, aut in mari, pœnis legalibus ſubijciantur.*

[a] 11. ff. 4. hoc de fugitiuo paucis adnoto, fugitiuũ paſſim condẽnato comparari, ſuique accuſatorem dici *l.* 15. ꝟ. *de probationib: Nouel.* 53. *cap.* 4. *l.* 1. §. 2. *ff. de ſuſpect: l.* 28. *in f. ff. de bonis libert. ad de l. vlt. infrà de ſtatu.*

[b] *l.* 5. *verſ. liberti* ꝟ. *eod.*

[c] *leg.* 5. *infrà eodem.*

[d] *l. vlt. infrà eodem.*

[e] id eſt ad dominium principis ſiue fiſcum *l.* 7. *infrà eodem.* [f] *l.* 60. *ff. de furtis:* 7. *Eclog.* 6. *ex libro* 60. *titul.* 6. *cap.* 6. licet in alijs rebus, aliud ſit fur, aliud res furtiua *Cuiac.* 17. *obſeruat.* 10. [g] §. 1. *in fin. Inſtit. de vſucap.* [h] Cepola hanc legem repetijt ad nauſeam vſque, quem vide. [i] ἐπὶ τὸ Βαρβαρικὸν *Eclog. dicto loco c.* 8. *vt & in l.* 1. ꝟ. *quæ res exportari.* [k] vnico non duobus. ſic falſario manus amputatur *Nouell.* 17. *Nouell.* 42. Nec enim poteſt quis ita damnari, vt vtraque manus vel pes vterque abſcindatur *Nouel.* 134. *cap.* 13. [l] Qua parte quis peccauit, eadem multatur. [m] capitali etiam interdum *l.* 3: *in fin. ff. de ſicarijs: l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis: l.* 3. §. 10. *ff. de re militari.* Nam in atrociſſimis motus ad delictum habetur pro confecto *leg.* 5. *ſuprà de epiſcopis: leg. ſeptima* ꝟ. *de ſicarijs:* vide tamen Nouellam Leonis 67. [n] vide in hanc Authenticam Bartholomæi Cæpolæ repetitionem. [o] Furi vita non adimitur ſed latroni. Quid ſi fur bis, térve furtum commiſerit? Baldus capitaliter ſuſpendio puniri poſſe putat, eamque communem opinionem eſſe ſcribit Clarus 5. *ſent.* §. *furtum* 16. quin, pro vnico tantum furto, modo ſit enorme: à quo diſſentit Rolandus à Valle 1. *conſil.* 91. Hoc conſtat, Iure ciuili interdum capitale fuiſſe, ex lege *decima quinta. ff. de cond. cauſ. data.* Præſtat tamen locorum conſuetudinem in ea re ſequi, & in dubio recurri ad hanc Authenticam, etiam ſi quis ſæpius furtum commiſiſſe dicatur *vide Clarum dicto loco.* Nam conſtitutio Friderici de quinque ſolidis lata, ſpecialis eſt.

4. Imp. *Conſtantinus* A. ad Valerianum.

QVicumque fugitiuum ſeruum in domum vel in agrum inſcio domino eius ſuſcepit, eum [a] cum alio pari vel viginti ſolidis [b] reddat. Si verò ſecundò vel tertiò [c] eum ſuſceperit: præter ipſum, duos vel tres alios vel prædictam æſtimationem pro vnoquoque ‖ ſeruo ‖ domino repræſentet. In minorum perſona tutoribus vel curatoribus pœna ſimili imminente. Quòd ſi ad prędictam pœnam ſoluendam is qui ſuſceperit, minimè ſufficiat: æſtimatione competentis iudicis caſtigatio [d] in eum procedat. Quòd ſi ſeruus fugitiuus ingenuum ſe eſſe mentitus, ſub [e] mercede apud aliquem fuerit: nihil is qui eum habuit, poterit incuſari. Sanè mancipium torqueri oportet, vt manifeſtet, vtrum propter lucrum capiendum callidè ‖ à domino ‖ ad domum vel ad agrum eius qui eum ſuſcepit, immiſſus ſit, an non. Quòd ſi malignè factum eſſe, ex ſerui interrogatione patuerit: ſeruo etiam ſuo eum qui hoc fecerit, priuari oportet, & ad fiſcum pertinere mancipium. Dat. 5. Kal. Iul. Gallicano & Baſſo Conſſ. 317.

2. Idem A. ad Ianuarium.

MAncipia [f] diuerſis artibus prædita, quæ ad rem publicam pertinent, in iiſdem ciuitatibus placet permanere: ita vt ſi quis tale mancipium ſolicitauerit [g], vel auocandum crediderit, cum ſeruo altero ‖ ſolicitatum ‖ reſtituat, duodecim ſolidorum ſumma inferenda reipublicæ illius ciuitatis cuius mancipium abduxerit. Libertis quoque artificibus, ſi ſolicitati fuerint, cum eadem forma ciuitati reddendis: ita vt pro fugitiuo ſeruo, ſi ſolicitudine defenſoris [h] non fuerit requiſitus & reuocatus, idem defenſor duo vicaria [i] mancipia exigatur: nec beneficio [k] principali, nec venditione [l] in eius perſona ‖ iam ‖ de cætero valituris. Datum XVI. Kalendas Martij. Conſtantino Aug. V. & Licinio Cæſar. Coſſ. 319.

6. Idem A. ad Tyberianum comitem [m] Hiſpaniarum.

CVm ſeruum quiſpiam repetit fugitiuum, & alius euitandæ legis gratia, quæ in occultantes mancipia certam pœnam ſtatuit, proprietatem opponit, vel in vocem libertatis eum animauerit: ilico nequiſſimus verbero [n], ſuper quo ambigitur, tormentis ſubijciatur.

[a] 6. *Harmenop.* 13.

[b] ea fuit vulgaris ſerui æſtimatio *leg.* 1. §. 5. *infrà de com. ſeruo.*

[c] Iterata delicta grauiùs puniuntur.

[d] *l.* 6. *in fine, ſuprà de modo multarum l.* 1. *in f. ff. de pœnis.*

[e] Contractus licitus erran tem excuſat. quo iure mòti nonnulli negant eum delicto teneri, qui mercede cõductus & ignorans in aliena ſylua arbores ceciderit. quæ opinio Accurſij *in l.* 23. *ff. de rei vindic.* ab omnibus communiter adprobatur. volunt enim toties mandatarium excuſari, quoties eius mandatum de genere licitorum fuerit *Baldus ad leg.* 5. ꝟ. *de accuſat. vide Rolandum à Valle conſil.* 54. *num.* 6. 7. 8. 9. 10. [f] id eſt libertos, vt in lege vltima ꝟ. eorum artificio & operis reſpublica vtebatur. [g] Qui ſollicitat ad fugam, punitur. [h] *l.* 1. ꝟ. *de defenſorib. ciuit.* [i] .i. quæ vicem alterius repræſentent. [k] Iudex in officio ſuo negligens, ne quidem principis reſcripto abſolui poteſt. vt & maximè ſit abſolutus, regreſſum tamen non habet in eum cui fauit iniuſtè. [l] hi ſerui qui ſunt in fuga, nec vendi poſſunt, nec donari *vide Cuiacium* 17. *obſ.* 10. *adde l.* 6. ꝟ. *de plag.* [m] Comes Hiſpaniæ. [n] eadem vox reperitur in lege *vn.* ꝟ. *de mulier. quæ ſe proſt. ſeru.*

vt [a] aperta veritate diſceptationis terminus fiat. quod non ſolum vtriſque iurgantibus proderit, ſed etiam ſeruorum animos à fuga poterit deterrere. Dat. XV. Kalen. Septemb. Pacatiano & Hilariano Coſſ. 332.

7. Imppp. *Valens, Valentin. & Gratia.* AAA. ad Felicem conſularem.

SI quis ſeruum fiſcalem [b] putauerit occultandum: nō ſolùm eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnæ ‖ nomine ‖ fiſci iuribus dependere compellatur. Dat. II. Id. April. Gratiano II. & Probo Coſſ. 371.

8. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Albino præfecto vrbi Romæ.

SI qui publicorum [c] ſeruorum fabricis [d], ſeu alijs operibus ‖ publicis ‖ deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, domibus ſe alienis, & priuatarum ancillarum conſortijs adiunxerint: tam ipſi, quàm vxores [e] eorum, & liberi, confeſtim conditioni priſtinæ laborique reſtituantur. Dat. 8. Kal. Aug. Timaſio & Promoto Coſſ. 389.

## DE FVRTIS [f] ET SERVO corrupto [g],
## Tit. II.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Theogeni.

SI pecunia tua mandantibus ſeruis ‖ tuis ‖ quidam prædia comparauerunt: eligere debes, vtrum furti actionem ‖ & condictionem ‖, an mandati potius inferre debeas, neque [h] enim æquitas patitur, vt ‖ & ‖ criminis cauſam perſequaris, & bonæ [i] fidei contractum impleri poſtules. Dat. XI. Kal. Maij, Seuero & Albino Coſſ. 195.

2. Iidem AA. negotiatoribus.

INciuilem rem deſideratis, vt agnitas res furtiuas non prius reddatis, quàm [k] pretium fuerit ſolutum à dominis. Curate igitur cautiùs [l] negotiari, ne non tantum in damna huiuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem [m] incidatis. PP. Kalend. Decemb. Chilone & Libone Coſſ. 205.

[a] *l. 12. j. de agricol. adde Cuiac. 17. obſ. 10.*
[b] de pœna ſeruum fiſcalem occultantis.
[c] De ſeruis publicis populi Romani.
[d] *Ꝟ. tit. de fabricenſibus.*
[e] Pœna ſerui publici P. Ro mani nuptias cum ancilla contrahētis.
[f] Ꝟ. 47. *ff.* 2. optime cohę ret hic titulus ſuperiori. Vix eſt enim vt ſeruus aufugiat quin ſecum furto auferat rem aliquam, pecuniámve domini Ꝟ. *leg.* 11. *j. de plagiar.*
[g] Ꝟ. 11. *ff.* 3. Inde eſt δυλοπατείας δίκη.
[h] Ex pluribus actionibus contrarijs vna eligenda eſt: qua electa actor variare non poteſt *l.* 88. ff. *eod.* Imò concurſus furti & mandati admittitur *l.* 22. §. 7. *ff. mandati.* Ꝟ. *Cuiac.* 17. *obſ.* 12 [i] mandatum intelligit. & ita dominus actionem adquirit ex ſerui mandato. [k] Poſſeſſor rei furtiuæ, rem domino reſtituere cogitur etiam non recepto precio *l. 23. s̃. de rei vindicat: facit lex 27. ff. de captiuis.* Imò precium recipit, ſi quis rem alienam à latronibus emerit *l. 6. in f. ff. de captiuis.* idq́; æquum ex eo eſſe volunt, quòd dominus nulla alia actione ſuum conſequi à latronibus potuiſſet. atqui d. lex 27. negat ſeruum ita emptum vſucapi poſſe? vt ſit ita, eadem etiam negat precium emptori reſtituendum. & ita d. legem 27. concilio. Ad hæc, emptori precium à domino reſtitui volunt, ſi emptor tempore venditionis proteſtatus fuerit ſe rem ea mente comparaſſe, vt domino redderet, Cępola *cautela X.* VVurmſer. 1. *pract.* 31. *c.* 1. à quo tamen Natta diſſentit *conſil.* 436. Clarus *lib.* 5. §. *furtum* 6. *Ꝟerſ. ſed hinc incidenter*, dubius hæret inter vtrumque. Nattæ opinionem Alciatus probat. & quidem vterque confirmatur lege. *Id quod noſtrum* 11. *ff. de regul. iur.* quin proteſtatio emptoris, ex nimia diligentia dolum arguit *l. 7. ff. de condic. inſtit.* cui ſententiæ liberius accedo. Ad hæc, Idem quoque eſſe volunt ſi precium rei venditæ in vtilitatem domini verſum fuerit *l. 19. s̃. de procuratoribus*: ſi dominus vltro precium reſtituerit *l. 36. ff. de condict. indeb.* ſi conſuetudo contraria ſit Ꝟ. *Alciat. 3. præſumpt.* 29. Quid ſi emptor auctorem laudauerit? Ꝟ. *l. 5. j. eod.* Quid ſi in taberna publica, aut in foro, vbi communiter res eiuſmodi vendi ſolent, bona fide quis emerit? puto precium reſtituendum. *arg. l. 3. ff. de ſenatusconſult. Macedon: l. 52. §. 15. ff. de furtis.* quin, eo caſu admittitur ad agendum cum ipſo domino, ſi fortè ei ſubtracta res ſit. & huc refero *l. 74. ff. de furtis.* Quid ſi eo tantum nitatur emptor, quòd imprudens emit, & aliàs bonæ famæ ſit? tali exceptione iuuari non puto, vt quem cautè negotiari lex velit *Ꝟt hic.* Interea tamen ſciendum, Ei qui ignorans emit, dari actionem furti, ſed non aduerſus dominum *l. 52. §. 10. ff. de furtis.* [l] *l. 19. ff. de regul. iur.* [m] malæ fidei ſcilicet *l. 5. j. eod. l. 12. in fin. j. eod.* Negant tamen interpretes, poſſeſſorem rei furtiuæ furem præſumi, niſi concurrentibus alijs coniecturis, vt furti non teneatur, niſi ſcienter emiſſe probetur *d. l.* 12. vel malæ & illaudatæ famæ ſit: quo caſu quæſtionem de poſſeſſione haberi poſſe exiſtimant. idemq́; dicendū in eo apud quem falſa moneta reperta fuerit Ꝟ. *Hyppolit. de Marſil. ad l. qui falſam nu.* 121. *& ſequentib. j. de falſis.* Rectè Bartolus monet, inſpiciendum eſſe quo precio res empta ſit, & vtrum clam aut palàm, vt ex huiuſmodi indicijs dolus arguatur *leg. ſexta, ſuprà de dolo.* Clàm emiſſe videtur, qui ignotum venditorem nominat *l. quinta infrà eodem.*

3. Imp. *Antoninus* A. Secundo.

SInondum [a] rem templo diuino dedicatam vitricus tuus furto abſtulit: habes [b] aduerſus eum furti actionem. PP. VI. Idib. Septemb. Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

4. Imp. *Alexander* A. Aurelio ‖ Herodi. ‖

ADuerſus eum dumtaxat, quem ſeruum tuum ſolicitaſſe [c] dicis, ſi eum deterioris animi fecit, ſerui corrupti agere potes. Quòd ſi ſolicitatum [d] occultauerit: etiam furti cum eodem agere potes. quas actiones etiam per [e] procuratorem exercere minimè prohiberis. PP. Idib. Septemb. Alexand. A. Coſſ. 223.

5. Idem Cornelio.

CIuile [f] eſt, quod ‖ à te ‖ aduerſarius tuus exigit, vt rei, quàm apud te fuiſſe fateris, exhibeas [g] venditorem. nam à tranſeunte & ignoto [h] te emiſſe, dicere non conuenit, volenti euitare alienam bono viro ſuſpicionem [i]. PP. III. Kalend. Maij, Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

6. Idem A. Pythidoro.

ALienum [k] ſeruum ſine voluntate domini qui ſciens vendiderit [l], ſeu donauerit [m], vel alio modo alienauerit [n]: nihil domino deminuere poteſt. Et ſi contrectet [o], vel apud ſe detinuerit: etiam furtum [p] facit. PP. Kalend. Maij, Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

7. Idem A. Dato.

SI is, cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam [q] dediſſe proponis, parua quantitate numerata reliquam in vſus ſuos [r] conuertit, furtum fecit. PP. Idib. Iun. Modeſto & Probo Conſſ. 229.

8. Idem A. Valentino.

ETiam furti actione [ſ] tributorum [t] exactor tenetur, ſi te non [u] ceſſante in tributoria exactione, ſciens [x] quòd nihil debetur, ancillam tui iuris abduxit, aut vendidit, quæ res facit, vt nec emptor vſucapiat, vindicatioq́; tibi ‖ ipſius ‖ competat. PP. X. Kal. Mart. Pompeiano & Peligno Coſſ. 232.

9. Impp. *Dioclet. & Max.* AA. Ædiſio.

SVbtracto furto, vel vi abrepto mancipio, quamuis hoc rebus humanis non [y] oblatum fuerit exemptū [z]: tam ad raptorem, quàm ad furem periculum redundabit, & vterque eorum pœna legitima coercebitur. S. 7. Kal. Feb. Sirmij.*

10. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI abducta mancipia furto vel [a] plagio [b], venumdata præſes prouinciæ perſpexerit: cùm nec ab emptore propter cohærens vitium, antequam ad dominum [c] poſſeſſio reuertatur [d], ‖ hæc ‖ vſucapi poſſint: & te ei,

[a] ſola dedicationis deſtinatione, nō tranſit res priuata in ſacram, non fit ſacra, neque templo quæritur actio.
[b] .i. tibi, non templo aut pontificibus competit actio *l. 35. ff. de liberali: l. 2. ff. de pollicitat.*
[c] *l. 5. s̃. tit. pro: l. 1. §. 3. Ꝟerſ. qui igitur ſeruus ff. de ſeruo corrupto.*
[d] *l. 2. in fi. ff. de priuat. delict. l. 36. in fi. ff. de furtis.*
[e] *l. 2. in fin. j. ad l. Fab. de plagiar.*
[f] at non neceſſariū Accurſ. hìc *l.* 4. §. 4. *ff. de cōd. ob turp.* Imò neceſſarium, ſi magiſtratus exhiberi iubeat *l. 13. ff. de off. præſid.*
[g] & nomines.
[h] Furti ſuſpicionem non euitat, qui dicit ſe ab ignoto emiſſe. Da notum hominem indicatum fuiſſe, num preciū emptori reſtitui oportebit? non puto reſtituendum eſſe, niſi aliud patrocinetur, *dixi ad l. 2. s̃. eod.* [i] *l. 2. s̃. eod.* de furti indicijs vide Baertium apud Bellouiſanum 3. *pract. c.* 5. [k] §. 3. *in fi. Inſt. de vſucap.* [l] *d. l. 16. j. eod. l. 1. l. 6. pro emptore.* [m] *l. 2. j. pro donato.* [n] *l. 54. §. 1. ff. eod.* [o] animo amouendi *l. 52. §. 19. ff. eod.* [p] & plagium *l. 12. de plagiarijs.* [q] Qui pecuniam, quam ad alium perferendam accepit, in vſus ſuos conuertit, furti tenetur *l. 14. §. 9. l. 43. §. 1. ff. eod. l. 38. in f. ff. de noxalibus, l. 22. §. 7. ff. mandati: l. 15. Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 6. c. 20.* quo nomine furti actio competit mittenti, niſi recepturi magis interſit *l. 14. in fi. ff. eo.* His quædam vtilia adnectamus, Rem certo loco debuiſti, tabellarius in itinere eam conſumpſit, quid iuris? tibi perit, *arg. l. 2. ff. de eo quod certo: l. 11. s̃. de reb. credit.* Si certo loco non debuiſti, ſiue te monui vt remitteres, ſiue non monui, tibi nō perit, ſi idoneo homini aut ſi publico tabellario dediſti perferendam *l. 20. ff. commodati.* Num etiam idoneus is eſt qui te monuit vt rem ad me mitteres? non eſt, niſi iuſſero vt ei rem dares *l. 10. in f. l. 11. & 12. in pr. & fi. ff. commodati.* [r] Quid ſi cum pecunia tibi data eſſet, vt cui velles dares, poſtea eam conſumpſeris? teneris mandati *l. 22. §. 7. ff. mandati.* [ſ] niſi conuentus ſit alia actione, puta in factum *l. 2. s̃. ex quibus cauſ. inf.* aliàs furti actione conuentus, fit infamis *l. 63. ff. eod.* [t] Tributorum iniquus exactor, tenetur furti 15. *Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 6. c. 21.* [u] *adde l. 73. ff. eod.* [x] aliud ſi ignorans, aut non vana perſuaſione ductus *l. 2. §. 20. ff. vi bonor.* [y] Rei furtiuæ, vel vi poſſeſſæ periculum ad furem & raptorem pertinet *l. 46. ff. eod. l. Ꝟlt. s̃. de cond. furt:* niſi moram purgauerit oblatione vt hìc: & *l. 17. ff. de cond. furt.* vel nouatione *d. l.* 17. vel ſtipulatione *d. l. 17. l. 29. in fi. ff. de verb. oblig.* vel ſi intra iudicati tempora res furtiua perierit ſine dolo malo furis condemnati *l. 14. §. 11. ff. de eo quod met.* aliàs, quiuis raptor eſt in mora *d. l. Ꝟlt. l. 1. §. 34. ff. de vi & vi.* [z] *leg. 50. ff. eodem.* [a] Res plagio exportata vſucapi non poteſt. [b] hic, & malè, Græci videntur legiſſe *Fuga* pro *Plagio*, vt oſtendit Cuiacius 7. *ad Africanum fol. 127. adde l. 60. ff. de furtis.* [c] vel quaſi, putà tutorem *l. 4. §. 11. ff. de vſurpat.* [d] ſaltem fictè, putà ſi rei æſtimationem nacti fuerimus *l. 4. §. 13. ff. de vſucap.* ſi rem pro tradita habuerimus *l. 32. ff. de vſucap.*

cuius

cuius fuerint, ſucceſſiſſe [a] repererit: reſtitui tibi prouidebit [b]. Sine die & Conſule.

11. Ijdem AA. & CC. Demoſtheni.

DE his, quæ ſubtraxiſſe nouercam [c] pupilli tui precibus ſignificas, rectorem adi prouinciæ: qui ſi eam, poſteaquam [d] dominus rerum is, pro quo ſupplicas, factus eſt, aliquid furatam cognouerit: non ignorat in quadruplũ furti manifeſti: nec manifeſti ‖verò, ‖dupli actione furti conſtituta, condemnationem formari. Datum VII. Kal. Septemb. Viminacij, CC. Coſſ.

12. Ijdem AA. & CC. Quintæ.

ANcillæ ſubtractæ partus [e] apud furem editi, priuſquàm a domino poſſideantur, vſucapi nequeunt. matris furem, etiam horum cauſa furti actione teneri conuenit. quapropter furti [f] actione & cõdictione [g], vel aduerſus poſſidentem ‖rei‖ vindicatione [h] de mancipijs vti non prohiberis: cum altera pœnam [i] continens, alterius electione minimè tolli poſſit. Nam extra [k] pœnam rei perſecutionem eſſe, nulla iuris quæſtio eſt, cùm etiam hi, qui aliena mancipia comparauerint [l], ſi hanc cauſam non ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octobr. Sirmij, CC. Coſſ.

13. Ijdem AA. & CC. Domino.

POſt deciſionem [m] furti leges [n] agi prohibent. Quod ſi non tranſegiſti [o], ſed de ſublatis partem tantum accepiſti: reſiduum vindicare, vel condicere, & actione furti apud præſidem ‖prouinciæ‖ agere potes. Dat. Kalen. Decembr. Sirmij, CC. Coſſ.

14. Ijdem AA. & CC. Dionyſio.

EOs, qui à ſeruo furtim ablata ſcientes [p] ſuſceperint [q], non tantum de ſuſceptis conuenire, ſed etiam pœnali furti actione potes. Dat. VIII. Kal. Ianuar. Sirmij, CC. Coſſ.

15. Ijdem AA. & CC. Socratæ.

FVrti actione [r] minimè teneri ſucceſſores [ſ], ignorare non debueras. De inſtrumentis [t] autem ablatis, in rem actione tenentes conuenire potes. Dat. 3. Kalen. Ianuar. Sirmij, CC. Coſſ.

16. Ijdem AA. & CC. Arthemidoro, & alijs.

SI ſeruum veſtrum [u] nutriendum qui [x] ſuſceperat, venundedit [y]: furtum commiſit. Dat. Kal. Octobr. Viminacij, CC. Coſſ.

17. Ijdem AA. & CC. Cononi.

QVamuis ‖etiam‖ expilatæ [z] hæreditatis criminis promiſcuus vſus exemplo actionis furti ream vxorem [a] fieri non patiatur: tamen hæredes, itemq; filij ſuper his, quæ de patris bonis poſſidet, aduerſus eam in rem actione [b] experiri non prohibentur. Dat. Idib. Decembr. CC. Coſſ.

18. Ijdem AA. & CC. Dionyſiodoro.

IN eum, qui ex naufragio [c] vel incendio cepiſſe, vel in his rebus damni quid dediſſe dicitur, intra annum vtilem [d] ei cui res abeſt, quadrupli [e], poſt [f] annum in ſimplum actionem proditam, prẹter pœnam olim ſtatutam, edicti forma perpetui declarat. Datum Kalend. Ianuar. Nicomediæ, CC. Coſſ.

[a] Quid, actio furti daturne ſucceſſori? vindicatio datur ſucceſſori etiam ſingulari *l. 2. ṡ. de petit. hære. l. 1. j. com. de lega.* Cõdictio vniuerſali tãtum ſucceſſori datur *l. 14. ff. de condict. furt.* (niſi dominium eius venditũ fuit à teſtatore *l. 10. §. 2. d. titu.*) nõ ſingulari *l. 11. d. titu.* Actio vero furtiua vniuerſali datur *l. 47. ff. eod:* non ſingulari, niſi ex noua contrectatione, & ita Rolandus a Valle intelligit legẽ 47. 66. *ff. eo.* legẽ 8. *ff. de ſeruo corrupto:* legẽ 35. *ff. de vſurpa.* eo etiã mouetur, quod actio pſonalis non ſequatur ſingularem ſucceſſorem. Quid ſi hæredi ꝓprietas, alteri vſusfructus ſit relictus, quis aget? *v. l. 35. ff. de vſurpat.* [b] Atqui furti actio datur ei qui poſſidet, *l. 1. §. 15. ff. ſi is qui teſtam. liber. l. 35. ff. de vſurpat.* noſtro autẽ themate ſucceſſor non poſſidet *vide Bal. hic.* [c] Vxor mortui mariti bona ab hærede adpræhenſa ſubripiens, furti tenetur *vt hic:* ſi nondum adpræhenſa, non tenetur *l. 17. j. eod.* multo minus, ſi conſtante matrimonio ſubripuerit *l. 1. ff. rerum amo tarum.* [d] Nam hæreditati iacenti, id eſt, priuſquam hæres ſit poſſeſſor, non dicitur furtum fieri *l. 2. in fi. l. vlt. ff. expilatæ hæredit. l. 35. ff. de vſucap.* niſi tribus caſibus *l. 68. 69. ff. eodem.* [e] *dixi ad l. 48. §. 5. l. 60. ff. eodem.* [f] Partus rei furtiuæ, actione furti peti poteſt. [g] furtiua *ff. de condict. furt.* [h] Vindicatio de mancipijs. [i] Pœnalis actio rei perſecutionem non tollit & è contra, *l. 54. §. 3. ff. eodem, l. 7. ff. de condict. furt.* [k] Extra pœnam, rei perſecutio eſt. [l] *l. 37. ff. de condict. indebiti.* [m] *d. l. 7. l. 61. §. 1. ff. de furtis.* [n] XII. tabularum ſcilicet, *dixi ad leg. xij. tabul. lib. 2. tit. 23. c. 5.* [o] Tranſigere de furto licet. [p] *l. 35. ff. eod. l. 1. ff. de receptatorib. l. 11. ff. de ſeruo corrupto: l. 6. in fin. ff. ad l. Iul. pecul.* [q] Qui ſciens res furtiuas recipit, furti tenetur *§. 4. in f. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. l. 10. ṡ. quod cum eo. l. 12. j. de plagiarijs: l. 14. ff. commodati: vide Rolandum à Valle 1. conſil. 45.* [r] pœnali ſcilicet *§. 1. Inſtit. de perpet. & tempor. dixi ad l. 11. ff. de reg. iur.* [ſ] ex furto delictoque defuncti. his adde quæ ſuperius dixi de actione furti ſucceſſoribus competente *ad l. 10. in fi. ṡ. eod.* [t] *l. 27. l. 32. ff. eodem.* [u] & ita alienum *l. 6. ṡ. eodem.* [x] hinc non illepidè Baldus, Si paſtor efficitur lupus tenetur furti. [y] aut conſtituit ſe emptoris nomine poſſidere. ſufficit enim ad furtum, rẽ alienam fictè contrectaſſe *Salycet.* [z] Vxor expilatæ hæreditatis non tenetur *leg. 5. ff. expilatæ.* [a] *dixi ad leg. 11. ſupr. eodem.* [b] *leg. 2. ff. expilatæ.* [c] *leg. 2. ff. de incendio.* [d] *Vide Cuiacium 2. obſeruat. 18.* [e] *d. leg. 1. leg. 44. ff. de adquirenda rerum.* [f] Imò poſt annum non datur *lege ſecunda in fine, j. de naufrag.*

*Noua conſtitutio Friderichi Imperatoris de ſtatutis & conſuetudinibus contra eccleſiæ libertatem editis, tollendis. col. 10.*

*NAuigia quocunque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingente rupta fuerint, vel aliàs ad terram peruenerint: tam ipſa nauigia, quàm nauigantium bona illis integra reſeruentur [a], ad quos ſpectabant antequam nauigia huiuſmodi periculum incurriſſent: ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, quæ huic aduerſatur ſanctioni: niſi [b] talia ſint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut ſint nobis ſiue Chriſtiano nomini inimica. Tranſgreſſores autem huius noſtræ conſtitutionis, bonorum ſuorum publicatione [c] multentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis alijs compeſcatur.*

21. Ijdem AA. & CC. Neſtiæo.

FAlſus [d] procurator depoſitum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra domini voluntatem: furtum facit, ac præter rei reſtitutionem actione ‖dupli, ‖ nec manifeſti furti conuenitur. Sine die & conſule.

*Qui ſeruum corrumpere conatus eſt, & furti & ſerui corrupti actione tenetur.*

20. Imperator *Iuſtinianus* A. Iuliano P. P.

SI [e] quis ſeruo alieno ſuaſerit, vt aliquam rem domini ſui ſurriperet, & ad ſe deferret, ſeruus autem hoc domino manifeſtauerit, & domino concedente [f] res eius ad iniquum huiuſmodi ſuaſionis auctorem pertulerit, & ipſe inuentus fuerit rem detinens: quali teneatur actione is qui res ſuſcepit, vtrũmne pro occaſione furti, an pro ſeruo ‖corrupto, ‖quia eum corrumpere voluerit: an non ſolum furti, ſed etiam ſerui corrupti ‖is‖ obligetur: veteres dubitauerunt. Nobis itaq; eorum altercationes decidentibus, placuit non ſolum furti actionem, ſed etiam ſerui corrupti contra eum dari, licèt enim ſeruus minimè deterior factus eſt, tamen conſilium [g] corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductũ eſt. & quemadmodum ſecundum iuris regulas furtum quidem non eſt commiſſum, quia is [h] videtur furtum committere, qui contra domini voluntatem res eius contrectat, ipſe autem furti actione propter dolum ſuum tenetur: ita & ſerui corrupti contra eum actio propter ſuum vitium non ab re extendatur, vt ſit ei pœnalis actio impoſita tanquam [i] re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate, & in alium ſeruum, qui ‖facilè‖ poſſit corrumpi, hoc facere pertentet. Datum Kalen. Auguſt. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

*Pro ſeruo bona fide poſſeſſo conuenitur bonæ fidei poſſeſſor furti noxali dum eum poſſidet. Bald.*

21. Idem A. Iuliano.

APud antiquos quærebatur, ſi ſeruus, quem aliquis bona [k] fide poſſideat, furtum commiſerit alienarum rerum, vel ipſius apud quem conſtitutus eſt: an ipſe, qui ‖eum‖ bona fide detinet, noxalem furti actionem aduerſus verum dominum habeat, vel ipſe ab eo qui furtum paſſus eſt, prædicta conueniatur actione. Cumq; generalis regula [l] ab antiqua prudentia expoſita eſt huius hominis gratia, pro [m] quo noxalem furti actionem ſuſcipere quis compellitur, aduerſus alium furti actionem habere non concedens: quidam ita eam per [n] coniecturam interpretati ſunt, aduerſus bonę fidei ‖quidem‖ poſſeſſorem nullo modo furti actionem extendi: ipſi autem, ſi furtum fuerit paſſus, aduerſus verum dominum furti actionem noxalem rectè decerni. Tunc autem bonæ fidei poſſeſſorem furti nomine, quod paſſus eſt, noxalem actionem contra dominum habere poſſe, quando ſeruus ſub domini ‖ſui‖ fuerit conſtitutus poſſeſſione: & pro his rebus poſſe eum aduerſus dominum habere actionem, non ſolùm quas ſeruus ſubtraxit iam apud eum conſtitutus, ſed & quas furatus eſt, quando fugit quidem à bonæ fidei poſſeſſore, adhuc autem nondum ſub manibus domini ‖ſui‖ fuerat cõſtitutus. Quam interpretationem priſca quidem iura per coniecturam

[a] *leg. vlt. ff. de incendio: v. l. 1. l. 5. j. de naufra. §. 48. Inſt. de rer. diuiſ. l. 8. ff. ad legem Rhod.* [b] Subripere impune licet res naufragij facti à pyrata, aut hoſte imperij, aut ab hæretico: ab alio non licet. [c] Pœna ſubripientis aliquid ex naufragio. [d] Falſus procurator furtũ facit *l. 43. §. 1. l. 80. §. 6. ff. eodem: l. 24. ṡ. de procuratoribus: l. 18. in f. ff. de ſolutionibus.* [e] *§. 8. Inſtit. de obligat. quæ ex delicto.* [f] Furtum fit inuito domino *j. eod.* interdum volenti *vt hic.* [g] *l. 47. ff. de regul. iur.* [h] *§. 6. Inſtit. de obligat. ex delic. 2. Caius 10. §. 4.* [i] Delicta facto & animo delinquentis perfecta puniuntur, etiamſi ex vera delicti definitione nõ ſint perfecta *vide quæ dixi ad l. 18. ff. de pœnis: l. vnic. ṡ. ſi quacunq; præditus poteſt: adde quæ dixi ad Nouel. 134. capit. 10. l. 5. ṡ. de epiſcop. l. 5. j. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. ff. de extraordinarijs.* [k] Pro ſeruo bona fide poſſeſſo conueniuntur bonæ fidei poſſeſſores, furti noxali actione, *l. 11. ff. de noxalibus.*

[l] Regula antiquæ prudentiæ. [m] Regula hoc innuit, Pro quo noxalẽ quis actionem ſuſcipere cogitur, eius nomine aduerſus alium actionem non habere, *verſic. quis habet, j. eodem.* [n] Per coniecturam interpretari.

introducebant: nos autem altius &‖verius‖ad eam reſpicientes, generalem regulam ſic ab initio eſſe prolatam accipimus. Cum igitur bonæ fidei poſſeſſor domini[a] cogitatione furem poſſidet[b]: merito, donec apud eum conſtitutus eſt, & alijs tenetur noxali actione, ſi extranei furtum à ſeruo fuerint paſſi, & ipſe aduerſus verum dominum non habet actionem, ſecundum regulam[c] dicentem: Qui habet aduerſus[d] alium furti actionem, ipſe ea teneri nō poteſt. Sin autem deſinat in ſerui retentione[e], & ille apud verum dominum fuerit inuentus: tunc ipſe quidem noxali furti actione minimè poteſt teneri, aduerſus autem verum dominum habet ipſe furti noxalem actionem pro rebus quas vel tunc furatus eſt, cum eſt apud verum dominum, vel antea poſtquam bonæ fidei poſſeſſoris retentionem[f] exceſſit, nec dum apud verum dominum factus[g] eſt. Sic iterum regulæ generali caſus euenit conſentaneus: Qui enim habet tunc ‖furti‖ actionem aduerſus[h] dominum, ipſe alijs teneri furti actione non poteſt. & ſic ex tempore omnibus diſcretis, vetuſtiſſima dubitatio noſtro fœdere conquieſcat, & bonæ fidei poſſeſſor in parte certa[i] temporis habeat actionem, & non teneatur actione: & ipſe dominus in alio tempore[k] non teneatur‖actione‖, & in alio ſub actione conſtituatur. De eo‖autem,‖qui liber[l] conſtitutus, ab alio bona fide tenetur, ſi furtū commiſerit, rectè & ſine aliqua dubitatione dicitur poſſe eū, qui liber eſt cognitus, & ab ipſo qui bona fide eum detinet, pro furto conueniri: & bonæ fidei poſſeſſorem, ſi extraneo furtum liber commiſerit, non poſſe conueniri, ſed ipſum pro ſuo furto reſpondere: quia generalis regula‖de ſeruo‖prolata eſt: & pro[m] eo qui non ſeruus, ſed liber, & ſuæ poteſtatis eſt, noxalem moueri actionem, impoſſibile, noſtriſque legibus incognitum eſt. Datum Kalend. Octobr. Lampadio & Oreſte VV.CC.Coſſ. 530.

[a] ea eſt poſſeſſio ciuilis quæ à Græcis dicitur τῇ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχὴ, 50. *Eclog.* 2. *c.* 60. id eſt, animo domini, opinione domini.
[b] Apud bonæ fidei poſſeſſorem, ſeruus ſi furtum extraneo fecit, tenetur ſerui nomine noxali actione. nec tamē aduerſus verum dominum actionem habet.
[c] *de qua ſupra verſ. cumq; generalis.*
[d] Qui aduerſus alium furti actionē habet is ea teneri non poteſt. Cur autem id receptum fuerit, ſatis nō conſtat, aut conſtat imperfectiſſimè. ſic Vrſeius in nō abſimili ſpecie eam ratio nem adfert, nō fuit in poteſtate ſerui vt vni dominorū ſeruiat, *l.* 27. §. 1. *ff. ad legem Aquil.* quæ ratio ſatis eſt infirma. de qua vide Cuiaciū 17. *obſ.* 15. vbi oſtendit Regularum iuris, quas Iuriſcōſulti à maiorib. per manus acceperunt, rationes, neq; diligenter nimium conquiri neque reddi nimis bonas.
[e] id eſt, naturali poſſeſſione.
[f] id eſt, naturalem poſſeſſionem amiſit.
[g] ſic homines ſub fideiuſſione facti dicuntur, *leg. ſecunda, in fine, ff. de cuſtod.* reus ſub cuſtodia officij factus *leg.* 1. *infr. ad Turpillian.* in poſſeſſione factus *leg.* 11. *ff. Vt in poſſ. legat. & Nouell.* 17. εἰ δὲ τινὰ ὑπὸ καὶ τὸν λόγον ποιήσεις, ſi aliquem ſub verbo feceris. *adde Cuiacium* 8. *obſeru.* 30.
[h] Qui aduerſus dominum furti actionem habet, ipſe alijs teneri furti actione non poteſt.
[i] quoties ſcilicet ſeruum non poſſidet naturaliter, *Verſic. ſin autem ſupr. eodem.*
[k] quoties ſcilicet domini cogitatione furem poſſidet *Verſic. cum igitur ſupr. eodem.*
[l] Si liber homo, cum eſſet apud bonæ fidei poſſeſſorem, extraneo furtum fecit, ipſe tenetur, non bonæ fidei poſſeſſor.
[m] Liberi hominis cauſa non datur noxalis actio, *leg.* 42. *ff. de noxalibus, leg.* 13. *in fin. ff. de interrogationibus:* quod ad mercenarios ſeruos noſtri temporis extendi poteſt *leg.* 89. *ff. de furtis.*
[n] Vna eſt ex 50. deciſionibus *Vide* §. 16. *Verſ. ſed noſtra, Inſtit. de obligat. quæ ex delicto.*
[o] Furti actio competit ei cuius intereſt ne furtum committeretur, *leg.* 10. *ff. de furtis.*
[p] *Vide Modeſtinum* 2. *differentiarum apud Ruffinum titul.* 10. *in fragmentis Pythæanis.*
[q] Simplicitas legibus amica §. 7. *Inſtitut. de fideicommiſſ. libertat.* §. 3. *Inſtitu. de legitim. agnatorum ſucceſſ.*
[r] Qui rem commodauit agere poteſt rei nomine vel in ipſum furem, vt in commodatarium *leg.* 14. §. 14. 16. *leg.* 68. *ff. de furtis.* §. 16. *Inſtit. de obligat. ex delict.*

22. Idem A. Ioanni PP.

Manifeſtiſſimi[n] quidem iuris eſt, perpetrato furto ei competere furti actionem, cuius[o] intereſt, ne furtum committatur. Sed quærebatur apud antiquos legum interpretes, ſi quis commodauit alij rem ad ſe pertinentem, & ipſa ſubtracta eſt, an furti actio aduerſus furem inſtitui poſſit ab eo, qui rem vtendam ſuſcepit, idoneo[p] ſcilicet conſtituto: quia & ipſe commodati actione à domino pro ea re conueniri poſſit. Et hoc quidem penè iam fuerat cōceſſum, vt habeat ipſe actionem, niſi inopia dignoſcatur laborare. tunc enim furti actionem domino competere dicebant. Sed ea ſatis increbuit dubitatio, ſi tempore, quo furtum committebatur, idoneus erat‖is‖ qui rem commodatam acceperat, poſtea autem ad inopiam peruenit, antequam moueatur actio quæ‖ei‖antea competebat, an debeat actio, quæ ſemel ei adquiſita eſt, firmiter apud eum manere, vel ad dominum reuerti. Tum & hoc quærebatur, an in caſu furti actio ambulatoria ſit, nécne. Sed omnem talem tractatum alia ſequitur ſubdiuiſio, ſi ex parte ſoluendo ſit is qui rem vtendam accepit, vt poſſit non in totum ſed particularem ſolutionem ei facere: an habeat furti actionem, vel non. 1 ¶ Tales itaquè ambiguitates veterum, imò magis (quod melius dicendum eſt) ambages nobis decidentibus, in tanta rerum difficultate ſimplicior[q] ſententia placuit: vt in[r] domini ſit voluntate ſiue commodati ‖actionem‖ aduerſus res accipientem mouere deſiderat, ſiue furti aduerſus eum qui rem ſurripuit: & alterutra earum electa[a], dominum non poſſe ex pœnitentia ad alteram venire actionem: ſed ſi quidem furem elegerit, illum qui rem vtendam accepit, penitus liberari. ſin autem quaſi commodator veniat aduerſus eum qui rem commodatam accepit: ipſi ‖quidem‖ nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem: eum autem qui[b] pro re commodata conuenitur, poſſe aduerſus furem quidem furti actionem habere: ita tamen, ſi dominus ſciens[c] rem eſſe ſurreptam aduerſus eum cui res commodata fuit, perueniat. 2 ¶ Sin autem neſcius[d] & dubitans rem non eſſe apud eum, commodati actionem inſtituit. poſtea autem re comperta voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem peruenire: tunc licentia ei concedatur & aduerſus furem venire nullo obſtaculo ei opponendo, quoniam‖iam‖incertus conſtitutus mouit aduerſus eum qui rem vtendam accepit, commodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum eſt. tunc etenim omnimodo furem à domino quidem furti actione liberari, ſuppoſitum autem eſſe ei, qui‖pro‖re‖ſibi‖ commodata domino ſatisfecit: cum manifeſtiſſimum ſit, etiam ſi ab initio dominus actionem inſtituit commodati, ignorans rē eſſe ſurreptam, poſtea autem hoc ei cognito aduerſus furem tranſiuit: omnimodo liberari eum qui rem commodatam ſuſceperit, quemcunque cauſæ exitum aduerſus furem dominus habuerit: eadem definitione obtinente, ſiue in partem, ſiue in ſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam accepit. 3 ¶ Sed cùm in ſecundam dubitationem incidebant, quid ſtatuendum ſit, ſi quis rem commodatam habuerit, quam aliquis furto ſubtraxerit, & lite pulſatus condemnationem paſſus fuerit, non tantùm in rem furtiuam, ſed etiam in pœnam furti: & poſtea dominus rei venerit omnem condemnationem accipere deſiderans, vtpote ex ſuæ rei occaſione ortam: alia dubitatio incidit veteribus, vtrúmne rem tantum ſuam vel eius æſtimationem conſequatur, an etiam ſummam pœnalem. Et licet ab antiquis variatum eſt, & ab ipſo Papiniano in contrarias declinante ſententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet[e] variauerit, eligendus eſt, non in prima, ſed in ſecunda eius definitione, in qua lucrum ſtatuit minimè ad dominum rei peruenire. vbi[f] enim periculum, ibi & lucrum collocetur: ne ſit damno tantum deditus qui rem commodatam accepit, ſed liceat ei etiam lucrum ſperare. 4 ¶ Cùm autem in confinio[g] earum dubitationum tertia[h] exorta eſt‖quæſtio:‖ quare non & eam decidimus? Cùm enim apertiſſimi iuris ſit, non[i] poſſe maritum conſtante[k] matrimonio furti actionem contra ſuam vxorem habere, quia lex‖ita‖atrocem ‖actionem‖ dare in perſonam ita ſibi coniunctam erubuit: eiuſmodi incidit veterum ſenſibus quæſtio. Quidam etenim re ſibi commodata, huiuſmodi rei furtum à ſua muliere paſſus eſt. & dubitabatur, vtrúmne domino rei furti actio cōtra mulierem præſtaretur, an propter neceſſitatem cauſæ, & maritus eius, vtpote actioni commodati ſuppoſitus, poſſit habere furti actionem. Et auctores quidem iuris ſatis & in hac ſpecie contra ſe iurgium exercuerunt, ex præſenti autem lege, & anterioribus noſtris deciſionibus, quæ in iſta poſitæ ſunt conſtitutione, poteſt & hæc ſpecies apertius dirimi. Si enim domino dedimus[l] electionem ad quem voluerit peruenire: ſiue ad eum qui rem commodatam accepit, ſiue contra eum qui furtum commiſit: & in hac ſpecie maritus quidem propter matrimonij[m] pudorem, non furti ſed rerum[n] amotarum actionem habeat, ſi ipſum dominus elegerit. Dominus autem omnem licentiam poſſideat, ſiue aduerſus maritum commodati, ſiue aduerſus mulierem furti actionem extendere: ita tamen, vt ſi ipſe[o] qui rem commodatam accepit, ſoluendo ſit, nullo modo aduerſus mulierem furti actio extendatur: ne ex huiuſmodi occaſione inter maritum & vxorem qui non benè ſecum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forſitan marito volente vxor eius extrahatur, & furti patiatur pœnalem condemnationem. Datum XV. Kalend. Septembr. Lampadio & Oreſte VV.CC.Coſſ. 530.

[a] Commodator furem vel commodatarium eligere poteſt. eorū vno electo aduerſus alium non agit d. §. 19. niſi ignorans egerit §. 2. ĵ.
[b] Commodatarius cōuent⁹ à domino, aduerſus furē poteſt agere.
[c] V. §. 2. ĵ. *eod.*
[d] Ignorans eligere nō poteſt, nec dubitans.
[e] Papinianus variauit *Vt hic: & l.* 6. §. 1. *ff. de ſeruis exportand.* variarunt & alij iuriſcōſulti, *V. quæ ſcripſi ad l.* 75. *ff. de regul. iur.*
[f] *V. l.* 10. *ff. de reg. iur.*
[g] Confinium dubitationū.
[h] Si marito res commodata ab vxore ſubtrahitur, vxor a rei domino furti conueniri poteſt: a marito, furti non poteſt: ſed in factū actione.
[i] *l.* 2. *ff. rerum amotar.*
[k] aliud eſt poſt diuortiūm *l.* 3. *ff. rerum amotar.*
[l] §. 2. 3. ſ. *eod.*
[m] Propter matrimonij pudorem, vxor conſtante matrimonio non conuenitur.
[n] *l.* 2. *l.* 3. *ff. rerum amotar.*
[o] Commodator, ſi ab vxore commodatarij furtum fuerit rei cōmodatæ paſſus; vxorem commodatarij prius conuenire nō poteſt, q̃ marito inidoneo iudicato, *adde l.* 28. *ff. rerum amotar.*
[p] *dixi ad* 38. *ff.* 1.

## DE OPERIS[p] LIbertorum,

### Tit. III.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Romano.

Si tem-

SI tempore [a] manumiſſionis operæ tibi impoſitæ ſunt, ſcis te eas præſtare debere. Solet [b] autem inter patronos & libertos conueni- re, vt pro operis aliquid præſtetur: licet pretium [c] peti nõ poſſit, niſi quando propter inopiam pro alimentis id extra ordinem peti neceſſitas ſuaſerit: cum etſi operæ non erant impoſitæ, defectis tamen facultatibus patroni, eum alere [d] cogebaris. PP. III. Kalend. Ian. Chilone & Libone Conſſ. 205.

2. Ijdem AA. Eutycheti.

MAnumiſſionis cauſa traditus, neq; [e] in ſeruitutem reduci à manumiſſore poteſt [f], neque impoſitas operas præſtare cogitur [g]. PP. VI. Kalend. Maij, Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 206.

*Operarum indebita præſtatio condicitur. Bald.*

3. Ijdem AA. Quintiano.

QVi nummis acceptis [h] ab extraneo, ſeruum ſuum manumiſit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: ſiue fuerant operę impoſitæ, ſiue non: vt indebitam [i] ſolutam reddere cogitur. PP. Kalen. Nouemb. Albino & Æmiliano Coſſ. 207.

4. Imperator *Antoninus* A. Valeriano.

SI quam tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione [k] operarum deberi probaueris: reſtitui tibi à liberto tuo præſes iubebit. Ex hoc enim liberam [l] teſtamenti factionem libertus habet: modo ſi non onerandæ [m] libertatis gratia emiſſam ||eſſe|| cautioné probabitur. PP. XIIII. Kal. Maij, Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

5. Idem A. Terentio.

MAter tua ab eo, quem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, operas impoſitas petere non [n] poteſt, niſi eius tantum temporis, quo eum ante [o] manumiſit [p], quàm dies fideicommiſſæ libertatis exiſteret. ſed niſi [q] ei honorem patronis debitum exhibuerit: adéat competentem iudicem pro modo admiſſi vindicaturum. PP. III. Idus Maij, Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

6. Imp. *Alexander* A. Minicio.

NEc patronis pro operis mercedem accipere licet: quamuis ſi indictæ operæ præſtitæ non [r] ſint, ad pecuniæ exactionem obſequij non præſtiti æſtimatio conuertatur. 1 ¶ Qui autem duos [s] filios in poteſtate, vel diuerſis temporibus habuit: lege Iulia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Datum XII. Kal. Iun. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

7. Idem A. Auguſtino.

SI tuis [t] nũmis emptus es ab eo, à quo manumiſſus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo vt ingratus potes: patronum tamen tuum eſſe [u] eum negari non oportet. Dat. III. Idib. Septembr. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

8. Idem A. Lictorio.

LIbertæ tuæ, ducendo [x] eam vxorem, dignitatem auxiſti: & ideo non eſt cogenda operas tibi præſtare, cùm poſſis legis beneficio contentus eſſe, quòd inuito [y] te alij non poſſit iuſtè nubere. Dat. X. Kalen. Mart. Fuſco & Dextro Conſſ. 226.

9. Idem A. Herculiano.

TItius ſi ||cùm|| teſtamentum faceret, ſeruo ſuo Caio [z] libertatem cum conditione hac dedit, *Caium ſeruum meũ à die mortis meæ annis tribus peractis manumitti volo: ita ||tamen|| vt præſtet [a] heredibus meis, ſicut me viuo præſtabat:* & cùm idem ſeruus teſtatori diurnum quiddam præſtaret, & poſt mortem eius vſque ad diem

[a] Operæ tempore manumiſſionis impoſitæ, ſunt præſtandæ. Tempore manumiſſionis dicuntur imponi, ſine quibus libertas data nõ eſſet. *l. 77. ff. de ſolutionib.*
[b] *l. 24. ff. eod.*
[c] Pro futuris operis pretiũ non poteſt exigi à patrono, niſi conuentum ſit, vel neceſſitas id exigat *leg. 24. ff. eod.*
[d] *leg. 5. §. 18. ff. de agnoſcend. liber. 49. Ecl. 3. c. 51.*
[e] *l. 32. ff. eo. l. 1. §. 5. ff. quarum rerum actio.*
[f] Cur ita? nõ præſtat beneficiũ, qui debitum præſtat *l. 13. ff. eo.* Operas poteſt imponere, qui vltro tantum non ex neceſſitate manumiſit.
[g] Erronea ꝓmiſſio operarum non valet.
[h] Quì manumiſit, acceptis ab extraneo nũmis, operas imponere non poteſt.
[i] Operarum indebita præſtatio condicitur.
[k] id eſt, dum ei reuenderes operas tibi debitas, *l. 37. ff. de bon. libert.*
[l] *dixi ad d. l.* 37.
[m] *d. §. 5.* hinc colligit Baldus, Ruſticos & vaſallos non poſſe obligari in præiudicium ſuæ libertatis, *adde l. 6. ff. de off. præſid.* [n] *l. 95. in fi. ff. de legat. 1.* [o] Manumittens ante tempus quo tenetur manumittere, temporis anticipati ratione operas imponere poteſt, non vltra *Salyc.* [p] *l. 32. ff. de dolo.* atqui videtur manumittere nõ poſſe *l. 31. §. 1. ff. ad Treb.* [q] *v. l. vlt. ¬. de obſequijs.* [r] Pro præteritis operis mercedẽ accipere licet, *l. 13. §. 2. l. 24. ff. eodem.* [s] Duo filij ab operarum præſtatione liberant *l. 37. ff. de bon. libert.* [t] *l. 4. ff. de manumiſſionibus.* [u] Imo non eſt *l. 10. ff. de in ius vocando.* [x] Liberta vxor patroni facta, non tenetur ad operas *leg. 46. ff. eodem.* [y] *leg. 45. ff. de ritu nuptiarum.* [z] Alciatus *6. parerg. 9.* aliquando putauit hanc conſtitutionem adulterinam eſſe, quod Caij nomen hic ſeruo tribuatur: quodque veteres conſueuerint Græcis non Latinis nominibus ſeruos appellare. [a] An in infinitum? an potius triennij tantum ſpatio? poſtremum verius eſt. & ita tempus triennij adiectum libertatis præſtationi, intelligitur reſtringere onus indefinitum ſeruo impoſitum.

præſtandæ libertatis etiam hæredibus præſtiterit: manifeſtum eſt, quòd adeptus libertatem, ad eandem præſtationem compelli non poſſit. Dat. VII. Id. Auguſt. Fuſco & Dextro Conſſ. 226.

10. Imp. *Alexander* A. Cæcilio.

LIberti libertæque defunctorum, operas neq; extraneis [a] hæredibus patronorum, neque maritis patronarum debent. PP. Kalend. Nouembr. Alexandro A. Conſ. 227.

11. Imperator *Gordianus* A. Africano.

QVod [c] ex liberta muliere naſcitur, ingenuum eſt. 1. ¶ Is autem, qui libertæ ſuæ nubendi commodauit adſenſum [d], quamuis operas ab ea exigere non poſſit, iura ||tamen|| patronatus non amittit. PP. III. Non. Aug. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

12. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Veneriæ.

QVi manumittuntur, liberum [e], vbi voluerint, commorandi arbitrium habent: nec à patronorum filiis, quibus ſolam [f] reuerentiam debent, ad ſeruiendi neceſſitatem redigi poſſunt, niſi ingrati probētur: cùm neque cum [g] patrono habitare libertos iura compellant. S. IX. Kal. Iun. ipſis AA. & Conſſ.

13. Imppp. *Valens, Valent. & Grat.* AAA. ad Probum præfectum prætorio.

IN redhibitione [h] operarum maneat pœna in eum, qui libertum alienum recipiendum eſſe duxerit. Dat. 3. Id. Iul. Gratiano A. II. & Probo Conſſ. 371.

## DE BONIS [i] LIBERTORUM, & iure [k] patronatus,

## Tit. IIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Secundæ.

MVLTVM [l] intereſt, vtrum quis ſuis nummis emptus ac manumiſſus ſit ab emptore, an à domino ſuo data pecunia mercatur libertatem. Priore [m] enim caſu ad ||bona|| eius contra tabulas admitti patronum non placet, poſteriore [n] ||verò|| omnia iura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filij qui plenum ||eius|| habuit, vt hoſtis [o] publici bona fiſco vindicata ſint: ſecundum ea quæ diuo Pertinaci placuerunt, & nos ſecuti ſumus, in [p] iura libertorum eius fiſcus ||noſter|| ſucceſſit [q]. PP. V. Nonas Iul. Fauſtino & Rufino Conſſ. 219.

11. Impp. *Valens & Valent.* AA. ad Florianum comitem rerum priuatarum.

SI liberti conniuentibus [r] patronis conſortium cum ancillis coloniſve noſtris [f] elegerint: ſciant ||illi|| ſe deinceps commoda patronatus amiſſuros [t]. Dat. III. Idus Octobr. Treueri, Lupicino & Iouino VV. CC. Conſſ. 367.

[a] Liberti operas non debent extraneis patroni hæredibus.
[b] Patrona mortua, liberti eius marito operas non debent: honorem tamen debent, *dixi ad l. 2. ¬. de in ius vocando.*
[c] *Inſtit. de ingenuis: l. 9. ¬. de ingen. manumiſſ.*
[d] *leg. 2. ¬. de obſequijs.*
[e] Libert⁹ vbi voluerit morari põt, dum tamen operas præſtet quas debet.
[f] Patroni liberis, liberti ſolum reuerentiam debent non operas.
[g] Imò cũ patrono morari cogi poſſunt, *l. 8. in fi. ff. eo.* & ex prouincia Romã venire cogi, vt operas reddant *l. 20. in f. ff. eod.* quin peregrè cum eo proficiſci *d. leg. 38.* ſi modo per orbem terrarum temerè nõ vagetur *d. l. 20.* quod ex loginquis & breuibus excurſionibus definitur *l. 13. in f. ff. de annuis legatis.* Quid ſi certo loco morari iuſſi ſint ſerui libertate donati? voluntati defuncti obtemperandum eſt, *l. 18. in fi. ff. de aliment. l. 44. ff. de manumiſſ. teſtam.* Quid ſi extraneo ſub eiuſmodi conditione ſit relictum, vt certo loco habitet? Ius libertatis tali iuſſione infringi nõ poteſt *l. 71. §. 2. ff. de condit. & demonſt.* Ad certum domicilium neminem putat adſtringi poſſe Rolandus *ad dict.* §. 2. quod vix verum eſſe puto. Hoc conſtat ſententia iudicis, certum domicilium adſignari poſſe *l. 7. §. 1. ff. de interdictis.* An ſubdito liceat patriam mutare, *v. Papon. 3. Notar. 6. fol. 462.* de addictis glebæ colonis & cenſitis alibi dictum eſt. [h] Qui alienum libertum occultat, loco ipſius tenetur ad operarum præſtationem *lege vnic. in fine ¬. de colon. Illyr.* [i] *dixi ad 38. ff. 2.* [k] *dixi ad 37. ff. 14.* Iuris patronatus hæc præcipua capita ſunt, Ne in patronum proponatur turpis actio *lege 2. leg. 5. ff. de obſequijs:* vel exceptio *lege 4. §. 16. ff. de except. doli:* vt reuerentia & officium *leg. 26. §. 12. ff. de condiction. indeb.* & alimenta præſtentur *leg. 5. §. 18. ff. de obſequijs:* vt ingratus libertus reuocetur in ſeruitutem *leg. 3. infr. eodem.* vt patronus liberto ſuccedat *leg. 4. infr. eodem.* [l] *lege 4. infr. de obſequijs.* [m] Qui ſeruum meum eiuſdem pecunia à me redemit & manumiſit, ius in eius bona ſuccedendi non habet. [n] Etiam ſi à ſeruo meo pecuniam manumiſſionis cauſa accepero, nihilominus tamen ei ſuccedo. [o] Hoſtis publici bona, fiſco cedunt. [p] *lege 9. ff. ad legem Iul. maieſtat.* [q] *Vide quæ dixi ad dictam l. 9.* [r] Diſſimulans pro conſentiente habetur, iuſque ſuum remittere intelligitur. [f] id eſt, fiſcalibus, [t] & ita ius patronatus à patrono libertis remitti poteſt, *vt hic: & l. 3.*

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SI quis patronorum in poſterum huiuſmodi narrationem conceperit vel in libertatibus quæ inter viuos actitantur, vel in his quæ ex teſtamento vel codicillis ſcriptis‖vel ſine ſcriptis‖habitis proficiſcuntur, *Vt*[a] *liberti eorum à iure patronatus liberentur:* antiqua interpretatione ſemota, non dubitet etiam patronatus ius ex ſola tali verborum conceptione libertis eſſe remittendum: nec‖eorum‖ſucceſſionib⁹, quæ ab inteſtato deſcendunt, quas veteres etiam poſt huiuſmodi actus ſeruari in libertorum bonis decreuerunt, à nobis patronis integris reſeruandis. Sed quemadmodum in natalium[b] reſtitutione omne ius tollitur patronatus, ita & in huiuſmodi verbis eandem vim eſſe obſeruandam omnes non ignorant. Idemq; iuris eſt ſi inter viuos manumiſſione impoſita, in vltimis voluntatibus conceſſio data fuerit patronatus, † ita tamen, vt in omnibus natalium reſtitutiones ex quib⁹ penè ſolis ingenuitas mera[c] libertis competit, tam obtineant, quam in noſtra republica polleant: cum nobis cordi eſt, ingenuis[d] magis hominibus quàm libertis eam frequentari. Reuerentia tamen quæ à libertis ‖patronis‖ debetur, & iure quod aduerſus ingratos[e] libertos patronis competit, integris reſeruandis, & ſi per verborum conceptionem ſecundum à nobis inductum modum ius patronatus fuerit amiſſum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tollantur, quam pene ſola natalium reſtitutio inducit: his videlicet caſibus per quos pœnalibus modis ius patronatus quaſi ab indignis patronis eripitur, in ſuo robore duraturis. Recitata ſepties[f] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. III. Kal. Nou. Dec. V. C. Conſ.

[a] Qui ius patronatus remittit, ius omne in libertum, reuerẽtia excepta, amittit *Nouel.* 78. *c.* 2.

[b] Nataliũ reſtitutione, omne ius patronatus tollitur, ita vt libert⁹ nec obſequium nec honorem patrono debeat, nec ingratus accuſari poſſit *l.* 10. §. 3. *ff. de in ius vocando.*

† & libera teſtamenti factio *l.* 47. §. 2. *ff. de bon. libert.* & *ita abrogatur d.* §. 2.

[c] Mera libertas.

[d] Ingenuis q̃ libertis hominibus rempublicam frequentari intereſt.

[e] Ingrati actio datur aduerſus eũ cui remiſſum eſt ius patronatus *l.* 2. ȷ. *de libertis: Nouel.* 78. *c.* 2. nõ datur aduerſus reſtitutũ natalibus *dixi* ſ. *cod.* Plus eſt ergo natalib. reſtitui, quã iura patronatus remittere. quod ad actionem ingrati attinet, eadem datur aduerſus donatarium.

[f] Septimo. *dixi ad l.* 30. ſ. *de iure dot.*

4. ℥ Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ.
deeſt.

*Varia capita Græca conſtitutionis Iuſtiniani de iure patronatus ex varijs locis in vnum congeſta per Ant. Contium.*

1 Multi modi in ea enumerabantur, quibus ceſſat ius patronatus: vt paſſim aiunt Græci interpretes.

2 Volens patronus remittit ei, qui manumittitur iura patronatus. lib. 48. βασιλικ. tit. vlt.

3 Qui ſuis nummis eſt emptus, liber fit, & ſolutus omni iure patronatus etiam iure veteri libro 48. βασιλικ. ὁ κλέψας ἀλλοῖα πράγματα, καὶ διὰ τῶν τοιούτων κλοπιμαίων πραγμάτων II. συναγαγὼν, καὶ δοὺς ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐλευθερίας, ἐλευθεροῦται. ὁ δὲ II. κλέψας, οὐ δύναται δοῦναι ταῦτα καὶ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτων ἀφαιρουμένων ἀπ' αὐτοῦ.

Id eſt,

Qui alienas res furatus eſt, & ex earum diſtractione decem puta redegit, eaq; dedit pro ſua libertate, liber fit. qui verò decem furatus eſt, non poteſt ipſa dare & liber fieri, ſed ſeruus manet etiam ijſdem decem ei ablatis.

4 Ὁ ἀπρονόητος ἐλευθεροῦται. ἀπρονόητος δὲ ἐστιν, ἢ ὁ μηδένα τὸν προνοούμενον ἔχων αὐτοῦ, ἢ ὁ μὴ δυνάμενος ἑαυτοῦ προνοεῖσθαι. ὁποῖός ἐστιν ὁ παράφρων καὶ ὁ μαινόμενος.

5 Seruus ægrotus[h], niſi eius curam dominus gerat, fit liber, & dominus amittit in eo ius patronatus.

Item ne filij adoptiui patroni libertos patris adoptiui habeant.

6 Δοῦλος στρατευόμενος εἰδήσει τοῦ οἰκείου δεσπότου ἐλευθεροῦται.

Seruus ſciente domino militiam adeptus, poteſtate domini liberatur, & ingenuus fit ceſſante iure patronatus. Idem cautum fuiſſe videtur de ſeruo epiſcopatum vel clericatum vel aliquam dignitatem ſciente domino adepto, ita vt concipi debeat hæc epitome:

Δοῦλος στρατευόμενος ἢ ἀξιωματικὸς γενόμενος εἰδήσει, &c.

7 Ancillas noſtras in concubinatu habere poſſumus. Qui habet vxorem legitimam, non poteſt habere concubinam. Si quis ſine vxore conſtitutus ancillam ſuam ſub nomine habeat concubinæ, & in eadem vſq; ad mortem ſuam conſuetudine perſeuerauerit: illa cum liberis ſuis in ingenuitatem rapietur, & ſupra legitimam portionem peculium quod dominus cum moreretur, habebat, capiet: neq; liberi aut hæredes aut cognati defuncti in illam ius patronatus habebunt.

[g] hanc conſtitutionem Cuiacius 20. *obſ.* 34. reſtituit, partim ex Latina quadam & veteri trãſlatione, partim ex Baſilicis.

[h] *leg. vn.* §. 3. ȷ. *de Latina libert. Nouella* 153. *ca.* 1. *l.* 2. *ff. qui ſine manumiſſ.*

8 Inteſtato liberto mortuo, ad eius ſucceſſionem primum vocantur deſcendentes, id eſt, veteri[a] quidem iure liberi poſt libertatem parentum concepti, ex hac verò lege etiam liberi in ſeruitute parentum concepti, & poſtea manumiſſi, & poſt liberos huiuſmodi vocantur deinde cæteri aſcendentes, & parentes liberti, & fratres. ſi modo ſint liberi, id eſt manumiſſi, patronatus iure in hac parte ſopito.

[a] i. lege XII. tabularum.

9 Placebat[b] in eo genere percipiendarum hæreditatum *(loquitur de legitimis hæreditatibus)* ſucceſſionem non eſſe, id eſt, vt quamuis proximus qui ſecundum ea quæ diximus, vocatur ad hæreditatem, aut ſpreuerit hæreditatem, aut antequam adeat, deceſſerit: nihilo magis legitimo iure ſequentes admittantur. Quod iterum prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos vocabant, vtpote adgnationis iure eis recluſo. Sed nos nihil perfectiſſimo iuri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione quam de iure patronatus humanitate ſuggerente protulimus, ſancimus ſucceſſionem in adgnatorum hæreditatib⁹ non eſſe eis denegandam: cum ſatis abſurdum erat, quòd cognatis à prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente ſequens ſuccedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

[b] *Inſtit. de legitima agna. ſucceſſ.*

10 Illud[c] certum eſt, ad ſeruiles cognationes illam partem edicti qua proximitatis nomine bonorum poſſeſſio promittitur, non pertinere. nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed noſtra conſtitutione quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vſq; ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum & vndique confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, vt ſi quis in ſeruili conſtitutus conſortio, liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis conditionis muliere, vel contra ſerua mulier ex libero vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcunque ſexus, & ad libertatem his peruenientibns, & ij qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſeruitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad ſucceſſionem patris vel matris veniant, patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam[d] vocauimus, ex illa lege ſpecialiter eos vocantes, ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt: ſiue vnà cum alijs, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſiue ex eodem patre, vel eadem matre, ſiue ex alijs qualicunque copulatione nati ſunt, ad ſimilitudinem eorum qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt.

[c] *Inſti. de ſeruili cognatione.*

[d] An iure veteri libertorũ liberi ius mutuæ ſucceſſionis habuerunt excluſo ſuo patrono? Robertus videtur hoc voluiſſe 2. *recep.* 24. quo nomine reprehenſus à Cuiacio 17. *obſeru.* 13. defenditur à ſeipſo 3. *Animaduerſ.* 25. reprehenditur iterum ab Antonio Mercatore 3. *Notat.* 25. *ad de Cuiac.* 20. *obſ.* 34.

11 Sed[e] noſtra conſtitutio quam pro omni natione Græca lingua cõpendioſo tractatu habito cõpoſuimus, ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſi quidem libertus vel liberta minores centenarijs ſint, id eſt, minus centum aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro mille ſeſtertijs vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione, ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſeruauit. Cùm verò maiores centenarijs ſint, ſi hæredes vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſiue vnum ſiue plures, cuiuſcunque ſexus, vel gradus, ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnibus modis vna cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint, ſi quidem inteſtati, ad omnem hæreditatem patronos patronaſque vocauimus. Si verò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem & patronas præterierint, cùm nullos liberos haberent, vel habentes, eos exhæredauerint, vel mater ſiue auus maternus eos præterierint, ita quod non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta, tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam vt antea, ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur, vel quod deeſt, eis ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita ſine onere, vt nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad cohæredes eorum hoc onus redundet, multis alijs caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus, vt tam patroni patronæque, quàm liberi eorum nécnon qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintum gradum ad ſucceſſionẽ libertorum libertarumq; vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum

[e] *Inſtitut. de ſucceſſ. libert.*

eſt:

eſt: & ſi eiuſdem patroni vel patronæ vel duorum duarumq; pluriúmve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſſionem: & in capita non in ſtirpes diuidatur ſucceſſio: eodem modo & in ijs qui ex tranſuerſo latere veniunt, ſeruando. Pene enim conſonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

Cumq;[a] antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio, *Tum quem ex familia*, & octauo, *Vnde patroni patronæq; & parentes eorum*: vtramq; per conſtitutionem noſtram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas vſq; ad quintum gradum tantummodo coartauimus, vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quàm *Vnde legitimi & Vnde cognati*, ex quibus poſſunt ſua iura vindicare omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum reſoluta.

*Contius. Videri poſſet & hac lege conſtitutum fuiſſe id quod ait Iuſtinianus Inſtit. quibus manumit. non licet. ne maſculus in teſtamento manumittere poſſet niſi decimum ſeptimum impleſſet annum, & decimum octauum attigiſſet: & vice verſa ne fœmina teſtamento manumitteret, niſi decimum ſextum impleuiſſet, & decimum ſeptimũ attigiſſet: vt vtroq; caſu tam in maſculo quàm in fœmina media via electa ſit inter annos pubertatis & viginti annorum ætatem. Sed quia Græci numeri hac in re deprauati ſunt, nec hanc conſtitutionem diſertè exprimunt, nihil hic ea de re affirmare audemus, ſequatur quiſq; quod probabile videtur, donec certiore confirmatione vel refutatione certior fiat, quid neceſſario ſequi debeat.*

[a] §.4. *verſic. cuiquam Inſt. de bon. poſſ.*

[b] *dixi ad* 38. *ff.* 5.

[c] quid ſi manumiſſio facta ſit? ipſo iure nulla eſt.

## SI IN[b] FRAVDEM PATRONI A LIbertis alienatio[c] facta ſit, Tit. V.

*Alienata in fraudem patroni reuocantur vſq; ad legitimam portionem. Bald.*

1. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Claudio.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienauerit[d]: quatenus legitima pars deminuta eſt, reuocandi tributam conuenit eſſe poteſtatem. Datum Kalend. Nouemb. Sirmij, Cæſaribus Conſſ.

2. Ijdem AA. & CC. Iuliæ.

DEfuncto quidem liberto patronus inteſtato[e] ſuccedens, per actionem Caluiſianam in eius fraudem alienata reuocare poteſt. Verùm cum patronum poſt liberti ſui mortem ab eo fundi collatam donationem habuiſſe rata[f] adſeueras: manumiſſoris factum infirmare ſucceſſores eius minime poſſunt. Dat. 8. Kalend. Ian. Sirmij, Cæſarib. Conſſ.

[d] Alienata in fraudem patroni reuocantur vſque ad legitimã *l.* 2. *ff. eod.*

[e] Patronus alienata a liberto inteſta to mortuo reuocat p Caluiſianam *l.* 3. *§.2. ff. eod. leg.* 16. *§.* 6. *ff. de pet. hæred. teſtatò*, per Fabianam.

[f] Patronus alienationẽ factã a liberto, ſi ratam habuerit, ipſe eiuſq; hæredes reuocare non poſſunt.

## DE OBSEQVIIS[g] PATRONO præſtandis, Tit. VI.

1. Imp. *Alexander* A. Zotico.

CONTRA patronum tuum famoſam[h] actionem inſtituere non potes. PP. II. Idib. Maij, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Idem A. Leontogono.

Libertæ, quę voluntate patroni aut iure nuptæ[i] ſunt, non coguntur officium patronis ſuis præſtare. Dat. 14. Kal. Auguſt. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

3. Idem A. Xanto.

ETiam qui pactione[k] data à dominis manumittuntur, mero[l] iure omne eis obſequium debent.

*Libertus non debet contra patronum vim vel audaciam exercere; ſed ſine atrocitate verborum, æquitatem ſuæ petitionis exponere ius dicenti. Bald.*

Idem A. Victorino.

SI manumiſſori tuo vim & audaciam obieciſti, ei qui te beneficio ſuo ex ſeruitute liberando, vt aduerſarium ‖te‖ haberet, fecit: præſes prouinciæ, quatenus coercere eiuſmodi temerariam licentiam debeat, æſtimabit. Nam ſi qua tibi pecunia debebatur, ſiue de rebus aduerſus patronum diſceptatio fuerat: non protinus ad litigandum[m] currere debueras. maximè autem ſi hoc facere auderes, ſine[n] atrocitate ‖certè‖ verborum æquitatem petitionis tuæ commendare iudici potuiſti, omni honore patrono debito reſeruato. PP. II. Kal. Octobr. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

[g] *dixi ad* 37. *ff.* 5.

[h] *l.* 1. *in fin.* ſ. *ſi tutor non geſſer.* 49. *Ecl.* 2. *ca.* 1.

[i] *l.* 11. *in fi.* ſ. *de oper. lib. l.* 48. *ff. de ope. libe.*

[k] i. canonem. Pactũ enim hic ſumitur pro canone *vt Nou.* 120.

[l] Ius merum.

[m] Libertus patronum in ius nõ vocat ſine venia.

[n] Libertus aduerſus patronum litigare ſine atrocitate verborum tenetur.

*Patrono damnato, tenetur libertus præſtare reuerentiam liberis eius. Sal.*

5. Imp. *Gordianus* A. Sulpitiæ.

ETiam liberis[a] damnatorum conſuetum obſequium libertos paternos præſtare debere[b], in dubiũ non venit. Proinde ſi nõ agnoſcunt reuerentiæ debitæ munus: non immeritò videntur ipſi aduerſus ſe prouocare ſeueritatem. PP. Non. Sept. Sabin. II. & Venuſto Conſſ. 241.

6. Idem A. Cornelio.

Libertos ſiue libertas, maximè quibus impoſitæ operæ non ſunt, conſuetum[c] potius obſequium quam ſeruile miniſterium manumiſſoribus exhibere debere neq; vincula[d] perpeti, non eſt opinionis incertæ. Dat. III. Kal. April. Attico & Prætextato Conſſ. 243.

*Priuignis & filijs patroni debetur reuerentia. Bald.*

7. Impp. *Diocletian. & Maximian.* AA. Metrodoro.

NEque libertis nouercę, iniuriæ inferendæ priuignis[e] eius libera facultas eſſe debet, paternos etiam libertos (ſicut dicis) iniurioſos tibi fuiſſe, ferendum non eſt. Præſes igitur prouinciæ vindictam tibi perſonarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. V. Id. Maij, Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

8. Ijdem AA. Hermiæ.

NEque patronæ[f] tuæ obſequijs refragari te fas eſt. Dat. 12. Kal. Febr. Diocletiano & Maxim. AA. Conſulibus.

[a] *l.* 5. *§.* 20. *ff. de agnoſcend. liber. Nouell.* 78. *ca.* 2. *§.* 1. *in fin. l.* 4. *l.* 19. *in fin. ff. de iure patron.* etiam priuignis *l.* 7. ſ. *de hæredib. l.* 3. ſ. *tit. prox.*

[b] Imò non debent *l.* 3. *ff. de interdictis: l.* 1. ſ. *de bonis libertor.*

[c] cui contrariæ ſunt operæ non impoſitæ, durum ſeruitium & ſimilia.

[d] Baldus id extendit ad parentes & maritos reſpectu liberorũ & vxorum *his adde quæ dixi ad l.* 12. ſ. *de ope. liberr.*

[e] Liberti debent reuerentiã priuignis patroni *v. l.* 5. ſ. *eo. adde quæ notaui de nouerca l.* 4. *ff. de inoff.* multo magis liberis patroni *l.* 7. *in fi. ff. de oper. libertor.*

[f] nedum patrono, ſed & patronæ debetur obſequium *l.* 5. ſ. *de oper. liber. l. vlt. ff. de obſequijs: l.* 7. *in fin. ff. de oper. libert.*

## DE LIBERTIS[g] ET EOrum liberis, Tit. VII.

1. Imp. *Antoninus* A. Daphno.

NON eſt ignotum, quòd ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, vt ingratum[h] libertum accuſare non poteſt: cùm id iudicium extra ordinem præbeatur ei, qui ‖voluntate‖ ſeruo ſuo libertatem gratuitam præſtitit, non qui debitam reſtituit. PP. V. Kal. Maij Meſſala & Sabino Conſſ. 215.

2. Imp. *Conſtantin.* A. ad Maximum præfectum vrbi.

SI manumiſſus ingratus circa patronum ſuum extiterit, & quadam iactantia[k] vel contumacia ceruicem aduerſus eum erexerit, aut leuis[l] offenſæ contraxerit culpam: à patrono rurſus[m] ſub imperium ditionemque mittatur, ſi in iudicio vel apud pedaneos iudices patroni querela exorta ingratum eum oſtendat: filijs[n] etiam qui poſtea[o] nati fuerint, ſeruitutis: quoniam illis delicta[p] parentum non nocent, quos tunc eſſe ortos cõſtiterit, dum libertate illi potirentur. Sanè ſi is, qui in noſtro conſilio vindicta liberatus eſt, poſt coercitionem ‖ex‖ pœnitentia dignum ſe præſtiterit vt ei ciuitas Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quàm ſi hoc patronus eius oblatis precibus impetrauerit. Dat. Idi.[r] Apr. Romæ, Conſtant.[ſ] A. V. & Conſtante Cæſ. Conſſ. 319.

3. Impp. *Honor. & Theod.* AA. ad Senatum.

Liberti non modo aduerſus patronos non audiantur verumetiam eandem, quam patronis ipſis ‖debent,‖ reuerentiam præſtent hæredibus[t] patronorum: quibus ingrati actio, ſicut in ipſis manumiſſoribus,

[g] & eorum moribus 4. *C. Theodo.* 16.

[h] De actione ingrati *vide l.* 3. ſ. *de bon. lib. No.* 78. *c.* 2.

[i] quia legib. nõ eſt prodita actio ingrati: aut ſi prodita eſt, veluti lege Ælia Sentia in deſuetudinem abijt. poſt illam legem Senatuſconſultis & conſtitutionib. de ingratitudine libertorum agi extra ordinem cœpit. [k] *l. vn. C. Theodoſ. eod.* [l] Ob leuem offenſam inuiolato obſequio, non deſerto, commiſſam, non reuocantur in ſeruitutem liberti. [m] Liberti reuocantur in ſeruitutem ob vitium ingrati *l. penult.* ſ. *de oper. libert. l.* 6. *in fi. ff. de reſtit. in integr. leg.* 6. *ff. de agnoſcend. l.* 70. *ff. de verb. ſignif. §.* 1. *Inſtit. de capit. deminut. Nouell.* 78. *c.* 2. *Tacit.* 13. 2. *Valer.* 1. *Ambro. de Iacob & beata vita.* [n] Patris ingratitudo non nocet liberis ante ingratitudinem natis: poſt ingratitudinem natis nocet: ideoq; qui ita naſcuntur, cum parentibus in ſeruitutem reuocantur. [o] Natus ex ingrato, vt ingratus reducitur in ſeruitutem. [p] Delicta parentum regulariter liberis non nocent. [q] Cornelius Tacitus tamen *lib.* 13. *ait (Neronis tempore)* vindicta liberatos non potuiſſe in ſeruitutem retrahi. [r] Datum VI. Kalend. Auguſt. Coloniæ Agrippinæ *C. Theodoſ. eodem.* [ſ] Pacaciano & Hilariano conſulibus. [t] liberis ſcilicet *l.* 5. ſ. *tit. proximo.* Nouella Valentiniani *de libertis* etiam filijs actionem ingrati ademerunt *v. Cuiac. ad Nouell.* 78. puto tamen id etiam ad extraneos hæredes pertinere *l.* 2. ſ. *de in ius vocando.*

deferetur, ſi illi datæ ſibi libertatis immemores, nequitiam receperint[a] ſeruilis ingenij. Dat. VII. Id. Auguſt. Rauennæ, Mariniano & Aſclepiodoto Conſſ. 423.

4. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Baſſo præfecto prætorio.

LIbertinæ conditionis homines, vel eorum filij, etiam ſi militantes[b] ‖docebuntur‖ ingrati: ad ſeruitutis nexum proculdubio reducentur[c]. Dat. Kalend. April. Rauen. Theodoſ. XI. & Valent. AA. Conſſ. 425.

## DE[d] IVRE AVREORVM ANVLORUM, & de natalibus[e] reſtituendis,

### Tit. VIII.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA Philadelpho.

NATALES antiquos, & ius ingenuitatis non ordo præſtare decurionum, ſed à nobis † peti potuit. Datum XV. Kalend. April. Rauennæ, ipſis AA. & Conſſ.

2. Ijdem AA. & CC. Eumeni.

AVreorum vſus anulorum beneficio principali tributus[f], libertinitatis[g] quoad viuunt imaginem[h], non ſtatum ingenuitatis præſtat[i]. Natalibus autem antiquis reſtituti liberti, ingenui[k] noſtro conſtituuntur beneficio. Dat. XIII. Kal.* Sirmij, CC. Conſſ.

Sola manumiſſione quilibet libertus conſequitur ius aureorum anulorum. Salyc.

*Authen. ex Nouell. 78. cap. 1. & 2.*

*SEd hodie quia manumittentes ſeruos ſuos, ciues denunciant Romanos: (non enim aliter licet) ex ipſa manumiſsione aureorum anulorum, & regenerationis ius habent: vt ſint quidem liberi & ingenui, ſed iure patronatus illaſo.*

## QVI[l] ADMITTI AD BONORVM poſſeſſionem[m] poſſunt, & intra[n] quod tempus,

### Tit. IX.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Macrinæ.

BONORVM poſſeſſio filiofamilias delata, cùm ignorante[o] quoque poſſit peti, emolumentum etiam patri allatura, ſi ratam[p] petitionem pater habuerit, amittitur tranſacto têpore[q]. Sine die & conſule.

2. Ijdem AA. Criſpino.

SI bonorum poſſeſſio tibi dumtaxat competit proximitatis nomine: habuiſti ſpatium centum[r] dierum, vtilium, ex quo eum defunctum ſciſti[a] ad bonorum poſſeſſionem amplectendam. Dat. III. Non. Nouemb. Geta. Coſ.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. Creſcentio.

INfantis[b] nomine agnitam bonorum poſſeſſionem, &, antequam[c] loqueretur, diem functi rectè competere[d] nulla dubitatio eſt. S. Kalend. Ianuar. Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

4. Ijdem AA. & CC. Marcello.

EMancipata[e] ſi non agnouit intra[f] annum *Vnde liberi* bonorum poſſeſſionem: nullam[g] ad hæredes vindicationem ſucceſſionis tranſmittere potuit. Datum III. Kal. Maij, Heracliæ, CC. Conſſ.

*Ignorans non poteſt agnoſcere, nec labitur ei tempus. Bal.*

5. Ijdem AA. & CC. Maximo.

QVandiu per facti[h] quæſtionem incertum[i] eſt, vtrúmne ſecũdum tabulas, an ab inteſtato, & ex quo capite poſſeſſio ſit delata, ne tibi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis præfinitum cedat, ſuperſtitioſam geris ſolicitudinem.

6. Ijdem AA. & CC. Frontinæ.

IVris[k] ignorantiam nec mulieribus prodeſſe in edicti perpetui curſu de[l] agnoſcenda bonorum poſſeſſione, manifeſtum eſt. Dat. 3. Kal. Maij, Sirmij, Cęſarib. Conſſ.

*Tutor ſolus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſsionem pupillo delatam. Bald.*

7. Pars epiſtolæ *Conſtantij & Maximiani* Auguſtorum & Seueri & Maximiani nobiliſſimorum Cæſarum.

BOnorum quidẽ poſſeſſionem pupilli nomine agnoſcere[m] tutorem[n] potuiſſe, apertè declaratur. ipſe autem pupillus[o] bonorum poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate amplecti non poteſt, niſi etiam impuberi ſine[p] tutoris auctoritate hoc poſtulanti, ſciens[q] hoc competens iudex dederit bonorum poſſeſſionem. tunc enim emolumentũ ſucceſſionis videtur ‖ei‖ prætorio iure quæſitum eſſe. VI. Idib. Septembr. Conſtantio & Maximiano Conſſ. 294.

*Ruſticitas, ignorantia facti, & alia iuſta ratio, impediunt currere tempus præfixum ad bonorum poſſeſsionem agnoſcendam. Alex.*

8. Imp. *Conſtantius*[r] A. ad Dionyſium.

QVicunq; res ex parentum vel proximorum ſucceſſione iure ſibi competere confidit: ſciat ſibi nõ obeſſe ſi per ruſticitatem[ſ], vel ignorantiam ‖facti[t], vel abſentiam, ‖vel quamcumq; aliam rationem intra præfinitum tempus bonorum poſſeſſionem minimè[u] petijſſe noſcatur: quoniam hæc ſanctio huiuſmodi conſuetudinis neceſſitatem mutauit. Datum Prid. Id. Mart. Heliop. Conſtantio A. & Conſtante Cæſ. Coſſ.

9. Idem

[a] ſeruus, ergo neq̃ eſt & fur *v. Bal. hic.* Ita ſolent liberti ni ad nequitiam ſeruilis ingenij redire. Plautus in Perſa. *Act.* 5. Ita pars libertinorum eſt, niſi patrono quis aduerſatus eſt, Nec ſatis valere ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus. Ni q̃d effecit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus eſt. [b] *facit lex* 1. §. 3. *ff. de obſequijs.* [c] Hinc anno 1542. Tolozano Senatuſcõſulto cautum fuiſſe refert Papo, *Lettres d'eſtat ne s'ot troyer en delicts & en crimes* 2. *Notar.* 8. *c. des lettres d'eſtat: Idem* 10. *Arreſt.* 8. *num. vlt.* de literis ſtatus & Iuſtitij alias dixi. [d] *dixi ad* 40. *ff.* 10. [e] *dixi ad* 40. *ff.* 11. † hodie beneficium cuiuis liberto vltro datum eſt à lege, *Nouel.* 78. *c.* 1. His adde Paponis tractatum de nobilitate 5. *Arreſt.* 4. & 3. *Nota.* 7. *c. d'ennobliſſement.* [f] tribuebatur habentib. in bonis 1400. qui cenſus erat equeſtris *Sueto. in Iulo.* ſic Arnobius 4. Pecunia donat anulos aureos, paſſim Plinij ſeculo 33. *c.* 3. parciſſimè ſub Vitellio *Sueton.* Nunquam aut rariſſimè ſub Alexandro Seuero, ius aureorum annulorum dabatur *Lampridius.* [g] Libertatis. quidam ita legunt. Cuiac. *ad l.* 1. ]. *ſi ſeruus aut libertus*, legit libertis. [h] Imago libertatis. [i] Imò præſtat *l.* 5. *l.* 6. *ff. de iure aureor.* viuit vt ingenuus, moritur vt libertus *l.* 3. *ff. de bon. libert.* [k] Natalibus reſtitutus fit ingenuus *vt hîc: & l.* 2. 3. 5. *ff. de natalibus.* Qui ius aureorum impetrabat non fiebat ingenuus s̃. *eod.* vt deterioris ſint conditionis hi quàm illi *Nouell.* 74. *l.* 4. §. 6. s̃. *de bon. libert. l.* 6. ]. *ff. de bon. libert. l.* 6. ]. *de ſuis & legitim. l.* 3. *ff. de bon. libert.* horum honor augetur, conditio non mutatur *l.* 33. §. 1. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* Hodie vtriuſq; iuris ſublata videtur differentia. ſaltem videtur cõfuſio, dum vtrumq; libertinis omnibus à lege tribuitur *Nouell.* 78. Cæterùm, etſi ita in libertis omnimodo aboleretur ſeruitutis nota, non cõtinuo tamen in tribus erant relati *l.* 35. *ff. de legat.* 3. [l] Pars prima tituli. [m] De bonorum poſſeſſorib⁹ dixi *ad* 37. *ff.* 1. An hodie bonorum poſſeſſiones ſint in vſu, dicam *ad l. vlt.* ]. *eod.* [n] Pars altera tituli. [o] & inuito *l. vlt.* §. 1. ]. *de bon. quæ liber.* [p] *l. vlt. de bonor. poſſ. l.* 6. §. 1. *ff. de adquirend. hæred. l. vlti.* §. 1. *ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.* Imò patris iuſſus præcedere debet, neq; ſufficit ratihabitio *l.* 25. §. 4. *ff. de adquir. hæred.* ſaltem nihil operari ratihabitio dicitur *l.* 9. §. 6. *ff. de negotijs.* Aliud in hæreditate: aliud in bonorum poſſeſſione. [q] legitimo *de quo v. l.* 2. ]. *eo.* [r] Centum dies vtiles dantur extraneo, puta cognatis & adgnatis ad petendam bonorum poſſeſſionem *vt hîc: l.* 3. *ff. vnde cognati: & l.* 1. §. 8. *&* 9. *ff. de ſucceſſorio:* §. 4. *inf. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* liberis, annus datur *l.* 1. §. 12. *&* 15. *ff. de ſucceſſorio edict. l.* 4. *in fi. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.* §. 4. *inf. Inſt. de bon. poſſ. Vlp.* 28. §. 10. Eodem centum dierum ſpatio plerumq; adeunda hęreditas erat ex ſolenni lege teſtatoris *Vlp.* 22. §. 27. *l.* 3. §. 8. *ff. de minorib. l.* 22. §. 1. *ff. quando dies legati:* quod ſpatiũ dies aditionis dicitur in lege 8. §. 1. *ff. de iuris & facti ignor. l.* 86. *ff. de adquir. hæred.* Hodie à principe annus datur: à cæteris iudicib⁹, nouem menſes *l. vlt.* §. 13. *in fi.* ]. *de iure delib.* in caſu ſingulari dantur aduerſus exhæredatum præſentẽ ſex menſes: abſentẽ, duodecim *l.* 36. *in fin.* s̃. *de inoff.* Inuẽtario vero conficiendo tres menſes *l. vlt.* §. 2. ]. *de iure deliber.*

[a] Tempora bonorũ poſſeſſionis ſcientibus tantũ morte alterius debitã ſibi hęreditatem currunt *l.* 10. *ff. de bon. poſſeſſ. l.* 2. *ff. quis ordo.* Quid ſi tutor ſciuit? ſcientia tutoris nocet impuberi *l. vlt. ff. de iur. & facti ignor.* vt & alijs caſibus *l.* 3. *in fin. ff. de tributoria: l.* 22. §. 5. *ff. de liberali. l.* 4. §. 23. *ff. de doli mali.* Quid ſi actor vel ſyndicus reipublicæ? nocet reipublicæ *l.* 14. *ff. ad munic.* Quid ſi parens? non nocet filio *l.* 1. *ff. de bonor. poſſ. furioſo l.* 3. *ff. quis ordo.* Maior ergo erit in ea re tutoris authoritas quàm patris? vtiq; ille quaſi dominus eſt *l.* 27. *ff. de adminiſt. tut.* poteſt etiam bonorum poſſeſſionem petere pupillo maiori infante *l.* 3. ]. *eod. l.* 7. ff. *de bon. poſſ.* pater infanti tantum *d. l.* 7. *l.* 18. ]. *de iure deliberandi.* Fœmina teſtamentum facere poteſt tutore auctore *Vlp.* at non patre auctore *l.* 6. ff. *qui teſtam.* Pupilli obligantur tutore, nõ patre authore *l. vlt.* §. 2. ff. *de verb. obl. adde Cuiac.* 14. *obſ.* 8. [b] *l.* 7. §. 1. *in fi.* ff. *de bonor. poſſ.* [c] Infans, qui nondum loquitur. [d] hæredi infanti. [e] Emancipati debent agnoſcere intra annum bonorum poſſeſſionem vnde liberi. [f] id eſt, intra tempus legitimum *l.* 69. *in fi.* ff. *de adqu. hæred.* [g] Niſi liberi bonorum poſſeſſionem intra annum petierint eam non tranſmittunt ad hæredes *l.* 3. *in fi.* ]. *de iure delib. Vlp.* 26. §. 10. [h] De facti ignorantia *adde l.* 8. ]. *de bonor. poſſ. l.* 2. ff. *quis ordo.* [i] Ignoranti tempus petendæ bonorum poſſeſſionis non cedit *l.* 2. s̃. *eo.* [k] *l.* 11. *l. vlt.* s̃. *de iur. & fact. ignor. l.* 8. ff. *de iur. & fact. ignor.* [l] id eſt, In lucro, mulierib⁹ non ſubuenitur ignorantia lapſis: in damno, ſubuenitur *vide Cuiac.* 14. *obſ.* 38. 39. [m] at non repudiare *l.* 8. ff. *de bon. poſſeſſ.* [n] *l.* 7. §. 1. ff. *de bon. poſſ.* [o] *l.* 5. ]. *de iure deliberandi.* [p] Impubes, cauſa cognita, bonorum poſſeſſionem ſine tutore poſtulare poteſt. & ita reſtringe §. 1. *Inſtit. de auct. tut.* [q] impuberis conditionem ſcilicet *l.* 7. ff. *de bon. poſſ.* & ita volunt, iudicem ex conſcientia iudicare poſſe *l.* 3. *in fin.* ff. *de offic. prætor.* & hîc tam iudicis quàm tutoris authoritatem prodeſſe *l.* 7. §. 2. *verſ. quid tamen* ff. *de minorib.* [r] Conſtantinus *l.* 7. §. 3. s̃. *de curat. fur.* [ſ] id eſt iuris imperitiam *l.* 3. §. 12. ff *de Silaniano.* [t] *v. l.* 5. s̃. *eod.* hæc verba *facti vel abſentia* Cuiac. expungit 17. *obſ.* 19. Græci ita legunt ἐὰν διὰ ἀγροικίαν ἢ οἱονδήποτε ἄλλον λόγισμον. [u] hoc innuit, nullum excludi commodo bonorum poſſeſſionis ob id ſolum, quod intra tempora, bonorum poſſeſſionem ſolenniter non petierit à prætore: modo eam interim agnouerit.

9. Idem [a] A. ad populum.

VT verborum inanium excludimus [b] captiones: ita hoc obſeruari decernimus, vt apud quemlibet † iudicem, vel ‖etiam‖ apud duumuiros, qualiſcunque † teſtatio † amplectendæ hæreditatis oſtendatur, ſtatutis priſco iure temporibus coarctanda: eo addito, † vt etiam ſi intra alienam vicem, id eſt prioris gradus, properantius exeratur, nihilo minùs tamen efficaciam parem quaſi ſuis ſit vſa curriculis, conſequatur. Dat. Kal. Febr. Laodiceæ.

## QVANDO NON PETENTIVM [c] PARtes petentibus accreſcant [d],

### Tit. X.

*In ſucceſſionibus non petentium portiones accreſcunt petentibus. Alex.*

1. Imp. *Gordianus* A. Marthanæ.

QVOTIENS pluribus liberis, ceſſante legitima ſucceſſione, bonorum poſſeſſio defertur ‖ beneficium ‖ edicti perpetui quibuſdam omittentibus, his ſolis qui bonorum poſſeſſionem agnouerunt, portionem non petentium accreſcere, in dubium non venit. Dat. Idib. Ianuar. Peregrino & Æmiliano Conſſ. 245.

## DE BONORVM POSSESSIONE SEcundum [f] tabulas [g],

### Tit. XI.

*Donec cauſa falſi per appellationem diſcutitur, bonorum poſſeſſio agnoſci non poteſt. Bald.*

1. Imp. *Alexander* A. Vitali.

PENDENTE [h] appellatione à ſententia, qua falſum [i] teſtamentum pronunciatum eſt: incerto [k] adhuc, an defunctus inteſtatus deceſſerit: proximitatis nomine bonorum poſſeſſioni locus non eſt. Dat. 3. Kal. Maij, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Imp. *Gordian.* A. Cornelio.

BOnorum quidem poſſeſſionem ex edicto prætoris non niſi ſecundùm eas [l] tabulas, quæ ſeptem [m] teſtiũ ſignis ſignatæ ſunt, peti poſſe, in dubium non venit. Verùm ſi eundem numerum adfuiſſe ſine ſcriptis teſtamento condito, doceri poteſt: iure ciuili teſtamentum ‖factum‖ videri, ac ſecundùm nuncupationem [n] bonorũ poſſeſſionem deferri, explorati iuris eſt. PP. 12. Ka. Martij, Attico & Prætextato Conſſ. 243.

## DE BONORVM POSSESSIONE CONtra [o] tabulas quam prætor liberis [p] pollicetur,

### Tit. XII.

1. Imp. *Alexander* A. Rufo.

LIBERI, contra tabulas parentum bonorum poſſeſſione admiſſa, ſolis [q] parentibus & liberis legata præſtare ſecundùm edictum debent. PP. 4. Idus Octo. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

[a] Cõſtantin⁹ ſc. *l.* 7. §. 3. ȷ̃. *de curat. fur.* [b] In bonorũ poſſeſſionib⁹ petendis: idẽ in cretionibus *l.* 17. ȷ̃. *de iure delib.* † Olim apud municipales magiſtratus peti non poterat, municipalis miſtum imperium nõ habuit: datio bonorũ poſſeſſionis, miſti eſt imperij. Dare bonorũ poſſeſſionem erat prætoriũ vel præſidiale, nõ duumuirale *V. Cuia.* 17. *obſ.* 19. † Olim ſolennis petitio datioq; requirebatur *l.* 1. ȷ̃. *com. de ſucceſ. l.* 20. *in fin. ff. exce.* † Poſt Conſtantinum Theodoſi⁹ & Valẽtinian⁹, etiam circa teſtationem exiſtimãt ſufficere qualecunque iudicium admittendæ bonorum poſſeſſionis *l.* 1. *Cod. Theod. de cretion.* Vel *bon. poſſ.* ſiue vt Græci interpretes aiunt οἱανδήποτε ἔμφασιν τῆς καταδοχῆς quod & Inſtinianus probat. §. 6. *Inſtit. de bono. poſſ.* † Olim præmatura agnitio, id eſt facta intra tempus datum propinquiori cognato, eo deficiente, rectè facta non intelligebatur *l.* 42. §. 2. ff. *de bon. libert.* [c] bonorum poſſeſſionem ſc. 40. *Eclog.* 7. [d] Iure adcreſcendi portio deficientis alteri adcreſcit, id eſt adiungitur *l.* 3. *in fi.* ff. *de bo. poſſ.* V. ff. *de vſufructu adcreſcendo: l.* 20. ff. *de leg.* 2. *l.* 89. ff. *de lega.* 3. *l.* 142. ff. *de verbor. ſignifi. l.* 67. ff. *de adqui. hæred. l. vn.* §. 10. ȷ̃. *de cad.* V. *Duarenũ lib.* 20. 1. & 2. *de iure adcreſcendi* V. *Michaelem Graſſum lib. ſent.* §. *ius adcreſcendi.* [e] Id eſt non petentibus. Omittere bonorum poſſeſſionem & hæreditatem, eſt ab ea tempore excludi. id eſt, intra tempora conſtituta eam non accipere. Amittere, genus: Omittere, ſpecies. & hoc ſenſu ſemper hæreditas aut bonorum poſſeſſio, omitti dicitur, non alio V. *Anton. Mercatorem* 3. *Notat.* 20. *in fi.* Græci ita legunt καὶ τινὲς παραιτήσωνται *Ecl. d. loco c.* 1. [f] *Dixi ad* 37. ff. 11. De bonorũ poſſeſſionib. hoc paucis tenendũ eſt, Dari vel teſtamẽto facto vel ab inteſtato. Priore caſu, dupliciter: vel ſcriptis hæredib. *vt hic:* vel præteritis liberis, quæ & contra tabulas *tit. prox.* 12. his adde Carbonianã *tit.* 17. quæ datur liberis impuberibus præteritis, quibus fit controuerſia ſtatus & bonorum paternorum. adde & eam quæ competit patrono, eiuſue liberis *tit.* 13. Ab inteſtato, vt vnde liberi 14. vnde legitimi & cognati 15. vnde vir & vxor 18. [g] Quid? ſecundum nuncupationem poteſt ne dari bonorum poſſeſſio vtilis? poteſt V. *l.* 2. ȷ̃. *eod.* [h] Quoties de iure teſtamenti quæſtio eſt, toties bonorum poſſeſſio ab inteſtato peti non poteſt. [i] *l.* 46. ff. *de adquir. hæredit.* [k] *l.* 84. ff. *de adquir. hæredit.* [l] Quibus ex tabulis bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas detur. [m] *l.* 7. ff. *eod. l.* 12. ȷ̃. *de teſta. adde quæ dixi l.* 20. ȷ̃. *de fide inſtrum.* [n] Vtilis bonorum poſſeſſio datur nuncupatiuis hæredibus *l.* 2. *in fi.* ff. *eo. l. vlt. in fi.* ȷ̃. *de codicill.* [o] *dixi ad* 37. ff. 4. *adde* 45. *Ecl.* 17. [p] præteritis ſc. [q] Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, emancipati certis perſonis præſtant legata *vt hic:* ſui, nullis *l.* 20. §. 2. ff. *eod. l.* 6. §. 9. ff. *eod. l.* 1. ff. *de legat. præſtand. contra tab.*

2. Idem A. Claræ.

POſthumo [a] nato, qui [b] neque hæres inſtitutus à patre neque nominatim exhæredatus eſt, teſtamentũ rumpitur. Et ſi cõtra tabulas bonorum poſſeſſio infantis nomine à tutore petita eſt: ſecundùm tabulas ‖bonorum‖ poſſeſſio locum habere non poteſt. Dat. Kal. Mart. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

## DE BONORVM POSSESSIONE CONtra tabulas liberti [c], quæ patronis liberiſque [d] eorum datur,

### Tit. XIII.

1. Imp. *Gordianus* A. Herculiano.

LICET ex cauſa fideicommiſſi [e] manumiſſus ſit ‖ is ‖ quem ex voluntate patris cum ſorore ‖ tua ‖ te manumiſiſſe proponis: tamen ſi extraneos ſcripſit hæredes: partis [f] legitimæ contra tabulas eius bonorum poſſeſſionem petendo, vel contra nuncupationem, ſi teſtamentum ſine ſcriptis conditum eſt, intra tempora edicto præſtituta eam partem poteris obtinere. PP. 6. Kal. Decemb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

6. Imp. *Anaſtaſius* [g] A. Aſclepiodoto.

PAtronus, liberti muneribus [h] electis, [i] & operis [k] à cõtra tabulas bonorum poſſeſſione repellitur. Dat. 13. Kal. Mart. Viatore [l] & Æmiliano Conſſ.

## VNDE [m] LIBERI,

### Tit. XIIII.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. Sarpedoni.

SI AVVS tuus relictis tribus emancipatis [n] filijs deceſſerit, hique bonorum poſſeſſionem *Vnde liberi* acceperint: pro rata portione hæredes eos extitiſſe, palam eſt. Dat. 4. Nonas Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

2. Iidem AA. & CC. Zozimo.

EX teſtamento [o] vel ab inteſtato exiſtente filio vel nepote ſuo [p] hærede, nemo [q] poteſt ab inteſtato hæres exiſtere. Dat. 3. Id. Mart. ipſis AA. & Conſſ.

3. Imp. *Conſtantin.* A. ad Leontium comitem R. P. Orientis.

QVi [r] ſe patris poſt auum inteſtatum [s] defuncti negat hæredem: mortui aui paterni ſuſcipere facultates nõ poteſt, maxime emancipatus: niſi per bonorum poſſeſſionem ad huiuſmodi beneficium peruenerit. Dat. 8. Idus April. Limenio & Catulino Conſſ. 349.

## VNDE LEGITIMI, [t] ET VNDE cognati [u],

### Tit. XV.

1. Imp. *Alexander* A. Vlpio.

CONSOBRINORVM [x] tutorum inteſtatorum bona ſi ad prioris neceſſitudinis neminem iure pertinuerint: tu qui eorum poſſeſſionem agnouiſti, perſequi non prohiberis. Datum 3. Idus Auguſt. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

*Ad hæreditatem nati ex conſobrina, non peruenitur ſine bonorum poſſeſſione de iure prætorio. Sal.*

2. Impp. *Diocletia.* & *Maximia.* AA. Zenoni.

CVm propiorem [y] ſobrinum, id eſt natum ‖ à ‖ conſobrina, rebus humanis inteſtatum defunctum proponas: intelligis ſine [z] auxilio bonorum poſſeſſionis eius te ſucceſſionem vindicare non poſſe. Dat. 7. Kal. Iun. Laodiceæ, AA. Conſſ.

3. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus [a] aui materni pro virili [b] portione etiam iure honorario ſucceſſio defertur. Dat. Idib. Octob. Sirmij, CC. Conſſ.

[a] Poſthumi adgnatione teſtamentum rumpitur *l.* 1. ȷ̃. *de poſtum. tit.* 1. *l.* 3. §. 3. ff. *de iniuſto.* §. 1. *Inſtit. de exhæred. liber.* [b] Id eſt præteritus. eaque præteritionis eſt definitio. Sic apud Feſtum, Præteriti ſenatores dicuntur, neglecti à cenſoribus, ꝙ erat ignominioſum. ſic ipſa quoq; patris præteritio ignominioſa *l.* 31. ȷ̃. *de fideicommiſſ.* [c] *l.* 6. ff. *de bonor. poſſ. l.* 23. ff. *de bon. libert.* [d] Nam liberi patronorum, ſunt patroni. [e] *l.* 29. ff. *de bon. libert. l.* 3. §. 1. ff. *de ſuis & ita ex neceſſitate.* [f] *d. l.* 6. Interdum totorũ bonorũ poſſeſſio petitur ſcripto ſc. hærede omittente. [g] Theodoſius cui hæc lex tribuitur *l. vlt. Cod. Theodoſ. de teſtam. & codicill.* nam & eadẽ lex vltima extat interpollata in lege vlt. ȷ̃. *de codicill.* & ibidem Theodoſio adſcribitur. [h] *l.* 37. ff. *de bon. libert.* [i] illectus *l. vlt. Cod. Theodoſ. de teſtam. & codicill.* [k] quondam impoſitis *l.* 20. ff. *de iure patronat.* [l] Victore V. C. conſule. ita ſcriptum in lege *vlt.* ȷ̃. *de codicillis.* & *d. l. vlt. Cod. Theo.* vt ſit annus 424. non 495. [m] *dixi ad* 38. ff. 6. *adde* 4. *Cod. Theo.* 2. Incipit tractare de bonorum poſſeſſionib. ab inteſtato. [n] *l.* 15. §. 1. ȷ̃. *de legitim. hæredib. l.* 7. ff. *de inoff.* [o] *l.* 39. ff. *de adquir. hæredit.* [p] Idẽ eſt iure prætoris, exiſtente filio vel nepote non ſuo. [q] Id eſt potior eſt cauſa ſui hæredis. *l.* 5. *in fi.* ff. *Vnde legitimi.* [r] v. in hãc legẽ Cuiaciũ 4. *obſ.* 6. & Cod. Theodoſianũ de bonis maternis. [s] inteſtato, *Hal.* Quid ſi ex teſtamẽto? V. *l. vlt.* ȷ̃. *ſi minor ab. hæred.* [t] *dixi ad* 38. ff. 7. [u] *dixi ad* 38. ff. 8. [x] Cõſobrinis datur bonorũ poſſeſſio *l.* 6. ȷ̃. *com. de ſucceſſioni.* [y] Propiori ſobrino, id eſt nato à conſobrina, datur bonorum poſſeſſio. [z] *l. vlt.* ȷ̃. *eo.* [a] *Inſtit. de hæredit.* 6. *Inſtit.* §. 1. *Inſt. de ſeruili agnat. Nou.* 118. *c.* 1. *in fi.* [b] *l.* 11. ȷ̃. *famil. erciſcunda.*

*Probatio debet eſſe de neceſſario concludentibus.*

4. Iidem AA. Syriſtæ.

NOn [a] hoc, an tenuerit quis res hæreditarias, néc ne, ‖ſine voluntate acquirendæ ſibi hæreditatis‖ quærendum eſt: ſed an admiſerit [b] hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem. Dat. 11. Kal. Ian. Sirmij. CC. Conſſ.

*Linea cognatorum non poteſt ſuccedere, niſi de iure prætorio per bonorum poſſeſſionem. Alex.*

5. Iidem AA. Platoni.

CErtum quidem eſt cognationis iure citra [c] admiſſionem bonorum poſſeſſionis neminem poſſe ſuccedere: defuncti vero cognati ſuccedere nolentes, bonorum poſſeſſionem petere non [d] vrgentur. Dat. 12. Kal. Mart. Sirmij, CC. Conſſ.

## DE SVCCESSORIO [e] edicto,

### Tit. XVI.

1. Imp. *Alexander* A. Iuliano.

SI MATER [f] tua propter furorem ſuum patrui [g] ſui bonorum poſſeſſionem non accepit: tu filius eius ad eorundem bonorum patrui magni poſſeſſionem ex edicto, quo prioribus [h] non petentibus, ſequentibus [i] permittitur, admiſſus es. PP. 3. Id. Decemb. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Firmo.

SI auię eorum frater de quorum ſucceſſione agitur, velut [k] ex teſtamento adijt hæreditatem, quos inteſtatos deceſiſſe, ac falſum teſtamentum prolatum cõtendis, & ab inteſtato non petita bonorum poſſeſſione, vita functus eſt: ac tu, licèt quinto [l] gradu conſtitutus, ex ſucceſſorio capite petijſti bonorum poſſeſſionem, vel necdum excluſus petas: eorum ſucceſſionem potes vindicare. Nã ſi [m] is quem quarto [n] gradu conſtitutum ‖eſſe‖ non ambigitur, ex edicto petijt, nec hoc te latuit: fruſtra nobis ſupplicaſti. Dat. 6. Id. April. Sirmij, CC. Conſſ.

## DE CARBONIANO [o] edicto,

### Tit. XVII.

1. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI TIBI ac filio tuo ab his cõtra quos ſupplicas, ſtatus mouetur quæſtio: perſpicis præmaturè rerum quas velut de patris ſucceſſione filius tuus vindicat, reſtitutionem poſtulari: cùm ſi in pupillari [p] permaneat ætate, ſecundum formam edicti Carboniani data bonorũ poſſeſſione [q], ſatiſdatione impleta, tunc demum in poſſeſſionem eum conſtitui conueniat: vel hac non [r] oblata, portionem ab omnibus, quã vindicat, poſſideri: ſeruitutis [s] vero quæſtionem in tempus pubertatis differri. Dat. 12. Kal. Nouemb. Sirmij, CC. Conſſ.

*Ex ſummaria cognitione peruenitur ad Carbonianum. Bald.*

2. Imppp. *Theod.* [t] *Arcad. & Honor.* AAA. ad Rufinum præfectum prætorio.

CArbonianum edictum, ſub [u] perſonis legitimis ‖ex‖ indubitato matrimonio cuſtodito [x] partu, & probata legitima ſucceſſione, defertur: ſcilicet vt in poſſeſſione nouus hæres conſtitutus [y], vſque [z] ad pubertatis annos ſine inquietudine rebus vtatur interdum alienis. Dat. 3. Kal. Octob. Theod. A. III. & Habundantio Conſſ. 392.

## VNDE [a] VIR ET VXOR,

### Tit. XVIII.

1. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Hierio præfecto prætorio.

[p] Ex Carboniano edicto differtur ſtatus quæſtio impuberi mota. [q] Impubes præſtita cautione conſtituitur bonorum poſſeſſor. [r] Si impubes non ſatiſdat ſolus non poſſidet. [s] *l.* 1. §. 5. ff. *eod.* [t] Valentinus, Theodoſius & Arcadius AAA. Rufino P. F. P. *l. vn. Cod. Theodoſ. eod.* [u] Locus eſt corruptus, quem ita reſtituo, *ſub perſonis legitimis cuſtodito partu & indubitato matrimonio probata legitima ſucceſſione &c.* qua reſtitutione nihil eſt facilius. legitimas perſonas intellige, de quibus lex 1. §. 10. ff. de ventre inſpiciendo. Ex indubitato autem matrimonio legitimam ſucceſſionem deferri, argumento eſt lex 1. ꝯ. de nuptijs: lex 6. ff. de his qui ſunt ſui. [x] *l.* 2. ff. *de inſpiciendo ventre.* [y] vocatus *Cod. Theodoſ. eod.* [z] *l.* 1. *l.* 3. ff. *eod.* [a] *dixi ad* 38. ff. 11. *adde Vlp.* 15. 16.

[a] Non continuo heres dicẽdus eſt, qui poſſidet bona hæreditaria. [b] *l.* 5. ꝯ. *eod.* Admittimus ſola animi demonſtratione *l.* 6. ꝯ. *de iure deliber.* [c] *l.* 2. *l.* 4. ꝯ. *eod.* [d] Inuitis bonorum poſſeſſio non defertur. [e] *Dixi ad* 38. *ff.* 9. [f] *l.* 2. *in fi. ff. ad Tertull.* [g] Et ita rectè legitur in vulgata Haloandri editione & à veteribus vt Accurſio & Baldo. Perperam in noua editione Pariſienſi legitur *Patris*, nam qui matri patruus, mihi patruus magnus eſt. [h] Vis ea eſt ſucceſſorij edicti *l.* 2. ff. *eod.* [i] Et ita filius repręſentat locum matris furioſæ. [k] Si primus non agnouit bonorũ poſſeſſionem vt debuit, ſequens admittitur per ſucceſſorium edictum. [l] Etiam quinto gradu, ſucceſſorio edicto locus eſt. [m] Quartus gradus quintum excludit. [n] *dixi ad* 37. ff. 10. *adde* 4. *Cod. Theodoſ.* 3. [o] Carboniano is impubes iuuatur, cui ſtatus quæſtio mouetur.

MARITVS & vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum [a] pro antiquo iure [b] ſuccedant, quótiens [c] deficit omnis parentum liberorúmve ſeu propinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio, fiſco [d] excluſo. Dat. 12. Kal. Mart. Hierio & Ardaburio Conſſ. 427.

*Authent. ex Nouell. 117. c. 5.*

P*Ræterea ſi matrimonium ſit abſque dote, coniunx autem præmoriens locuples ſit: ſuperſtes verò laboret inopia: ſuccedat vnà cum liberis communibus alteriúſve matrimonij in quartam, ſi tres ſint vel pauciores. Quòd ſi plures ſint, in virilem portionem: vt tamen eiuſdem matrimonij liberis proprietatem ſeruet, ſi extiterint: his verò non extantibus, vel ſi nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.*

## DE REPVDIANDA [e] BONORVM poſſeſſione,

### Tit. XIX.

1. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Theodoſiano.

EMANCIPATVS, repudiata bonorum poſſeſſione, abſentiæ [f] patroni cauſæ velamento rurſus ad eandem redire quæſtionem fruſtra conatur. Sine die & conſule.

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

FIlio delatam bonorum poſſeſſionem, patri ad fraudem filij repudiare [g] non licet. Dat. 6. Kal. Decem. Nicomediæ, CC. Conſſ.

## DE COLLATIONIBVS, [h]

### Tit. XX.

1. Imp. *Alexander* A. Deuteriæ.

EMANCIPATOS liberos teſtamento † hæredes ſcriptos, & ex eo ſucceſſionem obtinentes, à patre donata fratribus conferre non oportet, ſi pater, vt hoc fiat, ſupremis iudicijs non cauit, manifeſti iuris eſt. PP. 3. Id. Iul. Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

*Authent. ex Nouel. 18. c. 6.*

E*X teſtamento & ab inteſtato ceſſat dotis & aliorum datorum collatio, ita demum ſi parens hoc deſignauit expreſſim: alijs, quæ de collatione dicta ſunt, ſuum robur obtinentibus.*

2. Idem A. Primo.

SI pater inteſtatus deceſſerit relictis duobus filijs, & filia cuius nomine dotem promiſerat [i]: portiones hæreditatis æquæ ſunt, & dos nihilo minùs ita conferenda eſt, vt pro portionibus fratres eius à neceſſitate præſtandæ eius ‖dotis‖ liberentur. Dat. 3. Id. Septemb. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

3. Idem A. Alexandro.

PActum dotali inſtrumento comprehenſum [k], vt

[a] v. Vlp. tit. 16. de ſolidi capacit. [b] lege Papia decimaria Thalelæus *lib.* 45. Βασιλικῶν *tit.* 5. & malè. Nam lex Papia decimaria ad teſtati tantum ſucceſſionem pertinet *l.* 2. ꝯ. *de infirmand. pœn. cœlib.* Ius antiquũ hîc à Triboniano dicitur, habita ratione conſtitutionis nouæ latæ ab ijſdem imperatoribus, à quibus & hæc lata eſt, cuius meminere in lege vlt. Cod. Theodoſ. de legitim. hæred. quæ non liberis quidẽ, ſed parentib. aut propinquis extantibus coniuges ad certã partem: nullis autem extantibus, in ſolidũ ab inteſtato inuitabat v. *Cuia.* 3. *obſ.* 12. [c] aliàs eſt extraneus vxori *l.* 3. ꝯ. *quorũ bonor.* niſi coniux qui ſuperuixit ſit inops: defunctus locuples *Nouel.* 55. *c.* 6. *Nou.* 117. *c.* 5. [d] & ita in d. l. vl. Cod. Theodoſ. de legitimis hæredib. fiſco noſtro iura matrimonij præponim⁹. [e] περὶ τῶν παραιτουμένων τὴν τῶν ὑπαρχόντων διακατοχὴν 40. *Eclog.* 8. [f] In repudianda bonorum poſſeſſione non requiritur præſentia aduocati *l.* 4. ꝯ. *de poſtulando*: in cauſa fiſci aliud eſt *l.* 7. ff. *de iure fiſci* hoc etiam addendum, Propter abſentiam aduocati dari dilationem *l.* 15. *in fi. l.* 23. *in fin.* ff. *quib. cauſ. maior.* [g] *l. vlt. verſ. ſancimus* ꝯ. *de bon. quæ liber.* [h] bonorum ſc. inter liberos, parentibus mortuis, faciendis. *dixi ad* 37. ff. 6. *adde Nouell.* 18. *c.* 3. *Nouel.* 97. *c.* 6. † Olim inſtituti nihil conferebant *vt hic & l.* 7. ꝯ. *eo. l. vlt.* ꝯ. *commun. vtriuſque iud.* niſi collationem præcepiſſet teſtator *vt hic: & d. l.* 7. *l.* 8. ff. *de dot. collat.* hodie emancipati emancipatis, ac ſuis: & è contra, ſui ſuis & emancipatis profectitia & aduentitiorum vſumfructum conferunt, niſi teſtator collationem prohibuerit *Auth. proxim. id eſt Nouel.* 18. *c.* 6. Idem ab inteſtato ius eſt. Eo. n. caſu liberi conferunt, niſi teſtator collationem prohibuerit *l.* 39. §. 1. ff. *familiæ.* Poſſis interea obſeruare non agi hîc ſimpliciter de donatis emancipato: ſed de rebus teſtamento donatis emancipato. [i] Dos à patre filiæ promiſſa, nec ſoluta, confertur *l.* 1. §. 1. ff. *de dot. collat.* ſed per liberationem *d. l.* 1. §. 8. id eſt liberandi ſunt fratres, ſiue ſorores à promiſſione pro ſua parte: liberandi ſunt cohæredes pro rata. eſt & illud obiter notandum, non hîc agi ſimpliciter de dote, ſed de dote promiſſa à patre. [k] Quid ſi renunciatio non patri, ſed vni fratrum facta fuerit? an ei ſoli cui facta eſt, an & alijs eius cohæredib. proderit? vtramque ſententiam Hotomanus 8. *conſul.* amplectitur, Dynum & Baldum ſecutus.

† contenta dote[a], quę in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna[b] regreſſum haberet, iuris auctoritate improbatur: nec inteſtato patri ſuccedere filia[c] ea ratione prohibetur. Dotem ſanè, quam accepit, fratribus, qui in poteſtate manſerunt, conferre[d] debet. Dat. 14. Kal. Iul. Agricola & Clementino Conſſ. 231.

4. Imp. *Gordianus* A. Marino.

FIliæ[e] dotem[f] in medium ita demum conferre coguntur, ſi vel ab inteſtato ſuccedant, vel contra tabulas petant. nec dubium eſt profectitiam ſeu aduentitiam † dotem à patre datam vel conſtitutam, fratribus, qui[g] in poteſtate fuerunt, conferendam eſſe. His etenim, qui in familia defuncti non[h] ſunt, profectitiam tantummodò dotem poſt varias prudentium opiniones conferri placuit. PP. 4. Idib. Mart. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

*Dos data confertur conſtante matrimonio, minus accipiendo de portione hæreditatis. Bald.*

5. Idem A. Alexandro.

DOtis quidem portio perſeuerante matrimonio tibi non competebat. quamuis enim ea inteſtato patre defuncto, fratri conferre debueras: non tamen eo nomine aduerſus maritum tibi actio potuit eſſe: cùm eo minus[i] ‖in‖ partem tibi delatæ ſucceſſionis patris auferre potueris. Datum Non. Septemb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

*Auth. ex Nou. 97. c. 6.*

*QVod locum habet ſiue pars viri ſit idonea, ſiue mulieri poſſit imputari: quare marito ad inopiam vergente, ex lege Iuſtiniani etiam conſtante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licet, cùm & ſui iuris ſit, & legitimæ ætatis, & cùm mater obtulerit dotem, & pater ei conſentiat agẽti. his ceſſantibus, ſolam actionem (licèt inanem) conferens, partem ex hæreditate feret. hoc, cùm dos parua ſit. Sed dotem magnam, quæ conferri ſperatur, inuito etiam patre filia exigere poteſt. Hæc obſeruantur, vbicumque collationis ratio emergit, etiam ſi auita ſit ſucceſſio.*

6. Idem A. Claudio.

EA demum ab emancipatis[k] fratribus, his, qui remanſerunt in poteſtate[l], conferri conſueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt † eo tempore[m], quo pater fati manus impleuit: exceptis ‖his‖ videlicet, quæ ab ipſis alijs debentur[n]. Dat. 7. Kal. Maij, Peregrino & Æmiliano Conſſ. 245.

† Pactum vt filia contẽta ſit dote & renunciet cæteris bonis, non valet *vt hic: l. 35. §. 1. ſ. de inofficioſo: l. vlt. ff. de ſuis:* niſi fortè dos data legitimę proportioni ſatis ſit ac ſufficiat *arg. l. 1. §. 3. ff. ſi quis à parẽte manumiſſ.* Sed moribus noſtris hæc conuentio recepta eſt *Papon. 16. Areſt. 4. §. 2. & lib. 20. Areſt. 2. §. 1. dixi ad l. 15. ſ. de pactis:* præſertim ſi filia iurata renunciet *c. quãuis de pactis in 6.* Quid ſi beneficij ciuilis filia à notario monita non fuerit? Paponius *d. §. 2.* refert, in Gallia, quæ ſcripto iure vtitur, filiam eo caſu non reſtitui. ſed tamen ius canonicum ciuili in hac hypotheſi præferri non oportere Hotomanus multis probat *conſil. 22.* Quid ſi quæ renunciauit filia, viuo patre mortua eſt? Baldus hîc & Rolandus à Valle 1. *conſil. 11. nu. 4.* communem, vt ait, opinionem ſequutus & æquitatem, negat tali renunciatione præiudicium fieri nepotibus. Mouentur, quòd eiuſmodi renunciatio tacitam conditionem habeat *Si ſucceſſio filiæ deferatur.* ideoque tacita illa conditione deficiente renunciationem haberi pro non facta *l. 14. in f. ff. de nouationib.* alias, non reuocari huiuſmodi renuntiationem propter natos tantum liberos ex *l. 8. ʃ. de reuocandis: Roland. à Valle d. loco num. 17. & 23.* [a] profectitia *l. 17. ʃ. eod.* [b] quibus bona poſtea à patre quæſita compræhendi negant Dynus & Baldus *arg. l. 1. ff. teſtam. quemadm. aper.* Idem Baldus negat filiam tali renunciatione abdicare ius ſuccedendi ex teſtamento patris. [c] multo minus & eius liberi prohibentur. [d] An idem, ſi filius renunciauit hæreditati paternę propter expenſas ſtudiorum cauſa factas? Baldus hic negat, niſi filius iuramento renunciauerit. [e] nedum ſuæ ſed etiam mancipatæ. Nam omnes liberi ſiue ſui ſint ſiue in poteſtate, dotem conferunt: ſui, ſuis & emancipatis: emancipati, ſuis & emancipatis *v. l. 17. ʃ. eod.* [f] Quid donatio propter nuptias? confertur quoque. eſt. n. quædam veluti dos & ἀντίφερνη *Nouell. 18. c. 6.* Quid donatio ſimplex? *vide l. penult. ʃ. eodem.* † Dos aduentitia confertur *vt hic: & l. 1. §. 7. ff. de dot. collat.* hodie non confertur, *l. vlt. ʃ. eo.* vtque hodie ſola profectitia dos confertur, ita & aduentitiorum vſusfructus *d. l. vlt.* [g] vide quæ dixi ad *l. 17. ʃ. eod.* [h] *v. d. l. 17.* [i] *l. 9. ſ. de rei vindicat. l. 7. ſ. ſoluto. l. 20. ff. familiæ.* [k] Liberi acceptam (de promiſſa *v. l. 2. ſ. eod.*) dotem conferunt, vel reipſa, id eſt vera diuiſione *l. 1. §. 11. ff. eo.* vel cautione collationis *l. 1. §. 9. ff. eo. l. 20. ff. familiæ:* vel cautione defenſionis *l. 2. ſ. eod.* vel tanto minùs accipiendo ex parentũ bonis *vt hic: & Nou. 97. c. 6.* Galli, *Raporter ou moins prendre. l. 1. §. 18. ff. eodem.* [l] id eſt ſuis. † & ita profectitia & aduentitia. Id hodie immutatũ eſt *l. vltim. ʃ. eod.* [m] *l. 13. l. 15. ʃ. eod. l. 1. §. 17. ff. eod. l. vlt. ſ. ſi vt omiſſ. & Vlp. 28. §. mortuo 4.* vide Cuiacium. 3. *obſ. 34.* vbi oſtendit momentum morientis, vitæ potiùs, quàm morti tribui. [n] id eſt deducto ære alieno *l. 2. §. 1. ff. eodem.*

7. Imp. *Philippus* A. Tytanniæ.

FIliam teſtamento † patris inſtitutam hæredem, fratribus iiſdémq; cohæredibus dotem conferre non oportere, niſi pater hoc ipſum ſpecialiter deſignauerit, explorati iuris eſt. PP. 6. Kalend. Maij, Præſente & Albino Conſſ. 247.

8. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Calippo.

SI ſoror tua in paternorum bonorum diuiſione te fefellit[a], nec dotem, quam acceperat à patre veſtro inteſtato diem functo, contulit[b]: præſes prouinciæ, examinatis partium allegationibus, cum bonis dotem confundi iubebit: & quod deducta ratione plus apud eam ‖eſſe‖ animaduerterit, tibi reſtitui iubebit. Idem eſt, & ſi arbitro[c] dato diuiſio celebrata eſt. S. 6. Id. Iul. ipſis AA. Conſſ.

*Emancipati inuicem non conferunt, ſed emancipati ab inteſtato ſuccedentes ſuis conferunt.*

9. Iidem AA. & CC. Oneſim.

SI emancipati vtrique[d] à patre fuiſtis: collatio ceſſat. Sin autem frater tuus in poteſtate[e] ‖patris‖ mortis tẽpore fuerat, nec vllum teſtamentum relictum eſt, vel nouiſſimum iudicium communis patris, téque emancipatum probatum fuerit: ab inteſtato ‖te‖ ad ſucceſſionem paternam venientem, ad collationem forma edicti perpetui certo iure prouocat. S. 6. Kal. Maij, Heracliæ, CC. Conſſ.

10. Iidem AA. & CC. Hirenæ.

A Patre verbis precarijs in codicillis relictum[f], extero iure capiens filia, ad collationem dotis vrgeri nõ poteſt. S. 6. Kal. Decemb. Sirmij, CC. Conſſ.

*Emancipatus confert non ſolum iam nato, ſed etiam poſthumo rumpenti teſtamentum.*

11. Iidem AA. & CC. Artemiæ.

POſthumo[g] ‖præterito‖ patris teſtamentum rumpenti, atque inteſtato ſuccedenti, emancipatum petita bonorum poſſeſſione conferre debere bona ſua, perpetuo edicto cauetur: cùm his etiam, qui ſui futuri eſſent, ſi viuo patre nati fuiſſent, conferre debere manifeſtè ſignificatur: & emancipatis, ſi legi datæ collationis non pareant, denegandas[h] actiones, non eſt ambigui iuris. 5. Kal. Ian. ipſis AA. & Conſſ.

12. Iidem AA. & CC. Philanteæ.

FIliæ, licèt maneat[i] in ſacris, ſi dotem[k] non conferat, quam mortis tempore communis patris habuit, fratribus in eadem familia conſtitutis, actiones[l] hęreditarias denegari non ambigitur. Vnde conſultè ac pro iuris ratione collationem fratribus tuis, quos in patris cõmunis mortis tempore fuiſſe poteſtate proponis, offeres. Cùm autem fratres tui durantes in familia patris, peculium[m] (ſi hoc neque caſtrenſe[n], neque relictum[o] eis doceatur) præcipuum habere non poſſint, ſed in diuiſionem paternæ veniat hæreditatis, nec quicquam mutet, penes quem res ex hoc proficiſcentes, & in eadem cauſa durantes, conſtitutæ reperiantur, abſoluti manifeſtiq; iuris eſt. Dat. 11. Kal. Feb. Sirmij, CC. Conſſ.

13. Iidem AA. & CC. Antiſtiæ.

SI donatione tibi poſt[p] mortem patris fundum quæſiſti: ſoror ‖tua‖ portionem eius vindicare non poteſt. Nam ſi is filiæfamilias conſtitutæ[q] tibi à patre donatus eſt: cum ſorore patri communi ſuccędens[r], eum præcipuum[ſ] habere contra iura poſtulas[t]. Dat. 6. Id. Febr. Sirmij, iiſdemque CC. Conſſ.

*Ius petendi collationem tranſit ad hæredes. Alex.*

14. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI maritus quondam ‖ tuus ‖ ab inteſtato patri ſuo hæres[t] extitit, & ei poſthumus[u] à te editus ſucceſſit: actio-

† Filia ſuccedens ex teſtamẽto, dotem olim non cõferebat, niſi teſtator iuſſiſſet: hodie confert, niſi teſtator expreſſam collationẽ prohibuerit *Nouell. 18. cap. 6. dixi ad l. 1. ſ. eodem: adde l. vn. §. 11. inf. ſ. de rei vxor.*

[a] Fallit cohæredẽ, qui cũ eo hæreditatem diuidit, nec à patre accepta confert.

[b] Collatio omiſſa cõdici poteſt *l. 36. in fine ff. famil.*

[c] Siue diuiſio familiæ fiat præſente arbitro *vt hic* ſiue abſente, *vt ſ. eodem:* omiſſa collatio condicitur, *vide d. l. 36. inf.*

[d] Emancipatus emãcipato non confert *vt hic:* ſuo cõfert, ſi ipſe ab inteſtato ſuccedat *ʃ. eod. l. 9. ff. eodem: l. 1. ff. de coniungend. emancipat. liber.*

[e] *vide l. 6. ſ. eodem.*

[f] legatum. liberi prælegata non conferunt *vide l. 16. ʃ. eodem: l. 4. ff. de dot. collat.*

Poſthumis fit collatio, etiam ab emancipato *l. vlt. ff. eod.*

[h] Non conferenti, denegantur actiones hæreditariæ *l. 12. ʃ. cod.* [i] Solis nuptijs, liberi non liberantur patria poteſtate *l. 13. ff. eo. l. 5. ʃ. de conditionib. inſert. l. 7. ſ. de nupt. §. ſecunde, Inſtit. de Sc. Tertull.* [k] Filiæ dotes conferunt, alioquin denegatur eis ad hæreditatem paternam actio. *adde l. 3. ſ. eodem.* [l] *lege 11. in fine ſ. eodem.* [m] Peculium profectitium collationi obnoxium *l. 13. ſ. familiæ.* [n] Peculium caſtrenſe non confertur *lege 21. in fine ʃ. eodem. l. 3. ʃ. de caſtrenſi peculio.* [o] Peculium à patre legatum non confertur *lege 65. §. primo ff. de rei vindicat. lege 38. verſ. adeo vt ſi prælegatum ff. de condict. indebiti.* [p] Patre mortuo adquiſita, liberi ſui non conferunt *vt hic:* ſed nec emancipati *lege 15. ʃ. vide l. 6. in fine ſ. eod.* [q] Sui liberi res à patre filijs inter viuos donatas conferunt. [r] Suus patri non ſuccedens, donationem à patre factam non confert. [ſ] Sui ab inteſtato donationem ſimplicem conferunt *vt hic:* ex teſtamento inſtituti pręcipuam habent *l. 18. ſ. famil.* & ita vtramq; legem conciliat Cuiacius, 3. *obſernat. 39.* [t] Ius petendæ collationis tranſit ad hæredem. [u] Etiam poſthumis fit collatio. *facit l. 11. ſ. eod. l. 2. ff. eod.*

nes hæreditarias amitæ [a] filij veſtri, [quas [b] habuit patris ſui mortis tempore,] dotem non conferenti, denegare præſes non dubitabit. PP. 7. Kal. Mart. Trimontij, Tuſco & Anulino Conſſ. 295.

15. Iidem AA. & CC. Philippo.

NEc emancipati [c] poſt mortem communis patris quæſita conferre coguntur: ſed hęc retinentes, eius bona pro hæreditaria diuidunt portione. Dat. Id. Decemb. ipſis CC. Conſſ.

16. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIliam cum fratribus ſuis cohæredibus inteſtato patri ſuccedentem, vltra [d] relictum codicillis [e] non conferentem dotem, iudicio familiæ erciſcundæ nihil poſſe conſequi, ſumma cum ratione placuit. Dat. 5. Kal. Ian. ipſis CC. & Conſſ.

17. Imp. *Leo* A. Erythrio præfecto prætorio.

VT liberis tam maſculini quam fœminini ſexus, ſiue ſui iuris [f], ſiue in poteſtate conſtitutis, quocunque iure inteſtatæ ſucceſſionis, id eſt, aut teſtamento penitus non condito, aut ſi factum fuerit contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, vel inofficioſi querela mota reſciſſo, æqua lance parique modo proſpici poſſit: hoc etiam æquitatis ſtudio præſenti legi credidimus inſerendum, vt in diuidendis rebus ab inteſtato [g] defunctorum parentum, tam dos [h], quàm ante nuptias donatio [i] conferatur, quam [k] pater vel mater, auus vel auia, proauus vel proauia, paternus vel maternus, dederit vel promiſerit pro filio vel filia, nepote vel nepte, pronepote vel pronepte, nulla [l] diſcretione intercedente, vtrum in ipſas ſponſas pro liberis ſuis memorati parentes donationem contuſerint, an in ipſos ſponſos earum, vt per eos eadem in ſpõſas donatio celebretur: vt in diuidendis rebus ab inteſtato ‖ defuncti ‖ parentis cuius [m] de hæreditate agitur, eadem dos vel ante nuptias donatio ex ſubſtantia eius profecta conferatur: emancipatis [n] videlicet liberis vtriuſq; ſexus, pro tenore præcedentium legum ‖ ea ‖ quæ in ipſa emancipatione ‖ à parentibus ſuis ‖ (vt adſolet [o] fieri) conſequuntur, vel poſt [p] emancipationem ab eiſdem parentibus acquiſierint, collaturis. Dat. 5. Kal. Mart. Buſæo & Ioanne Conſſ. 467.

*Quocunq; modo liberi ſui iuris efficiantur, ad collationem vt emancipati vocantur. Salyc.*

18. Imp. *Anaſtaſius* A. Conſtantino præfecto prætorio.

LIberos [q], qui per noſtræ legis auctoritatem, per oblationem precum [r] & imperiale reſcriptum, ſui iuris effecti fuerint, ad ſimilitudinẽ cæterorum, qui emancipati ex antiquo [ſ] iure ſunt, collationes facere iubemus [t] compelli ſecundùm ea, quæ ſuper cæteris emancipatis ſtatuta ſunt. Dat. 12. Kal. Aug. Conſtant. Probo & Auieno iuniore Conſſ. 503.

19. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlam meritò dubitationem amputare duximus, quæ ſuper collatione dotis, vel ante nuptias donationis, inter certas perſonas ſatis iam ventilata eſt. Nam ſi inteſtatus quis defunctus eſſet, filio vel filijs, ‖ aut ‖ filia vel filiabus relictis, & ex mortua filia ‖ vel filio ‖ cuiuſcumque ſexus aut numeri nepotibus: vel ſi qua inteſtata defuncta eſſet, filio quidem vel filijs, filia vel filiabus ſimiliter relictis, ex mortuo verò filio vel filia itidem nepotibus cuiuſcunque ſexus aut numeri: de modo quidem ſucceſſionis minimè dubitabatur, ſed palam erat quòd huiuſmodi nepotes duas [a] partes paternæ vel maternæ portionis tantùm haberent, tertiam partem patruis ſuis vel auunculis, vel amitis vel materteris, pro iam poſita conſtitutione concedentes. de collatione verò dotis, vel ante nuptias donationis quam defuncta perſona pro filio vel filia ſuperſtitibus, & pro mortuo vel mortua filio vel filia dediſſet, multa dubitatio orta eſt: ſuperſtitibus quidem filijs defunctæ perſonæ non debere ſe dotem, vel ante nuptias donationem pro ſe datam à ſuo patre vel matre, conferre filijs mortui fratris ‖ ſui, ‖ vel mortuæ ſororis ſuæ contendentibus, eo quòd nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet: nepotibus verò mortuæ perſonæ non tantùm huic reſiſtentibus, ſed etiam adſerentibus quòd onus collationis conſtitutione Arcadij & Honorij [a] diuæ memoriæ ſibi impoſitum, in perſonis tantummodo ſuorum auunculorum, non etiam patruorum, vel amitarum, vel materterarum locum habere poſſet. Talem igitur ſubtilem dubitationem amputantes, præcipimus tam filios vel filias defunctæ perſonæ dotem [b] vel ante nuptias donationem à parentibus ſuis ſibi datam conferre nepotibus [c] vel neptibus mortuæ perſonæ: quam eoſdem nepotes [d] vel neptes patruis ſuis aut auunculis, amitis etiam & materteris dotem, vel ante nuptias donationem patris ſui, vel matris, quam pro eo vel ea mortua perſona dedit, ſimiliter conferre: vt commixtis [e] huiuſmodi collationibus cum bonis mortuæ perſonæ, duas † quidem ‖ partes ‖ nepotes vel neptes habeant illius portionis quæ patri vel matri eorum, ſi629 ſupereſſet, deferebatur: tertiam verò eiuſdem portionis partem vnà cum ‖ ſibi ‖ competentibus portionibus filij vel filiæ defunctæ perſonæ, cuius de hæreditate agitur, capiant. Dat. Kal. Iun. Conſtantino. D.N. Iuſtinian. A. PP. II. Conſ. 228.

*Authent. ex Nouell. 18. c. 4.*

*QVæ tertiæ portionis deminutio correctionem nouo iure capit, ad æqualitatis iuſtitiam redacta in omnibus talibus perſonis.*

20. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

ILlud ſine ratione à quibuſdam in dubietatem deductũ plana ſanctione reuelamus: vt omnia [f] quæ in quartam portionem ab inteſtato ſucceſſionis computantur his qui ad actionem de inofficioſo teſtamento vocantur: etiam ſi inteſtatus is deceſſerit, ad cuius hæreditatem veniunt: omnimodo cohæredibus ſuis conferant. Quod tam in alijs, quàm in his quæ occaſione militiæ [g] vni hæredũ ex defuncti pecunijs acquiſitæ lucratur is qui militiam meruit, locum habebit: vt lucrum quod tempore mortis defuncti ad eum peruenire poterat, non ſolum teſtamento condito quartæ parti ab inteſtato ſucceſſionis computetur, ſed etiam ab inteſtato conferatur. Hæc autem regula, vt omnia quæ portioni quartæ computantur, etiam ab inteſtato conferantur: minimè è [h] contrario tenebit, vt poſſit quis dicere etiam illa quæ conferuntur, omnimodo in quartam partem his computari qui ad inofficioſi querelam vocantur. Ea enim tantummodò ex his, quæ conferuntur, memoratę portioni computabuntur, pro quibus ſpecialiter legibus, vt hoc fieret, expreſſum eſt. 1 ¶ Ad hæc cùm ante nuptias donatio [i] vel dos à patre data vel matre vel alijs parentibus pro filio vel filia, nepote vel nepte, cæteriſque [k] deſcendentibus conferatur: ſi vnus vel vna liberorum ante nuptias tantummodo donationem vel dotem, non etiam ſimplicem [l] donationem accepit, vel acceperit, alter verò vel altera neque dotem neque donationem ante nuptias à parente ſuo ſuſcepit, vel ſuſceperit, ſed ſimplicem tantummodo donationem: ne ex eo iniuſtum [m] aliquid oriatur, ‖ ſi ‖ ea quidem perſona quæ ante nuptias donationem vel dotem ſuſcepit: conferre eam cogenda ‖ ſit: ‖ illa verò quæ ſimplicem tantummodò donationem meruit, ad collationem eius minimè coarctanda: ſi quid huiuſmodi acciderit, iubem[9] ad [n] ſimilitudinẽ eius [o] qui ante nuptias donationem vel dotem cõferre cogitur, etiam illam perſonam quæ nulla dote vel ante nuptias donatione data, ſolam ſimplicẽ donationẽ à parentibus ſuis accepit, conferre

Margin notes, left column:

[a] Amitæ fratrum filijs cõferre debent *l. 19. j. eod.*
[b] locus eſt corruptus. ideoque vel incluſa libẽter expungerem, aut ita legerem, qui quæ habuit patris ſui mortis tẽpore cõtulit. Id vt ita emẽdem facit huiuſce loci obſcuritas, & aperta ſententia legis 2. ff. *eodem.*
[c] id eſt & emancipati vt *hic:* & ſui *l. 13.* ſ. *eod.* res poſt mortem patris quæſitas nõ conferũt *l. 6. ff. eod.*
[d] hoc innuit Filias ab inteſtato ſuccedentes, etſi cętera cõferãt, relicta tamen in codicillis non cõferre.
[e] *l. 10.* ſ. *eod.*
[f] Omnes liberi, ſiue ſui iuris ſint, ſiue in poteſtate, profectitiam a parentibus dotem vel donationẽ propter nuptias inter ſe conferũt *l. 4.* ſ. *eo.*
[g] v. *Cuiac. 17. obſ. 3.*
[h] Dos profectitia conferri debet.
[i] Donatio propter nuptias à parentibus profecta conferenda *l. 29.* ſ. *de inoffic.* an & id quod ſtudiorũ cauſa à patre impẽſum eſt? non confertur, niſi credendi animo pater ſubminiſtrauerit. q; in dubio præſumitur *l. 50. ff. familiæ: Alciat. 1. præſ. 7.* [k] Profectitia quæ, v. *l. 2.* ſ. *eo. l. 1.* §. 1. & 7. ff. *de dot. coll.* [l] Nihil intereſt, ſponſo ſponſi nomine: an ſpõſæ ſpõſi nomine donetur. [m] In collationibus bonorum non conſiderantur extraneæ hæreditates. [n] Profectitia ante vel poſt emancipationem adquiſita, emancipati conferunt. [o] Solet pater in emancipando filio aliquid donare. [p] Profectitia poſt emancipationem conferunt emancipati. Profectitia, id eſt res donatas à patre. & ita ſimplex etiã profectitia donatio confertur v. *l. 20.* j. *eod.* [q] Pars legis 11. j. *de legitim. hæred. l. penult.* j. *de emancipationib. liberorum.* Omnium enim harum legum vna inſcriptio & ſubſcriptio. [r] Filij emancipati ex reſcripto principis reſeruato iure legitimarum hæreditatum (quod genus emancipationis introduxit Anaſtaſius *l. penult.* j. *de emancipationibus,* auctor huius legis) vocantur ad legitimam hæreditatem patris cum fratribus in familia retentis. ſic tamen vt bona propria conferant v. *Cuia. 18. obſ. 18.* [ſ] .i. ſolennibus veterũ adhibitis ex legib. XII. tab. v. *l. vlt.* j. *de emancip.* [t] vt ita, Quoquo modo liberi ſint emancipati, ad collationem vocentur. [u] *l. 9. ff. de ſuis:* §. 15. *Inſt. de hær. quæ ab inteſt.* v. *Nouell. 18. c. 4.*

Margin notes, right column:

[a] *l. nepotes Cod. Theodoſ. de legitim. hæredib.*
[b] Dos & donatio propter nuptias conferuntur *l. 17.* ſ. *eod. l. 20.* j.
[c] Patrui & amitæ, auunculi & materteræ dotes & donationes propter nuptias liberis fratrum ſororúmve conferunt *l. 14.* ſ. *eod.*
[d] Nepotes & neptes, ſuis patruis, auũculis, amitis, & materteris dotem & donationẽ propter nuptias conferunt.
[e] Collatione fit cõmixtio.
† hodie id abrogatum. *Nouell. 18. c. 4.*
[f] Quæcumque in legitimam imputari ſolẽt, eadem ab inteſtato conferri debent.
[g] Militia confertur.
[h] Quæ condito teſtamẽto legitimæ imputantur, ab inteſtato conferuntur: at non è contra. Nam quę conferuntur ab inteſtato in legitimã, facto teſtamẽto non imputantur niſi id expreſſè cautum reperiatur.
[i] Dos & donatio propter nuptias profectitia, confertur.
[k] *l. 19. inf.* ſ. *eod.*
[l] De donationis ſimplicis collatione §. j. *eod.*
[m] Si qui dotem vel donationem propter nuptias profectitia habet, eam ſimplici donatario confert: viciſſim iuſtum erit, vt ſimplex donatarius donationem ſimplicem eidem conferat. [n] Vt dos & donatio propter nuptias confertur, ita & ſimplex donatio. dicamus apertius, Quemadmodum cohæredib. ſiue dotem & donationem propter nuptias, aut donationem ſimplicem acceperimus, dotem & donationẽ propter nuptias profectitiam conferimus, ita & ſimplicem donationem profectitiam ijſdem tenemur conferre. [o] Lex diſtinguit liberorum conditionem. vt hinc colligas, Hodie ſuos, ſuis, & emancipatis: emancipatos emancipatis, & ſuis profectitia conferre.

ferre eam: nec [a] recuſare collationem ‖ex‖ [b] eo quòd ſimplex donatio non aliter confertur, niſi huiuſmodi legem donator tempore donationis ſuæ indulgentiæ impoſuerit. Dat. 8. Id. Aug. Conſt. Decio V.C. Conſ. 229.

21. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

VT nemini de cætero ſuper collatione dubietas oriatur: neceſſarium duximus conſtitutioni [c], quam iam fauore liberorum fecimus, hoc addere: vt res, quas parentibus acquirendas eſſe prohibuimus, nec collationi poſt obitum eorum inter liberos ſubiaceant. Vt enim caſtrenſe [d] peculium in commune conferre in hæreditate diuidenda, & ex priſci iuris auctoritate minimè cogebantur: ita & alias res quæ † minimè parentibus acquiruntur, proprias ‖liberis‖ manere cenſemus. Dat. 15. Kal. Nouem. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. anno II. 230.

## DE TESTAMENTO MILITIS [e],

### Tit. XXI.

1. Imp. *Antoninus* A. Floro militi.

FRATER tuus miles ſi te ſpecialiter in bonis, quæ in paganico [f] habebat [g], hæredem fecit: bona, quæ in caſtris reliquit, petere non [h] potes, etiam ſi is, qui eorum hæres inſtitutus eſt, adire [i] ea noluerit: ſed ab inteſtato ſuccedentes veniunt: modo ſi in eius locum ſubſtitutus non es, & liquidò probetur fratrem tuum caſtrenſia bona ad te pertinere noluiſſe. Nam voluntas [k] militis ‖in expeditione occupati‖ pro iure ſeruatur. Accepta 5. Id. Septemb. Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

2. Idem A. Septimo militi.

MIles ſi caſtrenſium tantummodò [l] bonorum commilitonem ſuum inſtituit hæredem: cætera bona eius, vt inteſtati defuncti, mater eius iure poſſidebit. Quòd ſi extraneum ſcripſit hæredem [m], iſq; adijt hæreditatem: bona eius in te transferri non iure deſideras. PP. 11. Kal. Mart. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

3. Idem A. Vindiciano.

QVanquàm militum teſtamenta iuris [n] vinculis non ſubijciantur, cùm propter ſimplicitatem [o] militarẽ, quomodo [p] velint & quomodo poſſint, ea facere his concedatur: tamen in Valeriani quondam centurionis teſtamento inſtitutio etiam iure [q] communi accepit auctoritatem. Nam [r] cùm paterfamilias filiam ex duabus vncijs, vxorem ex vncia hæredes ſcripſerit, nec de reſiduis portionibus quicquam ſignificauerit: in tres partes diuiſiſſe eum apparet hæreditatem: vt duas habeat, quæ ſextantem accepit: tertiam, quæ ex vncia hæres eſt inſtituta. PP. Kalendis Nouembr. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

[a] Simplex donatarius, etiã inuitus, cogitur ad collationem.

[b] Nota vanũ argumẽtum donatarij. Ne dicas itaque cum interpretibus, Donatarium collationi non obſtringi, niſi tempore donationis collationem donator iuſſerit: ſed poti⁹, nõ obſtringi niſi expreſſim donator collationẽ vetuerit. Nam ſi fallitur hîc donatarius cùm ita argumentatur: Ideo ſe collationis non teneri, ꝙ lex collationis ei dicta non fuerit, *vt hic*: E contrario collige, Donatariũ a collatione prius non excuſari quã expreſſim collatio remiſſa ſit.

[c] *l. 6. ī. de bon. quæ liber.*

[d] Caſtrẽſe peculium non cõfertur, *l. 12. ī. eod. l. 1. §. 15. ff. eod. l. 3. ī. de caſtrenſi peculio.*

† hinc collige, aduẽtitia non cõferri.

vt ita abrogetur lex 4. *ī. eod. lex* 1. *§. 7. ff. de dot. coll.* nam aduentitiorũ nudus vſusfructus parẽtib. adquiritur *l. 6. ī. de bon. quæ lib. §. 1. Inſt. per quas perſ. cuique.* [e] *dixi ad l. 29. ff. 1. adde 35. Ecl. 21. fol. 326.* [f] Paganicis hîc opponuntur caſtrẽſia. [g] id eſt in bonis paganicis. paganica opponũtur caſtrẽſibus. [h] & ita hæredi inſtituto in paganicis nõ adcreſcũt bona militaria defuncti. videntur. n. quodammodo duæ duorum hominũ hæreditates *l. 17. §. 1. ff. eod.* Ideóq;, hærede militarium bonorũ non adeunte, pars eorum ad hæredes ab inteſtato militis defertur: Vt ita pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus moriatur *l. 6. ff. eod.* [i] adire bona. Symmachus *in epiſto.* Aditione bonorum ſucceſſit. Lucianus *παρελθόντα εἰς τὴν οὐσίαν.* & ita quoque dicimus, Adire hæreditatis inſtitutionem, nomen, teſtamentum *v. Cuiac. 7. obſ. 18.* [k] *l. 5. l. 14. l. 15. ī. eod. l. 1. ff. eod.* [l] Inſtitutio facta in caſtrenſibus, non trahit ad ſe paganica *l. 6. l. 11. l. 12. ff. eod.* [m] ſimpliciter. nã inſtitutio ſimpliciter facta cõprehendit omnia. [n] Iuris vinculis teſtamenta militum nõ ſubijciuntur. [o] Simplicitas militaris, *vt hic*: armatæ militiæ *l. 1. ī. de iur. & facti ignor.* imperitia *l. 40. ff. de adminiſt. tut.* Tacitus *in Agricola*, Credunt plerique militaribus ingenijs ſubtilitatẽ deeſſe, quia caſtrẽſis iuriſdictio ſecura & obtuſior, ac plura manu agẽs, calliditatem fori non exercet. [p] Miles quomodo vult & poteſt teſtatur *vt hic & l. 15. ī. eod.* prius arbitrij: alterum, neceſſitatis eſt. [q] An priuilegiatus præſumatur in dubio potius vti iure communi, quàm ſpeciali, vide Alciatum 3. *præſumpt. 36.* [r] Miles filiam ex duabus vncijs: vxorẽ, ex vnica vncia inſtituit, nec de reſiduis nouem vncijs quidquam ſignificauit. Quæritur, cui cedant reliquæ nouem vnciæ? Iure communi paganorum receptum eſt vt eo caſu teſtator videatur filiam inſtituiſſe ex duab. partibus hæreditatis, vxorẽ ex tertia *l. 13. §. 2. l. 47. §. 1. ff. de hæredib. inſtit. §. 7. Inſtit. de hæredib. inſtit.* ergo & miles. Nam teſtamentũ militis, quantũ poteſt, ſalua ratione recti ſermonis, reducitur ad ius commune *Bald.* & inſtitutio per quotam, trahitur ad omnia bona *Salycet.*

*Priuilegium militis non tollit legem eius fauore inductam, ob imbecillitatem conſilij. Bald.*

4. Imp. *Alexander* A. Iunio.

SI Rufinus vir clariſſimus tribunus [a] laticlauius [b] maior annis ‖lege‖ definitis [c] faciens teſtamentum, te manumiſit: iuſtam tibi libertatem competiſſe, ſcire debes. Quòd ſi minor annis ex lege conſtitutus fuerit, cùm faceret teſtamentum: lege impediente nullam libertatem adeptus es, quæ in hac parte nec [d] militibus remiſſa eſt. Quod ſi idem teſtator cauſam manumittendi te habuit, quę probabilis viuo manumittente conſilio futura [e] eſſet: quia per fideicommiſſum data libertas à quolibet minore annis, ei cuius cauſa [f] probari potuit, præſtari debet: ex teſtamento militis eiuſmodi ſeruis iuſtam libertatem cõpetere, conſequens eſt. Dat. 16. Kalen. Decemb. Alexandro A. Conſ. 224.

5. Idem A. Zozomeno.

EX teſtamento militis, ſiue adhuc in militia, ſiue intra [g] annum miſſus honeſtè deceſſit, hæreditas & legata omnibus quibus relicta ſunt, debentur: quia inter cætera, quæ militibus conceſſa ſunt, liberum [h] arbitrium, quibus velint, relinquendi ſupremis ‖iudicijs ſuis‖ conceſſum eſt: niſi [i] lex ſpecialiter eos prohibuerit. Dat. 17. Kal. Febr. Iuliano II. & Criſpino CC. Conſſ. 225.

6. Idem A. Valentino.

IN teſtamento quidem eius, qui non [k] miles fuit, ſi duobus hæredibus inſtitutis, altero [l] cui potuit vſque ad tempus pubertatis parens facere teſtamẽtum, altero [m] cui poſteaquam hæres extitit, ſubſtituere non potuit, inuicem ſubſtitutio eiſdem verbis facta eſt: in eum ſolum caſum eam locum habere ſententijs prudentium virorum, & conſtitutionibus diuorum parentum [n] meorum placet, quo vtrique pari ratione potuit ſubſtitui. Sed cùm ex teſtamento militis controuerſiam eſſe proponas, defuncta paruula eius filia poſteaquam hæres extitit patri, cum qua ſimul æquis partibus hæres inſtitutus eras, ſubſtitutione inuicem [o] facta: & mater quidem inteſtatæ filię ſibi ſucceſſionem defendat, tu autem ex ſubſtitutione ad te pertinere contendas: iuris quidem ratio manifeſta eſt, licere militibus proprio priuilegio etiam hæredibus extraneis [p], poſteaquam [q] hæredes extiterint mortuis ſubſtituere: ſed tibi probandum eſt, an ita frater tuus ſenſerit. PP. 11. Kal. Maij, Fuſco II. & Dextro Conſſ. 226.

7. Idem A. Fortunato.

EX his verbis, *Fortunato liberto meo do lego*, vindicare tibi libertatem non potes, ſi pagani [r] teſtamentum proponatur. At enim cùm teſtatorem militem [ſ] fuiſſe proponas: ſi non errore [t] ductus libertum ‖te crediderit,

[a] Horatius ſumere depoſitum clauũ fieríque tribunum.

[b] laticlaui *Hal.* Tribunorum alij laticlauij: alij anguſticlauij. Senatores omnes, laticlauij: eqtes, anguſticlauij. vt meritò hæc ſeparentur *in lege 42. ff. de donationibus int. vir:* latũ clauum impetrare, vel equeſtris ordinis fieri. De lato & anguſto clauo dixi *ad d. l. 42.* factũ eſt alioqui quod Accurſius & Baldus hîc nugantur de claua ferrea, quã pijciebat tribunus inter cõfertiſſimos hoſtes, vt ad eam poſtea è manibus hoſtium recuperãdã & ad hoſtes fugandos ſuos milites magis animaret.

[c] Id eſt maior annis 20.

[d] Minor annis 20. *l. 5. ī. de fideicõmiſſ. libert. l. 4. §. 18. ff. de fideicommiſſ. libert.* quantumuis miles ſit, ſeruum teſtamento manumittere non poteſt *l. 29. §. 1. ff. eo. l. 3. ff. de manumiſ. teſta.* niſi cauſa cognita *ī. eo.* habetur ergo potior ratio legis, prohibentis minorem manumittere: q̃ priuilegij, militi quiduis permittentis. [e] Quod inter viuos cauſa cognita fieri poteſt, idẽ & teſtamẽto fieri conceditur. [f] de cauſis *v. l. 11. 12. 13. 14. ff. de manumiſſ. vind.* [g] *l. 21. l. 26. l. 38. ff. eod. l. 40. l. 92. ff. ad legem Falc.* [h] *l. 1. ī. eod.* [i] Exempla prohibitionum *v. in l. 13. §. 3. l. 41. §. 1. ff. eod. l. vlt. ī. de hæreticis: l. 7. §. 1. ff. de legat. 3.* [k] Paganus filium impuberem & fratrem puberem hæredes inſtituit, eóſque inuicem ſubſtituit, mortuo impubere ſuccedet pubes. & è contra, mortuo pubere ſuccedet impubes. [l] putà filio vel filiæ, cui parentes poſſunt ſubſtituere pupillariter. [m] puta fratre, cui vulgariter ſubſtitui ſolet non pupillariter. [n] Seueri & Antonini *l. 4. §. 2. ff. de vulgari:* Parentes vocat quos habuit imperij anteceſſores. [o] Miles filiam impuberem & fratrem puberem inſtituit, eos inuicem ſubſtituit. mortua intra pubertatem filia, mater filiæ, patruo eius præferetur, niſi patruus probauerit teſtatoris voluntatem mutatam fuiſſe: vt etiam valeat ſubſtitutio in pupillarem caſum. Alias, reciproca ſubſtitutio facta diuerſæ conditionis vel ætatis liberis, valet tantum in vulgari caſu *d. §. 2. l. 2. ī. de vulgari: v. Cuia. 17. obſ. 26. adde l. 39. l. 45. ff. de vulgari.* [p] *l. 5. l. 28. in f. l. 41. §. 3. 4. ff. de vulgari.* [q] Miles, verbis directis, etiam poſt pubertatem, liberis ſubſtituere poteſt *l. 8. ī. de impuber.* paganus, per fideicommiſſum tantum & verbis fideicommiſſarijs *l. 41. §. 3. ff. de vulgari. §. vlt. Inſtit. de pupillari. v. Cuia. 12. obſ. 27.* [r] Paganus ſeruum cui legatum adſcripſit, manumiſiſſe non videtur, *vt hic: & l. 65. ff. de hæredib. inſtit.* aliud in milite *ī. eod.* [ſ] Miles ſeruum, cui ſcienter vt ſeruo legatum adſcripſit, manumiſiſſe videtur, *vt hic: & l. 40. §. 1. ff. eod.* dic apertiùs, Si miles ſeruum ſuum ſciens libertum nuncupauerit, eive legatum adſcripſerit, manumittit. *Nouel. 78. cap. 4.* paganus non manumittit *l. 2. ī. de neceſſar. l. 65. ff. de hæredib. inſtit.* Quid ſi paganus ſub appellatione libertorum ſeruos hæredes inſtituerit? manumittit *dict. l. 2.* Plus igitur in inſtitutione eſt, quàm in legato. [t] Excidit ſæpe nobis falſa demonſtratio in hærede inſtituendo *l. 33. ff. de conditionib. & demonſt.*

ſed dandæ libertatis animum habuerit: libertatem equidem directam competere tibi, ſed & legati vindicationē habere te prærogatiua militaris priuilegij præſtat. Dat. 12. Kal. Ian. Alexandro A. II. & Marcello Conſſ. 227.

8. Imp. *Gordianus* A. Æterno militi.

CErti iuris eſt, militem [a] ad [b] tempus etiam hæredem inſtituere poſſe. PP. 3. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

9. Idem A. Valerio.

SIcut certi iuris eſt, militem, qui ſcit [c] ſe filium habere, aliósque ſcripſit hæredes, tacitè [d] eum exhæredare intelligi: ita ſi ignorans [e] ſe filium habere, alios ſcribat hæredes, non obeſſe filio ademptam hæreditatem, ſed minime valente teſtamento, ſi ſit in poteſtate, eum ad ſucceſſionem venire in dubijs non habetur. PP. 5. Non. Octob. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

*Poſthum⁹ vel iam natus à milite ignorante præteritus, ab inteſtato ei ſuccedit: eo ſciēte, habetur pro exhæredato. Sal.*

10. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Iuſtino militi.

SI cum vel in vtero haberetur filia inſcio [g] patre milite, ab eo præterita ſit: vel cum in rebus humanis [h] eam nō eſſe falſo rumore perlato pater putauit, nullam eius ‖in‖ teſtamento fecit mentionem: ſilentium huiuſmodi, exhæredationis [i] notam nequaquam infligit. Is autem miles qui teſtamento filiam [k] ſuam appellauit, eiq́; legatum dedit: non inſtituendo eam hæredem exhæredauit. PP. 12. Kal. Iun. Præſente & Albino Conſſ. 247.

11. Iidem A. & C. Æmiliano militi.

CAptatorias [l] inſtitutiones etiam in militis teſtamento nullius eſſe momenti, manifeſtum eſt. PP. 7. Kal. Iul. Præſente & Albino Conſſ. 247.

12. Iidem A. & C. Domitiæ.

IN teſtamento militis [m] legem [n] Falcidiam, & in legatis [o] & fideicommiſſis [p] ceſſare, explorati iuris eſt. Sanè ſi quid vltra [q] vires patrimonij poſtulatur [r], competenti defenſione tueri te potes. PP. 6. Non. Iul. Præſente & Albino Conſſ. 247.

13. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Claudiæ.

ET militibus noſtris, centurionibus quoque ob flagitium militare [ſ] damnatis, [t] non aliarum quàm caſtrenſium rerum teſtamentum facere permittitur, [u] & inteſtatis iure proprio ſuccedit ur à fiſco. Prop. Non. Auguſt. Valeriano & Gallieno AA. 3. Conſſ. 256.

*In teſtamento militis non requiritur ſolennitas iuris communis. Alex.*

14. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. hæredibus Maximi.

SI à fratre ſuo militante mater veſtra ſcripta hęres ſucceſſionem ‖ eius ſibi ‖ quæſiuit: quamuis teſtamenti ſcriptura non continet iuris [a] obſeruationem: hanc ‖ tamen ‖ hæreditatem fratrem teſtatoris vel eius filios ab inteſtato euincere non potuiſſe, iure conſtitit. PP. 5. Non. Maij. ipſis AA. & Conſſ.

15. Imp. *Conſtantinus* A. ad Populum.

MIlites in expeditione [b] degentes, ſi vxores, aut filios, aut amicos, aut commilitones ſuos, poſtremo cuiuſlibet generis homines amplecti voluerint ſupremæ voluntatis affectu: quomodo poſſint, [c] ac velint, teſtentur: nec vxorum, aut filiorum eorum, cum voluntatem patris reportauerint, meritum aut libertas dignitáſve quæratur. Proinde ſicut iuris rationibus licuit, ac ſemper licebit, ſi quid in vagina, [d] aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcripſerint [e] gladio ſub ipſo tempore quo in prælio vitæ [f] ſortem derelinquunt, huiuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet. Datum 3. Id. Aug. Nicomediæ, Optato & Paulino Conſſ. 334.

16. Imp. *Anaſtaſius* A. Hierio PP.

SCriniarios [g] vel apparitores, qui [h] virorum magnificorum magiſtrorum militum iuſſionibus vel actibus obtemperant: etſi nomina eorum matriculis [i] militarib. referri videantur, [k] nullatenus ‖ tamen ‖ in vltimis à ſe conficiendis voluntatibus iuris militaris habere facultatem decernimus. Datum Idib. Feb. Conſtantinop. Paulo V.C. Conſ. 496.

*Miles non militans non gaudet priuilegio militis. Bald.*

17. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

NE quidam putarent in omni tempore licere militibus teſtamenta, quoquo modo voluerint, componere: ſancimus his ſolis, [l] qui in expeditionibus [m] occupati ſunt, memoratum indulgeri circa vltimas voluntates conficiendas beneficium. Dat. 4. Idus April. Decio V.C. Conſ. 529.

*Pupillus licet ſit tribunus, ſeu capitaneus militum, non poteſt teſtari. Alex.*

18. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LIcèt antiquis [n] legibus permittebatur [o] pupillis [p], ſi tribunatum [q] numerorum [r] merebantur [ſ], vltimum

---

[a] Aliud in pagano *l. 34. ff. de hæred. inſt.* [b] *l. 15. §. 4. l. 19. in fi. l. 41. ff. eod.* [c] *l. 10. ſ. eod. l. 36. §. 2. ff. eod. l. 16. §. 7. ff. de teſtam. tut.* [d] Militis pręteritio, exhæredatio eſt *l. 47. in pr. ff. de bo. libert.* miles non cogitur filiū nominatim exhæredare. Miles ſilētio exhæredat *l. 12. ff. de bo. libert. §. 6. Inſt. de exhæred. liber.* [e] *l. 10. ſ. eod.* [f] Miles ignorans ſe filium habere, nō iuſtè eū ꝑterit. [g] *V. l. 9. ſ. eod.* [h] Mortuus nō eſt in reb. humanis. mortuus, homo eſſe deſinit. [i] Qui à patre exhæredatur, quaſi notatur. Exhęredatio ſpecies iniuriæ. inde tamen filius nō fit infamis *dixi ad l. 13. ſ. ex quib. cauſ. infam.* [k] Quem miles non exhæredat inſtituit: quē non inſtituit, exhæredat. Miles autem eum hæredē nō inſtituit ſi quem filium tantū appellauit, aut qui eidem vt filio tantū legauit. Paganus ſi filio legauerit, nec inſtituerit, non cenſetur filium exhæredaſſe *l. 30. in l. pr. l. 36. ſ. de inofficioſo.* [l] *l. 70. l. 71. ff. de hæredi. inſti.* Captare, eſt aucupari lucrū. Hinc captatoriæ ſcripturę. [m] *l. 64. ff. de legat.* 1. captare hæreditatem *l. 25. ſ. de trāſac. l. 1. ff. ſi quis aliq. teſta.* Captatoriā inſtitutionē χάριν ἀμειβομένην vocat Harmenopulus 5. *titu.* 8. Hoc modo, Si Titius me: vel, Qua ex parte Titius me hæredem inſtituerit: vel, Si Titius Caium ſibi hæredem inſtituerit, mihi hæres eſto. His formulis referimus gratiam quam captamus: nec tantum accipimus, ſed repoſcimus, nobis vel alijs hæredem captantes. idq́ue aucupium hæreditatis, ſecretum voluntatis alienæ ſeu teſtatoris appellatur. 70. ff. *de hæred. inſt.* Idem aucupium *in l. 71. in fi. d. tit.* captio appellatur. Captatoria autem non eſt, quæ fit remuneranda iam facta inſtitutionis cauſa *l. 71. ff. de hæred. inſtit.* quæ fit mutuatis affectionib. ita. n. legendum in lege 70. ff. de hæredib. inſtit. id eſt placata teſtatoris offenſa *l. 3. ff. ſi quis aliquē teſtari.* Huic nouæ interpretationi adiungi cupio quæ de ea re tres præſtantiſſimi viri ſcripſerunt Alciatus 2. *Parerg.* 31. Ant. Auguſtinus. 4. *emendat.* 15. Cuiacius 16. *obſ.* 11. & ex hoc loco illuſtrari d. legem 70. adde etiam quædam ex Mynſingero 1. *obſ.* 8. [n] Aliud in pagani teſtamento, & militis, iure communi facto *l. penult. ſ. eod.* & tamen veterano *l. 40. ff. ad l. Falcid.* [o] In teſtamento militis ceſſat Falcidia *vt hic: & l. 17. in fin. ff. eo. l. 7. ſ. ad l. Falcid. l. 17. l. 92. in fin. l. vlt. ff. ad leg. Falcid.* [p] *d. l. 17. d. l. 7. d. 17. 92.* & vlt. [q] *l. 1. §. 18. ff. ad Trebell.* [r] Hæres, vltra quàm ad eum peruenit non tenetur *l. 22. §. 5. ſ. de iure deliber. l. 1. §. 17. ff. ad Trebell.* ſi tamen inuentariū fecerit, *d. l. 22. §. 14.* ideóq; legata ab eo facta, qui non ſoluendo fuit, inutilia ſunt *l. 15. ſ. de legat. l. 16. ſ. ad l. Falcid. l. 17. §. de mort. cauſ. donat. §. vlt. Inſti. ad l.* Falcid. [ſ] Secus, ſi ob commune delictum. Tunc enim cognati mulieris fiſcum excludunt. *l. 1. ff. de veter. & milit. ſucceſſ.* [t] Miles ob flagitium damnatus, poteſt teſtari de rebus caſtrenſib. *vt hic. & l. 11. ff. eod.* in paganicis fiſcum habet hæredem *vt hic.* [u] lege ſ. alias permitti ei poteſt *l. 32. §. 8. ff. de donationib. int. vir. l. 1. ff. de veter. & milit. ſucceſſ.* vel à principe *l. 6. §. 6. ff. de iniuſto.* vel ab ipſo iudice dum condemnat *l. 22. §. 1. ff. de leg. 3.*

[a] In militari teſtamētō nō requiritur iuris communis obſeruatio *vt hic.* Nā voluntas militis in expeditione occupati pro iure ſeruatur *l. 1. in fin. ſ. eod.* [b] *l. 1. in fi. ſ. eo.* [c] *l. 3. ſ. eo. l. vlt. ff. eo. l. 37. ſ. de inoff.* [d] Militibus vagina, clypeus, puluis, chartæ loco eſſe poſſunt, adde *Nouell.* Leonis 40. [e] Præſente aliquo ſ. Vix eſt. n. vt cuius quam manus ex eiuſmodi ſcriptura adgnoſci poſſit. Quot teſtes requirantur in militis teſtamētō, dixi ad nouellam Leonis 41. [f] Sors vitæ, vita ipſa. [g] σκρινιάριος auctor Etymolog. χαρτοφύλαξ Forcatulus 12. Auiarij 2. ſcriniarijs hodie comparari poſſe putat ſecretarios & ſcribas Ducum & Tribunorum. quinam ſcriniarios habuerint, mox dicam. [h] Scriniarios olim habuerunt Præfecti prætorio, Magiſtri militum, Comites vtriuſque ærarij, Proconſul Aſiæ, & caſtrenſis ſacri palatij, item duces. [i] Sola matricula militem non facit, ideoque qui militis effectu carent, carent & priuilegio *c. vn. de vaſall. milit.* [k] Aliud eſt videri, aliud, eſſe: Nomina ſcriniariorum videntur eſſe in matriculis militaribus, non ſunt tamen: id eſt, videntur milites, non ſunt tamen verè milites etiamſi ius caſtrenſis peculij habeant. *l. 6. ſ. de caſtrenſi peculio milit.* Fit eorum militum mentio in lege 8. *ſ. de numerari.* [l] *l. vlt. de inſt. milit.* Miles iure militari per id tantum tempus vti poteſt quo militat & in caſtris degit. §. 3. *Inſtit. eod.* [m] Idque ſiue fit in caſtris, ſiue in foſſato, ſiue in hybernis, ſiue in præſidijs, ſiue in ſtatiuis ſeu ſedibus ſedetis ac ædibus *d. l. vlt. l. 18. ſ. de epiſcop. aud.* Sufficit ergo vt fiat in expeditione, licet non in procinctu. alioquin nihil aut parum diſtabit miles à pagano. Nam paganus in procinctu & hoſtico, iure militari teſtari poteſt *l. vlt. ff. eod. vel ideo* quod in illis locis de quibus dixi intermortua eſt quodammodo memoria legum *v. Cuiac. conſult.* 49. [n] fortè Adriani. Valerianus apud Vopiſcum *in Probo*, Miraris quod ego imberbem Tribunum fecerim contra conſtitutum D. Adriani. & de eodem Adriano Spartianus, Nullum tribunum, niſi plena barba fecit, aut eius ætatis, quæ prudentia & annis tribunatus robur impleret. [o] Olim permiſſa fuit teſtamenti factio impuberi tribuno numerorum, quaſi dignitatem ſupplente ætate. vt hinc quoque poſſis colligere tribunatum numeri aliáſque dignitates militares impuberibus permiſſas 1. *Veget.* 4. *Plin.* 8. *epiſt.* Corraſius 5. *Miſcell.* 22. ideo teſtamenti factionem pupillis permiſſam putat, quòd tribunatus nomen eſſet honoris, non officij, ijs maximè qui eſſent ex illuſtri familia: & quoque poſſent maiores natu vicarios, adiutores & conſiliarios habere *V. Cuiac.* 17. *obſ.* 36. [p] Si in tribunatu numerorum, Rænardus. 4. *variar.* 8. ita emēdat. ortum errorem putat ex ea ſcriptura, tribunatu in numerorum. Tribunus ergo numerorū eſt, qui aliàs Romanorum cohorti aut legioni prępoſitus fuit. [q] Numeri interdum cohortem vel legionem ſignificant. *l. 14. ff. de re milit.* Hinc, in numeros referri. *l. vn. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtamento militis.* [r] Ad eundem modum, lege Conſtantini, impuberibus profitentibus cœlibatum dabatur ius teſtamenti faciendi in ipſo ingreſſu monaſterij 1. *Sozomen.* 9. quod tamen Leo mutauit. *Nouell.* 6. [ſ] & per conſequens non permittebatur patri, in cuius poteſtate eſſet, ei facere ſubſtitutionem.

elogium conficere poſſe: attamen indignum noſtris temporibus‖eſſe‖videtur, cum qui ſtabilem[a] mentem nondum adeptus eſt, propter priuilegia militum, ſapiẽtium[b] hominum iura pertractare, & in ‖tam‖ tenera ætate ex tali licentia parentibus fortè ſuis vel alijs propinquis nocere, propriam ſubſtãtiam extraneis relinquendo. Ideoq; hoc fieri nullo † modo concedimus. Dat. Kal. Nouemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo 532.

## QVI TESTAMENTA[c] FACERE poſſunt, vel non[d],

### Tit. XXII.

*Habens cum alio bona communia, non prohibetur de ſua parte teſtari.*

1. Imp. *Gordianus* A. Petronio militi.

QVANQVAM omnium bonorum ſocer tuus, itemq́ue frater eius, ſocij[e] fuerint: tamen nõ eo minus idem frater eius cum fati munus impleret, teſtamẽto ſuo potuit ſibi hæredem inſtituere quẽ vellet. Item non idcirco minus is teſtamenti factionẽ habet, quod[f] indiuiſam ſucceſſionem cum ſorore ſua dicatur habuiſſe. PP. 12. Kalend. Aug. Ariano & Pappo Conſſ. 244.

2. Imperatores *Diocletia. & Maximia.* AA. & CC. Viatori & Pontiæ

SI is, qui te cum vxore tua hęredem ſcripſit, quando teſtamentum ordinauit, ſanæ[g] mentis fuit, nec poſtea alicuius ſceleris[h] cõſcientia obſtrictus, ſed aut impatiens[i] doloris, aut aliqua furoris[k] rabie[l] conſtrictus, ſe præcipitem dedit, eiusq; innocentia liquidis probationibus commendari poteſt à te: adſcitæ mortis obtentu poſtremum eius iudicium conuelli non debet. Quòd ſi futuræ[m] pœnæ metu, voluntaria morte ſupplicium anteuerterit: ratam voluntatem eius conſeruari leges vetãt. PP. Kalen. Decemb. ipſis AA. & Conſſ.

[z] impuberi mens non eſt ſtabilis. [b] Factio teſtamenti ſapientibus tãtum permittitur. † & ita abrogantur antiquæ leges, quib. permittebatur impuberi tribuno numerorũ teſtamenti factio. [c] Qui ſequitur tractat⁹, ſummam habet vtilitatẽ, nam in teſtamento ſubijciuntur inſtitutiones, ſubſtitutiões, exhæredatiões, legata, fideicommiſſa, tutelæ, libertates, adſignationes libertorum, mortis cauſa donatiões, mortis cauſa capiones, atteſtationes, ademptiones, confirmationes codicillorum, præcepta, conſilia, condemnationes, iniunctiones, quæ omnia patent latiſſimè. [d] dixi ad 28. ff. 1. de accuſato v. *l.* 8. *&* 9. *l.* 13. *ff. eo.* ęgroto *l.* 3. ị. *eod.* Auguſta *l.* 7. ị. *eod.* de bannito vide Clar. 3. *ſen.* §. *teſtamentum. q.* 19. (vbi differentiam facit inter bannitos ſimpliciter, & bannitum ſimul & damnatum ad mortem, & inter bona in loco interdicti ſita & extranea, & inter leges loci interdicti & alias) de captiuo *l.* 8. 12. *&* 13. *ff. eo.* cœco *l.* 8. ị. *eod. Nouell. Leo.* 69. De eo qui rem indiuiſam cum alio habet, *l.* 1. *inf.* ị. *eod.* damnato ad metallum, ad ferrum, ad beſtias, *l.* 8. *ff. eodem.* ad perpetuos carceres, *Clar.* 3. *ſentent.* §. *teſtament. quæſtio.* 23. ad mortem (Clarus 3. *ſentent.* §. *teſtamentum. quæſtio.* 21. de conſuetudine receptum eſſe ait vt is teſtari poſſit in illis bonis in quibus bonorum confiſcatio locum nõ habet, contra legem 6. §. 6. *ff. de iniuſto.*) ob carmen famoſum *l.* 18. *ff. eod.* ex militari delicto *l.* 6. §. 5. *ff. de iniuſto.* De deportato *l.* 8. §. 2. *ff. eod.* ſi teſtator de ſuo ſtatu dubitat, *l.* 15. *ff. eo. Nou. Leon.* 37. de eunucho *l.* 5. ị. De excommunicato nihil definitur, poteſt itaq; teſtari, v. *Clar.* 3. *ſenten.* §. *teſtamentum. q.* 24. de filiofamilias *l.* 11. *&* 12. ị. *eod.* de furioſo, *l.* 9. ị. *eod.* de hæretico v. *l.* 17. 19. *Cod. de hæreticis. Nouel.* 144. *c.* 1. v. *l.* 5. ị. *eod.* ſi teſtator eſt incertus de ſuo ſtatu, *l.* 14. *&* 15. *ff. eod.* de infami *l.* 1. *Cod. de ſecund. nupt. Clar.* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 25. de impubere, *l.* 4. ị. *eod.* interdicto bonis ſeu prodigo, *l.* 18. *ff. eod.* de interdicto aqua & igni, *l.* 8. *ff. eod.* Inhabiles ad teſtamentum faciendũ, an poſſint teſtari ad pias cauſas, dixi *ad Auth. Similiter* ị. *ad leg. Falcidiam.* De legato *l.* 13. §. 1. *ff. eo.* de leproſo dicam ad *l.* 3. ị. *eod.* maieſtatis reo, *l. vlt.* ị. *ad leg. Iul. maieſtat.* manibus priuato, *l.* 10. *ff. eod.* monacho *Nouell. Leon.* 5. v. *Clar.* 3. *ſenten.* §. *teſtamentum. q.* 28. 29. 30. muto ſurdo à natura, *l.* 10. *ff. eod.* obſide *l.* 11. *ff. eod.* De prælato & clerico vide Clarum 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 27. principe *l.* 6. *l.* 7. ị. *eod.* peregrino *l.* 31. 32. *ff. de iure fiſci. Vlpia.* 20. §. 12. *in fi.* prodigo *l.* 18. *ff. eod.* §. 2. *Inſtit. quib. non eſt permiſſ.* relegato *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* ſene *l.* 3. ị. *eo.* ſeruo priuati vel principis, *l.* 16. *ff. eo. Leo Nou.* 36. ſocio omnium bonorum *l.* 1. ị. ſurdo muto, *l.* 10. ị. ſpurio *Nouell.* 89. *c.* 12. *c.* 25. *Auth. licet in fi.* ṡ. *de naturalib. liber.* v. *Clar. d. loco q.* 31. ſui interfectore *l.* 2. ị. *eodem.* valetudinario *l.* 3. *eodem.* vaſallo *cap.* 1. *de ſucceſſ. feudi.* vſurario *c. vltim. de vſuris in* vj. *vide Clarum* 3. *ſentent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 26. [e] Socius omnium bonorum teſtari poteſt, *leg.* 4. *in fin. ſupra pro ſocio. l.* 52. §. 2. *ff. pro ſocio.* [f] Rem indiuiſam cum alio communem habens teſtari poteſt, *dict. leg.* 4. *leg.* 3. *ſupra de commun. rer. alienatio.* [g] quod ſemper præſumitur. Senſus & ratio naturalis præſumitur in quolibet homine niſi probetur contrarium, *vide Alciatum* 1. *præſumptio.* 38. [h] *leg.* 52. §. 7. *ff. de donatio. inter vir.* [i] *l.* 6. §. 7. *verſic. quod ſi quis. ff. de iniuſt. l.* 34. *ff. de milit. teſtamen. leg.* 43. §. 4. *ff. de adilitio. leg.* 4. *infra ſi reus vel accuſator. dixi ad leg. quart.* §. 4. *ff. de bonis eor.* [k] furoris rabies. [l] aut pudore æris alieni, *leg.* 42. §. 2. *ff. de iure fiſci.* [m] Sui interfector, ob metum pœnæ futuræ, capitalis tamen, teſtari non poteſt, *vt hic:* v. *l.* 3. §. 1. 2. 3. 4. *ff. de bon. eor. qui ante ſentent. Bellouiſanum* 3. *pract.* 18. *in pr.*

3. Iidem AA. & CC. Licinio.

SEnium[a] quidem ætatis, vel ægritudinem[b] corporis, ſinceritatem mentis tenentibus, teſtamenti factionem certum eſt non auferre. 1 ¶ Filium autem, qui in poteſtate eſt[c], teſtamentum facere non poſſe, indubitati iuris eſt. Dat. 4. Non. Apr. Sirmij, CC. Conſſ.

*Pupillus non poteſt teſtari, ſed ille qui exceſſit pupillarem ætatem poteſt. Alex.*

4. Iidem AA. & CC. Radoni.

SI frater patruelis tuus ante[d] decimumquartum[e] ætatis ſuæ annum deceſſit, cùm facere non potuit teſtamentum: nihil rectè ex eius poſtremo iudicio poſtulatur. Nam ſi hanc ætatem egreſſus, licet vigoris[f] nondũ emerſiſſent veſtigia, ſuum ſoléniter ordinauit iudicium: hoc euellere fruſtra conaris. S. 6. Idus Nouemb. Pantichi, CC. Conſſ.

*Inhabilitas ad generandum, non inhabilitat ad teſtandum. Salyc.*

5. Imperator *Conſtantinus* A. ad Rufinum præfectum prætorio.

EVnuchis[g] liceat[h] facere teſtamentum, componere poſtremas exemplo omnium[i] voluntates, conſcribere[k] codicillos ſalua teſtamentorum obſeruãtia[l]. Dat. 5. Kalen. Mart. Sirmij, Conſtantio A. V. & Conſtante Cæſ. Conſſ. 339.

6. Idem A. ad Voluſium præfectum vrbi.

SI quis imperatorem fortè hæredem inſtituerit[m]: habeat[n] mutandi[o] iudicij facultatem, & quemcumque voluerit ſecundum leges in teſtamento ſuo hæredem ſcribendi. Dat. 12. Kalend. Mart. Mediolani, Arbitione & Lolliano Conſſ. 355.

7. Imppp. *Valens, Valent. & Grat.* AAA. Maximo.

CVm hæredes inſtituũtur imperator ſeu Auguſta: ius commune[p] cum cæteris habeant. Quod‖&‖in codicillis & fideicommiſſarijs[q] epiſtolis[r] iure ſcriptis obſeruãdum erit. Et ſicuti priſcis legibus cautum eſt, imperatori quoque[ſ] & Auguſtæ teſtamentum facere liceat & mutare[t]. Datum 7. Id. Auguſt. Gratiano A. II. & Probo Conſſ. 371.

*Cæci vtroq; lumine ex accidenti, vel à natura, poſſunt ſuas vltimas voluntates per nuncupationem condere, ſeruatis tamen ſolennitatibus in hac lege comprehenſis. Alex.*

8. Imp. *Iuſtinus* A. Demoſtheni præfecto præt.

HAc conſultiſſima lege ſancimus, vt carentes oculis[u], ſeu morbo‖vitióve‖ſeu ita nati, per nuncupa-

[a] De ſenibus dixi *ad l.* 5. *ff. de iure immunit.* [b] *l.* 2. *ff. eod. l.* 27. ṡ. *de trãſact.* An & is qui Elephantiaſi ſeu lepra laborat? poteſt, vt qui expreſsè nõ prohibeatur. & ita iudicatum fuiſſe refert Papo 20. *Areſt.* 1. *nu.* 16. [c] Filiusfamilias, de profectitijs & aduentitijs, ne quidẽ patre permittente, teſtari poteſt *l.* 6. *&* 16. *ff. eo.* de aduentitijs quorũ vſusfructus patri nõ quęritur, poteſt *l. vlt.* §. 5. *verſ. filijs.* ị. *de bon. quæ liber. Nouel.* 98. *c.* 1. §. 1. v. *Vurmſer.* 1. *pract.* 39. *obſ.* 16. Poteſt etiã de caſtrenſibus & quaſi, teſtari, *l.* 5. *ff. de donation. Paulus* 3. *ſen.* 4. §. 3. vt & donare cauſa mortis, patris conſenſu *l.* 7. §. 5. *ff. de mort. cauſ.* [d] ante pubertatem, id eſt, Pupillo ſeu impuberi teſtari non licet, *l.* 5. *l.* 19. *ff. eod.* §. 1. *Inſtit. eod. l.* 1. §. 8. *ff. ſecund. tabul. l.* 2. ị. *quando prouocare.* 2. *Caius* 2. §. 3. *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 1. [e] de pubertate alias dixi. [f] v. *quæ dixi ad l. vlt.* ṡ. *quando tut. eſſe deſ.* [g] *l.* 6. *ff. de liberis & poſthumis.* Cuiacius 17. *obſ.* 24. hoc verbum referri poſſe ait ad cubicularios principum *l.* 2. ị. *de præfect. ſacri cubicul. l.* 2. ị. *de priuilegijs eorum qui in palat. milit.* vt, & ſi ſerui ſint, habeant teſtamenti factionem: quemadmodum Nouella Leonis 38. generaliter de ſeruis principis cõſtitutum eſt vel ad Eumomiamos ſpadones, quibus lex 17. *Cod. Theod. de hæreticis.* ademerat teſtamenti factionem: cui rei magnum argumentum præbet lex 23. & 26. *d. tit.* [h] Cauſa dubitandi fuit, quod ſolis puberibus teſtandi facultas ſit permiſſa, eunuchi non ita pubeſcant. Ideo Alexander Seuerus eunuchos, Tertium genus hominum appellauit, *teſte Lampridio.* ob eandem cauſam conſul Mamercus Genucio bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas denegauit 7. *Val.* 7. [i] id eſt, eadem ætate. Olim anno decimooctauo tantùm, eunuchis teſtari licuit, cum eo tempore plerique pubeſcant *Paul.* 3. *ſentent.* 4. §. 2. [k] Eunuchus teſtamentum facere poteſt, ṡ. *eodem.* codicillos *vt hic:* adoptare *Nouel. Leon.* 26. Poteſt etiam epiſcopus eſſe, *dixi cap.* 20. 21. *Can. Apoſtol.* non poteſt vxorem ducere, *Nouell. Leon.* 98. adde alia quædam de eunuchis ex lege 128. *ff. de verbor. ſignif.* & ex tit. de eunuchis ṡ. [l] id eſt, ſolennitate. Principes, licet indulgeant teſtamenti factionem, non tamen remittunt iuris ſolennia, *facit l.* 3. §. 2. *ff.* 2. *de bon. libert.* [m] poteſt enim princeps hæres inſtitui, *l.* 16. ị. *de teſtamentis.* [n] Princeps in multis iure priuato vtitur, v. *l.* 7. ị. *eodem. l.* 3. ị. *de teſtament. l.* 4. ị. *ad leg. Falcid.* [o] Principem inſtitutum à nobis hæredem poſſumus reuocare ſeu exhæredare, *l.* 19. *verſ.* ne quid ị. *de teſtamentis.* [p] v. *l.* 6. ṡ. *eodem.* [q] Ab imperatore hærede inſtituto fideicommiſſum & legatum dari poteſt, *Paul.* 4. *ſenten.* 1. §. 3. [r] Per epiſtolam fideicõmiſſum principi relinqui poteſt, *vt hic: & l.* 16. ị. *de teſtamentis.* Principes fideicommiſſa ex codicillis, ex epiſtolis non admittebant *l.* 2. *C. Theod. de teſtam. & codicil.* Iuſtinianus hanc Valentis prætulit. quædam hic adiecta ex Symmacho v. apud Cuiac. 5. *obſ.* 7. [ſ] Imperatori & Auguſtæ teſtamentum mutare licet. [t] Ratio dubitandi fortaſſe eſſe potuit, quòd mutatio videatur principe indigna. [u] Cœcus teſtamentum facere poteſt *vt hic:* Cur ita? quia accire poteſt adhibitos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes, *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 4. v. quæ de cœco dixi ad Nouellam Leonis 69.

tionem [a] ſuæ condant moderamina voluntatis: ||ſcilicet|| præſentibus ſeptem [b] teſtibus, quos alijs quoq; teſtamentis intereſſe iuris eſt, tabulario etiam [c]: vt cunctis ibidem collectis, primũ ad ſe conuocatos omnes, vt ſine ſcriptis [d] teſtentur, edoceant. † deinde exprimant nomina ſpecialiter hæredum, & dignitates [e] ſingulorum, & indicia, ne ſola [f] nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat: & ex quanta parte, vel ex quot vncijs in ſucceſſionem admitti debeant: & quid vnumquemque legatarium ſeu fideicommiſſarium adſequi velint: omnia denique palam [g] edicant quæ vltimarum capit diſpoſitionum ſeries lege conceſſa. Quibus omnibus ex ordine peroratis vno eodemque loco & tempore, ſed & tabularij manu conſcriptis ſub obtutu [h] ſeptem (vt dictum eſt) teſtium, & eorundem teſtium manu ſubſcriptis, dehinc conſignatis tam ab eiſdem teſtibus quàm a tabulario, plenum obtinebit robur teſtãtis arbitrium. Quæ in eundem modum erunt obſeruanda, quamuis non hæredes inſtituere, ſed legata ſolum vel fideicommiſſa, & in ſumma quæ codicillis habentur congrua, duxerint ordinanda. At cum humana fragilitas mortis præcipuè cogitatione perturbata [i], minus [k] memoria poſſit res plures conſequi: patebit eis licentia, voluntatem ſuam, ſiue in teſtamenti, ſiue in codicilli tenore compoſitam cui velint ſcribendam credere: vt in eodem ||loco|| poſtea conuocatis teſtibus & tabulario, re etiam (vt dictum eſt) patefacta cuius cauſa conuocati ſunt, etiam chartulare promatur, quam ſuſceptam teſtatori recitabit tabularius, ſimul & teſtibus: vt vbi tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipſe ſuum profiteatur agnoſcere, & ex animi [l] ſui quæ lecta ſunt, diſpoſuiſſe ſententia, & in fine ſubſcriptio ſequatur teſtium, necnon omnium ſignacula tam teſtium, (prout dictum eſt) quàm tabularij. Sed quia tabulariorum copia non in omnibus locis datur quærentibus: iubemus, vbi tabularius reperiri non poſſit, octauum [m] adhiberi teſtem [n]: vt quod tabulario pro ſupradicto modo cõmiſimus, id per octauum teſtem effectum capiat: libera poteſtate concedenda voluntates ſuas in prædictum modum ordinantibus, chartulam ita ſubſcriptam, ita deniq; conſignatam vt antelatæ formæ declarant, cui [o] velint ex teſtibus cuſtodiendam ||mandare [p]||. Sic namque fieri confidimus, vt non recipiat ſe tantùm in cæcis teſtandi licentia: ſed ne locum quidem vllum relinquat inſidijs, tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſib[9], tot inſuper in tuto locata manibus. Datum Kalen. Iun. Conſtantinopoli, Iuſtiniano & Valerio Conſſ. 521.

9. Imperator *Iuſtinianus* Auguſtus Iuliano præfecto prætorio.

FVrioſum [q] in ſuis inducijs [r] vltimum condere elogiũ poſſe, licet ab antiquis dubitabatur, tamen ||&|| retro principibus & nobis placuit. Nunc autem hoc decidendum eſt, quod ſimili modo antiquos [ſ] animos mouit, ſi cœpto teſtamento furor eum inuaſit. Sancimus itaque ||tale|| teſtamentum hominis, qui in ipſo [t] actu teſtamenti aduerſa valetudine tentus eſt, pro nihilo eſſe. Si verò voluerit in dilucidis [u] interuallis aliquod condere teſtamentum, vel vltimam voluntatem, & hoc ſana mente incœperit facere, & cõſummauerit, nullo tali morbo interueniente: ſtare teſtamentum ſiue quamcunque [x] vltimam voluntatem cenſemus: ſi & alia [a] omnia acceſſerint, quæ in huiuſmodi actibus legitima obſeruatio requirit. Datum Kalend. Septemb. Conſtantinopoli Lamp. & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

*Surdus & mutus à natura, teſtari non poteſt.*

10. Idem A. Ioanni PP.

DIſcretis ſurdo & muto, quia non ſemper huiuſmodi vitia ſibi concurrunt: ſancimus, ſi quis vtroq; morbo ſimul laboret, id eſt, vt neque audire, neque loqui poſſit, & hoc ex ipſa natura [b] habeat: neq; teſtamentũ facere [c], neque codicillos, neque fideicomiſſum [d] relinquere, neque mortis cauſa donationem celebrare concedatur, nec libertatem [e] ſiue vindicta [f] ſiue alio † modo imponere: eidem legi tam maſculos quàm fœminas obedire imperantes. Vbi autem & huiuſmodi vitij non naturalis, ſiue maſculo, ſiue fœminæ accidit calamitas, ſed morbus [g] poſtea ſuperueniens & vocem abſtulit, & aures concluſit: ſi ponamus huiuſmodi perſonam litteras ſcientẽ: omnia quæ priori interdiximus, hæc ei ſua manu [i] ſcribenti permittimus. Sin autem infortunium diſcretum eſt, quod ita raro [i] contingit: & ſurdis, licet naturaliter huiuſmodi ſenſus variatus eſt, tamẽ omnia facere & in teſtamẽtis, & in codicillis, & in mortis cauſa donationib. & in libertatib. & in omnib. alijs ꝑmittimus. Si enim vox [k] articulata ei ||a|| natura conceſſa eſt: nihil prohibet eum omnia quæ voluerit facere: quia ſcimus quoſdam iuriſperitos & hoc ſubtilius cogitaſſe, & nullum eſſe expoſuiſſe, qui penitus non exaudiat ſi [l] quis ſupra cerebrum illius loquatur, ſecundum quod Iubentio Celſo placuit. In eo autem, cui morbus poſtea ſuperueniens auditum [m] tantummodo abſtulit, nec dubitari poteſt quin poſſit omnia ſine aliquo obſtaculo facere. Sin verò aures quidẽ apertæ ſint, & vocem recipientes, lingua autem eius penitus præpedita: licet a veteribus auctoribus ſæpius de hoc variatum eſt: attamen ſi hunc peritum [n] litterarum eſſe ꝓponamus, nihil prohibet eum ſcribentẽ hæc omnia facere, ſiue naturaliter [o], ſiue per interuentum morbi huiuſmodi infortunium ei acceſſerit: nullo diſcrimine neque in maſculis neque in fœminis in omni iſta conſtitutione ſeruando. Dat. 15. Kalend. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Filiusfam. non poteſt teſtari vel codicillari in aduentitijs, ſed in caſtrenſibus vel quaſi poteſt. Alex.*

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

NEmo ex lege, quam nuper [p] promulgauimus in [a] re-

[a] Cæcus nuncupatiuũ teſtamẽtum facere poteſt, ſi tamẽ fari poteſt. adde quę dicam ad *leg. 21. ĵ. de teſta.* [b] *§. 2. Inſtit. de teſtam. idque* ἀγράφως 35. *Eclog. 3. c. 8.* [c] vt ſint octo. Totidem enim requirũtur in cæci teſtamento. De numero teſtiũ in teſtamẽto neceſſariorum dixi ad Nouellã Leonis 81. [d] Cæcus ſine ſcripto teſtari *vt hic:* hodie, ſecreto teſtamẽtum facere poteſt *Nouell. Leon. 69.* ἐγγράφως 35. *Eclo. 3. cap. 8. in fi.* † Formularũ veterum verba hodie nõ requiruntur, *l. 26. inf. ĵ. de teſtam.* [e] *adde l. 17. ff. de conditionibus & demõſtrationib. l. 14. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 37. inf. ff. de ſtipul. ſeru.* [f] Propter ſolum nomen poteſt oriri ambiguitas, *l. 30. ff. de teſtam. tut. leg. 106. ff. de verbor. oblig.* [g] quid ſit *v. l. 21. ff. eo.* [h] i. ſub præſentia. [i] Humana fragilitas mortis cogitatione perturbatur. [k] hinc colligunt, morti vicinum non eſſe examinandum in teſtem: ſed præſtat id relinqui examinantis arbitrio. [l] Teſtamentum, animi ſententia. [m] Octo teſtes (ſi tabularius deſit) requiruntur in cæci teſtamento. dixi ad Nouellam *Leonis* 41. [n] Vnus teſtis hìc ſubrogatur in locum tabellionis. An ideo dicendum eſt, tabellionem teſtem eſſe? Baldus negat tabellionem connumerari inter teſtes. Nam alioquin vno teſte adhibito, teſtis alterius vicem notarius ſuſtineret. ſi tamen in iudicio de ſua ſcriptura deponit, audiri putat vt teſtis, non vt tabellio. [o] Teſtamentum vni teſtium cuſtodiendum dari poteſt. [p] ea lege, vt quoties eo opus fuerit, id exhibeat, *l. 24. ĵ. de fideicommiſſ.* [q] de furioſi teſtamento. De mente capto *vide l. 17. ff. eodem.* Neuter enim, id eſt, furioſus vel demens tempore aduerſæ valetudinis teſtari poteſt, *l. 16. l. 17. ĵ. eodem. l. 2. ff. de inoff. l. 1. § 8. ff. de ſecund. tabul.* [r] id eſt, dilucidis interuallis *ĵ. eodem.* [ſ] eo ſenſu antiqui animi dicuntur, quo veteres animi in lege tertia *ĵ. de poſthum. hæredibus inſtit. l. 23. ĵ. de legatis.* [t] ἐν αὐτῷ τῷ διατίθεσθαι. 35. *Ecloga 3. cap. 9.* [u] ἐν τοῖς διαλείμμασι 35. *Ecloga 3. cap. 9* quæ & interualla dicuntur ſimpliciter *in lege 14. ff. de offic. præſid. l. Cai. 2. § 4. § 5.* confinia furoris & ſanitatis *in lege ſexta ſupra de curator. furi.* tempus intermiſſi furoris à Paulo *3. ſenten. 4. § quinto. § primo. Inſtit. eodem.* induciæ *ſ. eodem.* [x] codicillos, mortis cauſa donationem.

[a] ſolennitates intelligit in aliorũ teſtamentis requiſitas. [b] Qui ſimul mutus & ſurdus eſt a natura, teſtamẽtum, aut codicillos, aut mortis cauſa donationem facere nõ poteſt. Ne dicas cum interpretibus, Paganis teſtamenti factionem à principe eo caſu permitti ex *lege 7. ff. eod.* ipſo vero iure, militi *§. 2. Inſtit. de militari teſtam.* vtrobique enim agi exiſtimandum eſt, de his qui ſimpliciter vel ſurdi vel muti ſunt. Nam qua ratione paganus mutus & ſurdus à natura, principi teſtamenti faciẽdi cauſa ſupplicauerit? quo motu quibúſve geſticulationibus, mutus eodem caſu hæredem inſtituet? dicendum eſt igitur, Paganos mutos vel ſurdos ſimpliciter, teſtamenti factionem olim à principe petere debuiſſe *d. l. 7.* militibus à lege permiſſum fuiſſe, *d. § 2.* hic autem, omnibus ſurdis vel mutis permitti. Quod de ſurdo diximus, ne intelligas de eo qui tardè vel exaudit, vel loquitur: ſed de eo qui nihil omnino exaudit, quique nihil eloqui poteſt, *§. 3. Inſt. eod. adde Vlpianum 20. § 13. l. 3. ff. de ædilitio.* [c] nec ei intereſſe vt teſtis. *Vide Oldendorpium c. 4. de teſtib. nu. 15.* Eſt enim optima illatio, teſtimonij dictionem ei denegari cui teſtamentũ facere non liceat, *v. l. 18. verſ. merito ff. eo.* [d] Quidni poſſit, cũ fideicommiſſum nutu relinqui poſſit? *l. 21. ff. de leg. 3.* Solue, Nutu relinqui poteſt, ab eo qui loqui nõ poteſt, nõ à muto ſimul & ſurdo à natura *vt hic:* [e] Mutus & ſurdus à natura bona alienare inter viuos etiam non poteſt, ex quo libertatẽ ſeruis inter viuos non confert. Ideoq; curator ei dari ſolet, *arg. l. 2. ff. de curat. fur.* [f] ſimpliciter tamen ſurdus non mutus, poteſt, *l. 1. ff. qui & à quib. manumiſſ.* † olim inter amicos per epiſtolam licuit. *Paulus 4. ſent. 12. § 2.* ſed præſtat verba Pauli de eo intelligi, qui vitio aliquo ſurdus & mutus factus eſt, quippe qui natura talis eſt, ſcribere non poteſt. [g] *Paulus 4. ſentent. 12. § 2.* [h] Mutus & ſurdus vitio aliquo, ſciens tamen literas, teſtari ſua manu poteſt. [i] Leges interdum ſtatuunt de his quæ raro fiunt. & ita reſtringitur lex *4. 5. 6. ff. de legibus.* [k] Surdus, qui mutus à natura non eſt, teſtari poteſt. An id cuiquam accidere poſſit, mox dicam. [l] Nemo ita ſurdus à natura eſt, quin ſi ſupra cerebrum illius quis loquatur non audiat. ſed tamen Plinius 10. *c. 69.* refert, Ei cui primo negatus ſit auditus, huic, & ſermonis vſum ablatum. [m] Surdus ex morbo teſtari poteſt. [n] Mutus non ſurdus literarũ ſciens teſtari poteſt. [o] Natura vel morbo quidam muti eſſe poſſunt, non tamen ſurdi. exemplum extat apud Herodotum *lib. 1.* & Gellium 5. *c. 9.* de Crœſi filio, qui cùm mutus à puero fuiſſet, articulatè ad hoſtis impetum exclamauit, ὦ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον: ſed & quiſpiam Sannius Athleta, nomen illi fuit αἴγλης, cùm antea loquens non fuiſſet, ob ſimilẽ cauſam loqui cœpit *Gell. d. loco.* qui id nunquam potuiſſet, niſi auditu prius ſermonem accepiſſet, didiciſſetque. [p] id eſt, anno 529. intelligit autem legem *6. ĵ. de bon. quæ liber.* intelligit etiam legem *vlt. 4. de collat.* quæ lata eſt anno 530.

[i] ne quidē in rebus, & itaGræci μηδὲ τοῖς ἀπροείϛοις.35. Eclog.3.c.11. vt hinc dubitādi ratio ſumatur.

in[a] rebus quæ parentibus acquiri[b] non poſſunt, exiſtimet aliquid eſſe innouandum, aut permiſſum eſſe filijsfamilias[c] cuiuſcunq; gradus vel ſexus teſtamenta facere[d]: ſiue ſine[e] patris conſenſu[f] bona poſſideant ſecundum noſtræ legis diſtinctionem, ſiue||cum|| eorum voluntate. Nullo etenim modo hoc eis permittimus[g]: ſed antiqua[h] lex per omnia cōſeruetur, quæ filijsfamilias, niſi in certis caſibus[i], teſtamenta facere nullo modo concedit, & in his perſonis quæ huiuſmodi facultatem habere iam conceſſæ ſunt. S. Datum Kalen. Septembr. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.531.

[k] d.l.vlt. Filiusfamilias de aduentitijs & ꝓprijs teſtari nō poteſt, etiamſi in illis pater nudum habeat vſumfructum: de peculio caſtrēſi vel quaſi, poteſt *Inſtit. eo. in pr.*

12. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

OMnes omnino, quibus quaſi[k] caſtrenſia peculia habere||ex legibus||conceſſum eſt, habeant licentiam in ea tantummodo vltimas voluntates condere ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quæ talibus teſtamentis de inofficioſi[l] querela immunitatem præſtitit. Datum 3. Nonas Decemb. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.531.

# DE TESTAMENTIS[m], ET QVEMadmodum[n] teſtamenta ordinentur[o],

## Tit. XXIII.

1. Imp. *Hadrianus* A. Catonio[a] Vero.

TESTES, ſerui an liberi fuerint, nō in hac cauſa tractari oportet: cùm eo[b] tempore, quo teſtamentum ſignabatur, omnium conſenſu liberorum loco habiti ſint; nec quiſquam eis vſque adhuc ſtatus controuerſiam mouerit. Sine die & conſule.

*Scriptura teſtamenti publicata fidem facit, etiamſi originalis ſcriptura ſit deperdita. Alex.*

2. Imp. *Alexander* A. Expedito.

PVblicati[c] ſemel teſtamenti fides, quamuis ipſa materia, in qua primum à teſtatore ſcriptū relictum fuit, caſu qui probatur, intercidit[d]: nihilo minus valet[e]. PP. Kalen. Ianuar. Fuſco II. & Dextro Conſſ.226.

3. Idem A. Antigono.

EX imperfecto[f] teſtamento nec imperatorem[g] hæreditatem vindicare poſſe, ſæpè conſtitutum eſt. Licet enim lex[h] imperij ſolennibus iuris imperatorem ſoluerit: nihil tamen tam proprium imperij eſt, quam legibus viuere. PP. 11. Kal. Ian. Lupo & Maximo Conſſ.233.

*Falſa demonſtratio non vitiat, ſi de corpore conſtat. Alex.*

4. Imp. *Gordianus* A. Rufino.

SI in nomine[i] vel prænomine[k], ſeu cognomine, || ſeu agnomine[l] ||teſtator errauerit, nec tamē, de quo ſenſerit, incertū ſit: error huiuſmodi nihil officit veritati. PP. 12. Kal. Ianuar. Gordiano A. & Auiola Conſſ.240.

*Aſſeueratio alicuius non facit filium eum, qui non eſt. Alex.*

5. Impp. *Valerian. & Gallien.* AA. Lucullo.

NEque profeſſio[m], neque adſeueratio[n] nuncupantium filios[o], qui non ſunt, veritati præiudicat: & quæ vt filijs teſtamento relinquuntur, iuxta ea, quę à principib. ſtatuta ſunt, non deberi, certi iuris eſt. Accep. 6. Non. Iul. Valer. & Gallie. AA. III. & II. Conſſ.256.

6. Imperatores *Diocletianus & Maximian.* AA. Terentiæ.

VErba teſtamenti, quibus mater veſtra decedens ni-

die vſitatam vide apud Speculatorē *in titu. de inſtrumētorum editione, in §. compendioſè.* apud Rolandum à Valle *1.conſ.36.* vbi poſt Bartolū *in l.2. teſtam. quemadmod.* notat formā teſtādi in ſcriptis admodū eſſe periculoſam vel ideò quòd ſi teſtiū vnus moriatur ante teſtatorē, vel ante apertas tabulas corruat integrū teſtamentum. Ideoq; his temporibus raro reperiri ſolēnia in ſcriptis teſtamēta.

[o] id eſt, fiant *dixi ad l. 21. ſſ.1.* adde etiā de eorum effectu *l. 10.13. & 16. in fin. j. eo.* & quemadmodum infirmentur *l. 27. j. eod.* [a] Catoni §.7. *Inſtit. eo.* [b] Teſtes debent eſſe liberi, verè vel putatiuè. hinc illud Communis error ius facit. Communis opinio veritatis vicem ſuſtinet. [c] De publicatione dicam *ad l.18.23. j. eod.* [d] *l.11. j. eod.* [e] *l.5. ſ. de fide inſtrum.* Exemplo publicato creditur, nec Authentici amiſſio nocet. [f] De imperfecto teſtamento dicam *ad l.21.§.1. j. eod.* [g] vide quæ dixi de imperatore & principe *ad l.6. ſ. qui teſtamen. ad §. vlt. Inſt. quib. mod. teſtam. Nou.105.c.2. in f. adde l.20. in fi. j. eod. l.23. ff. de leg. 3.35. Eclog.2.c.2.* [h] id eſt, lex regia *l.1. ff. de conſtit. pecun. §.6. Inſti. de iure naturali. v. conſtitut. de exceptione Digeſtorum. §.7.* [i] Falſa demonſtratio non vitiat: niſi ita falſa ſit, vt reddat diſpoſitionē omnino incertam *§.29. Inſtit. de legat. l.7. j. de legatis. l.9.§.1. ff. de contrah. empt. l.21.§.1. ff. qui teſtam. l.1. ff. de iniuſto. l.48. in f. ff. de hæred. inſtit. l.17. ff. de conditionib. & demonſt. l.32. ff. de verb. oblig. adde l.26. ſ. de ſacroſ. eccl.* [k] *d.§.29. l.8.§.2. ff. ſecund. tabulas.* [l] De his vocabulis aliquid dicendum eſt, quæ Græci ὄνομα, χρηματισμόν, πατρωνυμίαν, προσηγορίαν vocant, *35. Eclog.2.c.3.* Prænomen apud Romanos eſt quod familiæ nomē præcedit, vt Lucius, Publius, Marcus: ſoletq; vt plurimum notis ſcribi, eique hodie ſucceſſit quod familiæ nomini pręponimus, puta Iacobus, Petrus, Antonius, quod ideo docti ſolent etiam notis ſcribere, Indocti verò propria nomina appellant. Prænominibus caruiſſe pueros & maximè mulieres (niſi fortè plures eſſent) veriſimile eſt. Vtriq; familiæ nomine vtebantur. Pueri etiam cognomen familiæ ſuſcipiebant. Nomen verò apud Romanos ſignificauit familiæ nomen, vt Tullius. Cognomen erat, quod nomini coniungebatur vt cognationis nomen. Tertium nomē Plutarchus appellat *in Coriolano & Mario.* Theophilus ἐπώνυμον, quo etiam nomine vtitur Plutarchus & Iuſtinianus Nouel. 78. eſtq; vel nunc primum partum aut hęreditarium vt Scipionis, Cęſaris, Ciceronis *vide Macro. Varronem 2. de re ruſtica.* Agnomen, cognominis genus eſt, quod ob inſignem rem aliquam nomini additur. Vox *agnomen*, legitur apud Ciceronem lib. de *Inuentione.* & §.29. Inſtit. de legat. alibi legi negat Antonius Auguſtinus 3. *Emendat*, 8. Superfluo hic legi & paſſim vſurpari, quādo cognominis vocabulum ſatis rem ipſam exhibeat. Nam & Craſſo *Diuitis* cognomen fuit: *Cicer. ad Attic.* & Manlio *Torquati*, *Cicer. 2. de finibus.* & ita cùm multis locis extet verbum prænominis & cognominis, agnominis tamen non extare, *l.21.§.1. ff. qui teſtamen. l.1. ff. de iniuſto. l.13. ff. de falſis. l. vnic. j. de mut. nomin.* [m] in cenſum *vide quæ notaui l.14. adde l.29. ff. de probationib. l.12. ff. de iure patronat. l.4. j. de heredib. inſtit. l.6. ſ. de fide inſtrumentorum.* [n] *adde l.5. ſ. de probationibus.* [o] Vbi quem quis inſtituit vt filium, nō aliter inſtituturus: ſi is filius non ſit, inutilis erit inſtitutio. Idem dicendum, ſi vt fratrem inſtituit *l.7. j. de heredibus inſtituendis. dicta leg.4. leg.1. §.10. ff. de Carbon. leg.46. ff. de iure fiſci.*

[l] *v.5. Harmenop.2. in hūc locum v. Clarum 3. ſentent. §. teſtamentum. quæſt.18.* [d] atqui donare mortis cauſa poſſunt patris conſenſu *l.25. in fin. ff. de mort. cauſ. donat.* Cur tam variè? Paponius 1. *notar.7.c. des teſtamens.* negat veram huiuſce varietatis cauſam adferri poſſe. Alij donari poſſe putant, quòd mortis cauſa donatio, contractum imitetur, & præſentem obligationem adferat. dic melius, Eum qui teſtatur ſui iuris cenſeri. Inter ſe vero repugnare, vt vnus & idem filiusfamilias & ſui iuris ſit. Maiorem autem eſſe authoritatem patriæ poteſtatis, quàm vt ſola teſtamenti factione filius ſui iuris fieri cenſeatur. Donare verò, miniſterij nudi eſt. Nam & per ſeruum dominus donare poteſt, *vide Bald. Inſtit. hoc titu.* Quid ad pias cauſas de profectitijs, poteſtne teſtari patre conſentiente? poteſt conſtitutione Bonifacij, & ita accipe c. licet 4. de ſepulturis in 6. vbi per μειώσιν eligere ſepulchrum dixit, pro legare ſepulturæ cauſa. [e] *l.6. & 16. l.19. ff. eodem.* Cur ſine patris conſenſu? Teſtamenti factio, publici non priuati iuris eſt, *l.3. ff. eodem.* Ius autem publicum exigit, vt qui teſtatur paterfamilias ſit, & vt de re ſua teſtetur. Iure ciuili filiusfamilias proprium nihil habet *Vlp.20.§.10.* Conſtitutionibus, peculia caſtrenſia vel quaſi, propria habet, etiam vſufructu tenus: aduentitiorum verò, proprietatem §.1. *Inſtit. per quas perſonas cuique.* [f] Filiusfamilias poteſt, conſenſu patris, bona poſſidere. [g] Quid ſi quis filiusfamilias teſtatus eſt, poſtea iuris ſui factus deceſſit? Teſtamentum eius ab initio ipſo iure nullum, tacitè confirmari non potuit, *l.1.§.8. ff. ſecund. tabul.* expreſsè potuit *l.11.§.2. ff. ſecund. tabul.* valet tamen eo caſu teſtamentum ſolo iure fideicommiſſi *l.1.§.1. ff. de legat.3.* quaſi defunctus ad cauſas fideicommiſſi & codicillorum vim prioris teſtamēti traxerit *l.19. verſ. ſed in propoſito. ff. de iure milit. l.12.§.1. ff. de iniuſto vide Onciacum quæſt. Academ. vlt.* [h] *vide Vlpia. 20.§.10.* [i] id eſt, in caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi, *l. vlt. j. eodem. Inſtitut. eodem. in princip.* [k] Filiusfamilias teſtari poteſt de quaſi caſtrenſibus. Caſtrenſia ad imitationem caſtrenſium *l. vlt. §.1. ſ. de inoffic.* Caſtrenſe quod Græci ἰδιόκτητον, quod in caſtris adquiritur vel proficiſcenti ad militiam datur, *vide l.4. ſ. familiæ. l.4. l.11. ff. de caſtrenſi peculio. Paul.3. ſenten.4.§.3.* quinam eo priuilegio fruantur *vide d. l. vltim.* [l] *vide d. l. vlt.* [m] ſeu varijs generibus teſtamentorum (fiunt enim ſcripto *l.21. j. eodem.* nuncupatione ſine ſcriptis *l.21.§.2. l.26. j. eodem.* precibus imperatori oblatis *l.19. j. eodem.* municipalibus geſtis, *d. l.19.* myſticè, *l.21. j. eod.* Per æs & libram in vſu eſſe deſijt, *l.15. j. eodem.* Eſt & aliud poſterius *l.20. & 21.§.3. l.27. j. eodem.* eſt & cuius ſignacula inciſa vel ablata *l.30. j. eodem.* Eſt & imperfectum *l.3. l.21.§.1. j. eodem.* factum inter liberos, *d.§.1.* & ad pias cauſas, *vide authent. Similiter Falcidia ceſſat. j. ad l. Falcid.* & holographum *l.28. in fin. j. eodem.* factum tempore contagionis *l.8. j. eodem.* factum in agro & alijs locis vbi pauci ſunt teſtes *l. vlt. j.* publicatum *l.2. l.18. l.23. j. eodem.* eſt & cuius authenticum intercidit *l.2. l.11. j. eodem.* cuius ſcriptura interleta, in quo etiam quędam ſupraſcripta *l.12. j. eodem.* in quo falſa demonſtratio *l.4. & 5. j. eodem.* falſa enunciatio *l.6. j.* in quo error ſubiectus reperitur, *l.7. j.*) deque ijs aperiendis & apud acta publicandis à teſtatore *l.18. l.23. j. eodem.* vt ſcilicet quando interciderint, ſit vnde eorum fides peti poſſit. [n] id eſt, de ſolennitatibus & regulis iuris, quas in teſtamentis ſeruari opus eſt. Huc referre potes contextus & actus vnitatem *l.28. j.* teſtium ſubſcriptionem *l.28.§.1. j. eodem.* teſtes, eorumque numerum *l.12. & 31. j. eodem.* qualitatem & ſtatum *l.21. j. eod.* pręſentiam *l.9. j.* ſignacula & anulum *l.12. j. eodem.* literarum conſequentiam & notas *Authent. quod ſine j.* ſubſcriptionem *l.20. j. eodem.* Idioma *l.21. in fi. j. eodem.* ſuperflua teſtamenti & neceſſaria *l.17. j.* ambiguitatem *l.24. j.* præpoſterationem *l.25. j.* hæredis inſtitutionem, *l.14. j.* eiusque qualitatem & ſtatum, *l.3. & 16. j. eodem.* hæredis ſcripturam vel nuncupationem a teſtatore faciendam *l.29. j.* Formam teſtamenti ho-

hil ſe cuiquam donaſſe [a] ſignificauit: ſi res ſe aliter habeat, fidem [b] veri non perſtringunt. PP. 3. Non. Nouemb. Diocletiano A. & Ariſtobolo Conſſ. 285.

*Error ſcribentis veritati non nocet. Alex.*

7. Iidem AA. Rufinæ.

ERrore [c] ſcribentis teſtamentum, iuris ſolennitas mutilari nequaquam poteſt [d], quando minus [e] ſcriptũ, plus nuncupatum videtur, & ideo rectè teſtamento condito, quanquam [f] deſit, *hæres eſto:* conſequens eſt, exiſtente hęrede legata ſeu fideicommiſſa iuxta voluntatem teſtatoris oportere dari. PP. 17. Kal. Febr. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ. 290.

8. Iidem AA. Marcellino.

CAſus maioris ac noui [g] contingentis ratione, aduerſus timorem contagionis [h], quæ teſtes deterret, licet aliquid de iure laxatum eſt: non tamen prorſus reliqua teſtamentorum ſolennitas perempta eſt. Teſtes enim huiuſmodi morbo oppreſſos eo tempore iungi [i] atque ſociari remiſſum eſt: ‖non etiam‖ cõueniendi numeri eorum obſeruatio ſublata eſt. Dat. 16. Kal. Iul. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

9. Iidem AA. Patrocliæ.

SI [k] non ſpeciali [l] priuilegio [m] patriæ tuę iuris [n] obſeruatio relaxata eſt, & teſtes non in conſpectu [o] teſtatoris teſtimoniorum [p] officio functi ſunt: nullo iure teſtamentum valet. PP. 10. Kalend. Iul. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 290.

10. Iidem AA. & CC. Menophelimo.

SI teſtamentum iure factum ſit, & hæres ſit capax: auctoritate reſcripti [q] noſtri reſcindi non oportet. Dat. 15. Kal. Auguſti, AA. Conſſ.

*Vitium furti vt extrinſecum non vitiat teſtamentum. Sal.*

11. Iidem AA. & CC. Zenoni.

NOn idcirco minus iure factum teſtamentũ ſuas obtinet vires, quòd poſt mortem teſtatoris ſubtractũ [r] probatur. S. Dat. Prid. Idib. Nouemb. AA. Conſſ.

12. Iidem AA. & CC. Matronæ.

SI vnus de ſeptem [ſ] teſtibus [t] defuerit [u], vel coram teſtatore omnes [x] eodẽ [y] loco teſtes ſuo [z] vel alieno anulo non ſignauerint: iure deficit teſtamentum. De his autem, quæ interleta [a] ſiue ſupraſcripta [b], dicis, non ad iuris [c] ſolennitatem, ſed ad fidei pertinent quæſtionem: vt

[a] inter viuos ſc. verba negatiua teſtatoris veritatẽ non mutant vt hic: & ita non creditur teſtatori mẽſurã ſuæ ſubſtantiæ adfirmanti *Nouel.* 48. eidẽ non creditur accuſanti, *l.* 3. §. 1. *ff. de Silaniano.*
[b] *dixi ad l.* 1. *s. arbitr. tut.*
[c] *l.* 9. §. 2. *ff. de hæred. inſtit. vide l.* 92. *ff. de reg. iur.*
[d] Imo, poteſt *l.* 9. *ff. de hære. inſtit.*
[e] *d. l.* 9. §. 2.
[f] *l.* 1. §. 5. *ff. de hæred. inſtit.*
[g] *v. quæ de ea reſcripſi ad l.* 4. *inf. s. de arbitris.*
[g] *facit l.* 28. *verſ. & ſi quidem. j. eod.*
[h] puta peſtis. Nulla enim alia ferè contagio eſt quę teſtes deterreat. Quid, in teſtamẽto tempore peſtis facto quot teſtes requiruntur? Quidã duos ſufficere aiũt, moti cap. cùm eſſes de teſtament. *v. Roland. à Valle* 1. *conſi.* 81. *num.* 44. alij ſeptem, *l.* 12. *j. eod:* vtrumque iniquum eſt. Clarus arduam quæſtionem eſſe ait, quæque indigeat Cæſarea diſtinctione, 3. *ſent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 56. *verſ. & hæc quidem.* Placet media ſententia, quinque teſtes ſufficere, ſi modo plures reperiri non poſſint. Nam & is numerus ſufficit in codicillis & teſtamentis omnibus quæ iure codicillorum valent, *l. vlt. j. eod.* (qualia ſunt penè omnia teſtamẽta, in quibus clauſula codicillaris ſubintelligitur) & teſtamento hominis ruſticani *l. vlt. j. eod.* ſed & hic dicitur aliquid de iure communi relaxari propter metum contagionis. Æquiſſima eſt autẽ relaxatio, ſi duo teſtes remittantur de ſummi iuris obſeruatione. ad hæc, Quinq; teſtes ſufficere dicuntur in ruſtici teſtamento propter teſtium penuriam: ergo & hic idem ius eſſe debet: & ita Baldus putat *hic:* Rolandus à Valle 1. *conſi.* 81. Clarus *d. loco.* Hotomanus 20. *conſi. & conſi.* 15. & breuiter, communis opinio eo inclinat *Rolan. Clar. Hotom. d. loco. adde Papon.* 20. *Arreſt.* 1. §. 1. Idq́ue etiam ita probo, non quòd duo non ſufficiant ad fidem faciendam: ſed quia graue eſt, duorum iudicio vniuerſam defuncti hæreditatem extraneo deferri. [i] Contagionis cauſa, teſtibus permittitur ſeparatim à teſtatore teſtamentum ſignare. Gręci ita hanc legem explicant 35. *Eclog.* 2. *c.* 7. eſtq́ue hęc lex explicationis loco ad *l.* 12. *j. eod.* [k] eſt & hæc lex explicatio ad *l.* 12. *j. eod.* [l] puta à principe conceſſo cum hac clauſula, non obſtante *l.* 35. *s. de inoff.* [m] Ius commune, ſtatuto & conſuetudine mutari poteſt: à priuato non poteſt, *l.* 27. *ff. de reg. iur.* [n] vt ſi in conſpectu teſtatoris teſtes ſigilla non imponant, 35. *Eclog.* 2. *c.* 8. [o] *l.* 12. *in pr. j. eod.* hinc colligit Baldus, In teſtamento requiri vt teſtes videant teſtatorem: ideoq́; cœcum in teſtamento teſtem eſſe nõ poſſe. [p] teſtium. Teſtium officio funguntur, ſi ſigilla imponant, *Eclog. d. loco.* [q] Teſtamentum iure perfectum non reſcinditur per reſcriptum, *facit l.* 7. *s. de precib. imp.* [r] Furtum teſtamenti teſtamentum non vitiat. Eſt enim vitiũ furti, quod ad teſtamentum attinet, extrinſecum *v. l.* 2. *s. eod.* [ſ] Septem teſtes in teſtamentis regulariter requiruntur *vt hic.* §. 3. *Inſt. eod. l.* 3. *ff. vnde liberi. l.* 2. *s. ſecund. tab.* [t] Teſtiũ numerus eſt de ſolennitate ſubſtantiali teſtamenti *Bald.* [u] defectus ſolennis numeri teſtium teſtamentum vitiat, niſi in caſibus exceptis, *vt in l.* 8. *s. eo. l. vlt. j. eod.* [x] Coram teſtatore, teſtes ſigilla debent imponere vt hic: §. 3. *Inſtit. eod.* excipe caſum legis 8. *inf. s. eod.* legis 9. *s. eod.* [y] Teſtes teſtamenti eodem loco eſſe oportet. [z] Teſtes & ſuo & alieno anulo ſignare poſſunt, §. 5. *inf. Inſtit. eo.* [a] Interlinere, eſt variis locis delere, *l.* 42. *inf. ff. ad leg. Aquil. l.* 11. §. 1. *ff. de ſeruo corrupto. l.* 67. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *ff. de falſis.* [b] ſubſcripta. [c] In teſtamento, aliud iuris ſolennitas: aliud, fidei quæſtio.

appareat; vtrùm teſtatoris voluntate [a] emendationem [b] meruerint; vel ab altero inconſultè [c] deleta ſint, an ab aliquo falſo [d] hæc fuerint commiſſa. S. Dat. Prid. Non. Iul. Philippop. AA. Conſſ.

13. Iidem AA. & CC. Euryphidæ.

TEſtandi cauſa de pecunia ſua legibus certis [e] facultas eſt ‖permiſſa‖ non ‖autem‖ iuriſdictionis mutare [f] formam, vel iuri publico [g] derogare cuiquam permiſſum eſt.

14. Iidem AA. & CC. Achilleo.

NOn [h] codicillum, ſed teſtamentum auiam veſtram facere voluiſſe, inſtitutio [i] & exhęredatio facta probant euidenter. Subſcr. Idib. Decemb. CC. Conſſ.

*Hodie in inſtitutione hæredis non requiritur ſolennitas verborum. Alex.*

15. Imp. *Conſtantinus* A. ad Populum.

QVoniam indignum eſt ob inanem [k] obſeruationem irritas fieri tabulas & iudicia [l] mortuorum: placuit ademptis his quorum imaginarius [m] vſus eſt, inſtitutioni [n] hæredis verborum non eſſe neceſſariam obſeruantiam, vtrum imperatiuis [o] & directis verbis fiat, aut inflexis [p]. Nec enim intereſt † ſi dicatur, *Hæredem facio* [q], *vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto* [r], *vel erit* [ſ]: ſed quibuſlibet confecta ſententijs, vel ‖in‖ quolibet [t] loquendi genere formata inſtitutio valeat, ſi modò per eam liquebit voluntatis [u] intentio. Nec neceſſaria ſunt momenta [x] verborum, quæ fortè ſeminecis [y] & balbutiens lingua profudit. Et in poſtremis [z] ergo iudicijs ordinandis amota [a] erit ‖ſolennium‖ verborum neceſſitas: vt qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque inſtrumenti materia [b] conſcribere, & quibuſcunq; verbis vti, liberam habeant facultatem. S. Dat. Kal. Febr. Serdicæ, Conſtantio A. II. & Conſtante A. CC. Conſſ. 339.

*Dignitas inſtituti vel legatarij non vitiat inſtitutionem vel legatum. Alex.*

16. Imppp. *Gratianus, Valent. & Theodoſ.* AA. Eutropio.

NOn dubium nec incertũ eſt, ſicut imperatoribus [c], ita qualibet dignitate vel poteſtate decoratis viris, tam hæreditatem, quàm legatum ſeu fideicommiſſum [d] relinqui poſſe [e]. 1 ¶ Illud etiam adijciendum eſt, vt qui ex teſtamento vel ab inteſtato hæres extiterit: etſi [f] voluntas defuncti circa legata ſeu fideicommiſſa, ſeu libertates legibus non ſit ſubnixa: tamen ſi ſua ſponte agnouerit, implẽdi eã neceſſitatẽ habeat. S. Dat. Kal. Iul. Theſſalonicæ, Gratiano V. & Theodoſio AA. Conſſ. 380.

17. Impp. *Arcadius & Honor.* AA. Æternali proconſuli Aſiæ.

TEſtamentum non ideo infirmari debebit, quòd diuerſis hoc deficiens [f] nominibus appellauit, cùm ſuperflua [g] non noceant. Namque neceſſaria [h] prætermiſſa imminuunt contractus, & teſtatoris officiunt voluntati, non abundans cautela. Datum 12. Kal. April. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Conſſ. 396.

18. Iidem AA. Africano præfecto vrbi.

TEſtamenta omnia, cæteraq́ue quæ apud officium cen

[a] de conſultò deletis *l.* 2. §. 7. *ff. ſecun. tab.* Cõſulto, id eſt, voluntate *l.* 8. §. 3. *ff. d. tit.*
[b] Interletis & ſupraſcriptis ſuperiora emendantur.
[c] De incõſultè deletis *l.* 1. *ff. de his quæ in teſt. delent.*
[d] De falſo deletis *l.* 2. *ff. de falſis.*
[e] Legibus certis, id eſt, nõ ſuo arbitrio.
[f] *l.* 55. *ff. de legat.* 1. *l.* 15. §. 1. *ff. ad l. Falcid.*
[g] *v. l.* 27. *ff. de regul. iur. l.* 35. *ff. de inoff.*
[h] *l.* 13. *in fin. ff. de iure codicill.*
[i] Inſtitutio & exhęredatio, teſtamẽti notæ. Neutra ſit in codicillis, *v. l.* 7. *j. de codicillis.*
[k] Inanis obſeruatio.
[l] Teſtamentum, iudiciũ defuncti.
[m] Videtur aboleri teſtamẽtum per æs & librã *de quo* §. 1. *Inſtit. eod. Vlp.* 19. §. 3. & 20. §. *vlt.*
[n] Inſtitutionis. alij legũt inſtituendi. quod de inſtitutione hîc dicitur, idem eſt in legatis *l.* 2. *j. com. de legat.* [o] Imperatiua & directa verba *v. Vlp.* 24. §. 1. [p] verba inflexa. † olim intererat. *Vlp.* 21. §. *vlt.* [q] *d.* §. *vlt.* [r] *l.* 48. *ff. de hær. inſt.* [ſ] *l.* 17. *ff. de liber. & poſth.* [t] etiam Græco *l.* 21. *inf. j. eo.* [u] Verba teſtatoris non attenduntur, dummodo de eius mente cõſtare poſſit. [x] Solennitas verborum ſublata, *vt l.* 26. *j. eod. l.* 1. *s. de formulis.* [y] ſeminecis lingua, id eſt, ſemimortua, *v. Liu.* 3. & 9. *de bello Punico: Ouid. in Metam.* [z] Teſtamentum, poſtremum iudicium, dixi ad *l.* 1. *ff. qui teſtam.* [a] Formalis obſeruatio hæredis inſtituendi ſublata, *l.* 26. *j. eod.* [b] §. 12. *Inſti. eo. l.* 1. & 4. *ff. ſecund. tabul.* Miles iure ſpeciali in clypeo vagina & puluere, *l.* 11. *ſupr. de teſtam. milit.* [c] Imperatori hæreditas, legatum & fideicommiſſum relinqui poteſt, *v. l.* 3. *ſupr. eo. l.* 6. 7. *ſup. qui teſtam.* & ita dignitas inſtituti vel legatarij non vitiat inſtitutionem vel legatum. [d] *l.* 2. *Cod. Theod. de teſtam. Paul.* 4. *ſent.* 1. §. 3. [e] Cauſa dubitãdi ex eo ſumi poteſt, quod, vt inquit Terentius, iniquè comparatum ſit, vt qui minus habẽt aliquid addãt ditiorib. *facit titulus ſupr. Ne liceat potentioribus.* [f] Hęres minus ſolenne teſtamentum adprobans, eo perinde tenetur ac ſi ſolenne ab initio fuiſſet, *l.* 2. *j. de fideic.* [f] teſtator. ſ. [g] Superflua non nocent, *l.* 37. *j. de don. l.* 56. *ff. mandati. l.* 32. §. 6. *ff. de auro. l.* 26. *in fin. ff. de adimend. legat. l.* 65. *ff. de verb. obligat. l.* 81. *l.* 94. *ff. de regul. iur. Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 10. interdum tamen ex ſupernumerarijs præſumitur dolus, *l.* 7. *ff. de conditionib. inſtit.* aut ſi contra naturam actus adhibeatur, *l.* 8. §. 7. *ff. de fideiuſſ. l.* 77. *ff. de reg. iur.* [h] Neceſſariorum actorum prætermiſſio, contractus & teſtamenta vitiat.

ſuale[a] publicari[b] ſolent, in eodem‖loco‖reſeruentur, nec vſquam permittatur fieri vlla tranſlatio[c]. Mos[d] namque retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis: quem ſi quis in hac vrbe voluerit mutare, irritam mortuorū videri faciet voluntatem. Dat. XII. Kalen. Octob. Conſtantinop. Cæſario & Attico Conſ. 397.

19. Imperatores *Honorius & Theodoſius* AA. Ioanni PP.

OMnium teſtamentorum ſolennitatem ſuperare videtur, quod inſertum mera[e] fide precibus[f] inter tot nobiles probataſque perſonas etiam conſcientiam principis tenet. Sicut ergo ſecurus[g] erit, qui actis[h] cuiuſcunque[i] iudicis, aut municipum, aut auribus priuatorum mentis ſuę poſtremum publicauit iudicium: ita nec de eius vnquā ſucceſſione tractabitur, qui nobis medijs[k], & toto[l] iure (quod in noſtris eſt ſcrinijs conſtitutum) teſte ſuccedit. Nec ſanè illud hæredibus nocere permittimus, ſi[m] reſcripta noſtra nihil de eadem voluntate reſponderint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non[n] iubere: ne poſt ſententiam noſtram inhibitum videatur commutationis[o] arbitriū: cùm hoc ipſum quod per ſupplicationem noſtris auribus intimatur, ita demū firmum ſit, ſi vltimum[p] comprobetur, nec contra iudicium ſuum defunctus poſtea veniſſe detegatur. Ne quid ſanè pretermiſiſſe credamur: huiuſmodi inſtitutionis ſucceſſoribus deſignatis, omnia[q] quæ ſcriptis hæredibus competunt, iubemus eos habere, nec ſuper bonorum poſſeſſionis petitione vllam controuerſiam naſci: cum pro hærede agere cuncta ſufficiat, & ius omne ipſa complere[r] aditio videatur. Omnibus etenim præſtandum eſſe cenſemus, vt libero arbitrio, cui teſtandi facultas ſuppetit, ſucceſſorem ſuum oblatis precibus[s] poſſit declarare: & ſtabile ſciat eſſe, quod fecerit. Nec inſtitutus hæres pertimeſcat, cùm oblatas preces ſecundum voluntatem defuncti idoneis[t] teſtibus poſſit approbare, ſi ei alia nocere nō poſſunt. Dat. XII. Kalen. Mart. Rauennæ, poſt conſulatum Honorij VIII. & Theodoſij V. AA. 499.

*Teſtamentum in ſcriptis ſolenniter factum non tollitur per aliud ſequens non ſolenne, licet dicatur in eo princeps vel alius potens inſtitutus.*

20. Eorundem AA. edictum ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ, & omnes prouinciales.

NOlumus[x] conuelli deficientium ſcriptas[y] iure ac ſolenniter voluntates, dum quoddam morientis ſupremum, & non ſcriptum proceſſiſſe confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium ſuum ad nos deficiēs maluerit pertinere. Omnibus enim priuatis & militantibus interdicimus, ne huiuſmodi perhibeant teſtimonia: & falſi criminis reos teneri præcipimus, ſi cum ſcriptæ iure ac ſolenniter deficientium extiterint voluntates, non[z] ſcriptum aliquid ſub noſtrorum nominum mētione fallaci adſtruere moliantur. Nemo itaque relictus[a] ‖hæres,‖ vel legibus ad ſucceſſionem vocatus[b], noſtrum, vel potentium nomen horreſcat[c]: nemo ferre teſtimonia in hūc modum, vel ſuſcipere‖in‖geſtis huiuſmodi voces[d] audeat noſtro vel etiam priuatorum potentium nomine. Dat. VII. Id. Mar. Conſtantinop. Theod. A. VII. & Palladio Coſſ. 407.

*Teſtamentum in ſcriptis fieri debet ſecundum formam hac lege traditam. Alex.*

21. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio PP.

HAc[a] conſultiſſima lege ſancimus licere per ſcripturam[b] conficientibus teſtamentum, ſi[c] nullum ſcire volunt‖ea‖quæ in eo ſcripta ſunt, cōſignatam[d], vel ligatam, vel tantum clauſam, inuolutamq́; proferre ſcripturam, vel[e] ipſius teſtatoris, vel cuiuſlibet alterius manu conſcriptam, eamque rogatis[h] teſtibus ſeptem[i] numero, ciuibus[k] Romanis, puberibus[l], omnibus[m] ſimul offerre ſignandam[n] & ſubſcribendam[o]: dum tamen teſtib. præſentibus teſtator ſuum eſſe teſtamentum dixerit, quod offertur, eique ipſe coram teſtibus ſua manu in reliqua parte teſtamenti ſubſcripſerit[q]: quo facto, & teſtibus vno eodemque die[r] ac tempore[s] ſubſcribentibus & conſignantibus, teſtamentum valere: nec[t] ideo infirmari, quòd teſtes neſciant[u] quæ in eo ſcripta ſunt teſtamento. Quod ſi literas[x] teſtator ignoret, vel ſubſcribere nequeat: octauo[y] ſubſcriptore pro eo adhibito, eadem ſeruari decernimus. In omnibus autem teſtamentis, quæ præſentibus vel abſentibus teſtibus dictantur, ſuperfluum eſt vno eodemque tempore exigere[z] teſtatorem & teſtes adhibere, & dictare ſuum arbitrium, & finire teſtamentum. Sed licet alio[a] tempore dictatum[b] ſcriptumve[c] proferatur teſtamentum: ſufficiet vno‖tempore[d]‖eodemque die[e], nullo actu[f]‖extraneo‖interueniente, teſtes omnes, videlicet ſimul, nec diuerſis[g]‖temporibus‖ſubſcribere ſignareque teſtamentum. Finem[h] autem teſtamenti ſubſcriptiones & ſignacula teſtium eſſe decernimus. Non ſubſcriptū autem à teſtibus, ac‖non‖ſignatum teſtamentum, pro infecto[i] haberi conuenit. 1 ¶ Ex imperfecto[k] aut teſtamento[l] voluntatē[m]

---

*id eſt, magiſtrum cenſus. [d] *Mos namque* l. 23. j. eod. l. 4. C. Theodoſ. 4. lege 3. [b] l. 2. ſ. eod. l. 19. j. eod. intimari d. l. 23. id eſt, eulgari. [f] Publicatio facta coram nō incompetente iudice non tenet. Mos fideliſſimę vetuſtatis retinēdus. id eſt, bona & integra, l. 1. ſ. de ſuffrag. ſincera l. 2. j. ſi propt. publ. penſit. bona fide ſinceriter l. 10. j. de diſtr. pignor. [f] Obſerua nouū teſtamenti genus, qd fit precibus principi oblatis, quodque Theodoſianum dici poteſt, cuius fit mētio in Nouella Theodoſij. [s] & ita teſtamentum factum in loco vbi requiritur minor ſolennitas, valet in eo vbi reqritur maior *adde leg. vlt. j. eod.* [b] De publicatione apud acta v. l. 18. ſ. eod. ſui tamen v. l. 18. ſ. eod. [k] Ferrarienſis *in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamēto* 48. *in verbo vallatum* 6. *nu.* 4. hinc colligit, In teſtamento vnicum teſtem ſufficere, quoties id fit corā principe. quod ab eo ſatis nouè dicitur, dixi ad d. Nouellam 41. [l] Princeps, ius totum. Princeps iuris ſolennitatem ſupplet. Quæ coram principe fit inſtitutio, toto iure teſte fieri intelligitur. Iure teſte dixit vt alibi ferro vltore §. 5. *Inſtit. de public. iudic.* [m] Vis teſtamenti, aditio *l. 18 in f. ff. de ſtipul. ſeru.* [n] Is coram principe dicitur teſtari, qui principem, libello oblato interrogat, quemadmodū de rebus ſuis diſponat, etiam ſi princeps huiuſmodi precibus nihil reſcribat. [o] honeſtè. cùm videatur priuati voluntas ex aliena ſeu imperatoris voluntate pendere. [p] *dixi l. 6. ſ. qui teſtam.* dicendū enim videbatur principis conſenſum ex eo requiri in reuocatione teſtamenti, quòd in eius ordinatione principis conſenſus interuenerat. [q] Teſtamentum vltimum ex eo ſatis probatur, quòd nullum aliud profertur. [r] Paria ſunt, teſtamento ſcribi hæredem, & precibus imperatori oblatis. [s] ſcripto vt hic: An & viua voce: ſic eſt. ſi tamen id duobus teſtibus probetur, *Clar. ex communi opinione* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 56. *verſ. eſt etiam.* [t] ſaltē duobus, *l. 12. ff. de teſtib.* [u] alij legunt IX. [x] *l. 5. C. Theod. de teſtam.* [y] Scriptum teſtamentum alio ſcripto ſolenniter facto tolli poteſt: nuncupatiuo, quantumuis ſolenni, non poteſt: etiamſi in poſteriore teſtamento princeps hæres inſtitutus ſit, *v. l. 3. ſ. eod.* [z] Non ſcriptum, ſcripto non opponitur. [a] teſtamento ſc. [b] id eſt, legitimus. [c] *dixi ad Nouell.* 105. *c. 2. inf.* [d] Ex nuda voce princeps hæredis nomen non admittit §. *vlt. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm.*

[a] ſumpta ex Nouella Theodoſij de teſtamētis, quā vide apud Forneriū 2. ſelect. 12. [b] De forma ſcripti teſtamenti. [c] *facit* §. 3. *Inſtit. de pupill.* 2. *Cai.* 4. §. 3. [d] Teſtamentum cōſignatum, ligatū, clauſum & inuolutum, *v. Paul.* 5. *ſen.* 28. §. 5. 1. *Harmeno.* 15. *in fi. v. Fornerium* 2. *ſelect.* 12. puta linteo *l. 22. in fin. ff. qui teſtam.* [e] Teſtamentum, aliena, id eſt, alia q̄ teſtatoris manu ſcribi poteſt. [g] etiam ſerui, *l. 28. ff. qui teſtam.* [h] *l. 21. §. 2. ff. eod. vide Nouell.* 90. *c. 2. v. Forner.* 2. *ſelect.* 10. [i] *l. 12. ſ. eodem. l. vlt. inf. j. eodem.* [k] Peregrinus, teſtis teſtamentarius eſſe non poteſt. [l] Impubes, teſtis teſtamentarius eſſe non poteſt, *l. 20. ff. qui teſtam.* §. 6. *Inſtit. eo.* [m] nec enim ſufficit quibuſdam obtuliſſe, *l. 12. ſ. eo.* [n] Ipſi teſtes ſignare debēt in teſtamento. [o] Aliud eſt ſignare, aliud ſubſcribere: illud, anulo: hoc calamo perficitur. [p] De ſubſcriptione teſtium § 3. *Inſti. eodem.* [q] De ſubſcriptione teſtatoris, *d. §. 3.* [r] Diem igitur teſtamento adijci oportet, *v. quæ dixi ad l. 2. §. 6. ff. teſtam. quemadm. l. 3. ff. de accuſat.* [s] *v. j. eod.* [t] Ratio dubitandi. [u] Ignoti poſſunt ſubſcribere *l. 92. ff. de legat. 1. vide quæ dixi ad l. 22. j. eod.* [x] Qua ratione teſtentur literarum ignari. Literarum imperitos Græci, ἀγραμμάτους, *l. 6. inf. ff. de excuſa. tutor.* quibus opponuntur γράμματα εἰδότες, 35. *Eclog.* 3. *c.* 10. hinc literas ignorare *vt hic*: neſcire, *l. 3. §. 2. ff. de accuſat. §. 8. Inſtit. de excuſat. dict. l. 6. Seneca 2. de Clementia.* imperitia literarum, *l. 30 in f. j. eod.* literati, ſcientes literas, *l. vlt. j. eodem.* γραμμάτων ἀνεπιστήμονες, *Nouell.* 44. *cap.* 1. γράμματα ἐπιστάμενοι, *Nouel.* 74. *c.* 8. Literarum igitur peritia, ſcribendi peritia eſt, non legendi ſimpliciter. vt merito defendi poſſit, ignaros legendi ſecreto, aut aliter quàm cœcos teſtari non poſſe, *l. 8. ſ. qui teſtamenta.* Nam quis omnium bonorum hæreditatem & abalienationem vni tantū tabulario aut ſubſcriptori committat, reliquis teſtibus voluntatis defuncti ignaris contra præſcripta legum, *dicta lege 8. l. vlt. inf. j. eodem. l. 9. in f. ſ. de teſtibus.* neque enim tam paucis fides adhibetur etiam in codicillis, *lege vltima in fin. j. de codicillis.* aut in imperfecto inter liberos teſtamento, *dicam §. proximo j. eodem.* Neque moueor Nouella Leonis 69. quæ apud nos in vſu non eſt. Non moueor lege 14. *inf. ff. de dote prælegat. l. 1. inf. ff. de verbor. obliga.* quæ vnius teſtimonium videntur admittere. Illis enim legibus non agitur de hæreditate. Pertineat igitur hæc lex ad ſcribendi imperitos, peritos tamen legendi. His tabularius facile non imponit: legēdi imperitis facile poteſt imponi. Faciliùs legimus quàm ſubſcribimus. Faciliùs ſubſcribimus quàm vel legimus vel ſcribimus, *Nouella 74. cap. 8.* [y] Octauus ſubſcriptor vicem teſtatoris literarum ignari repræſentat. [z] id eſt exigi, vt ſit ſenſus, Non eſſe teſtatori neceſſarium, vno & eodem tempore teſtes adhibere, dictare teſtamentum, & finire. [a] Alio tempore dictare vel ſcribere teſtamentum poſſumus: alio teſtes adhibere. [b] octauo ſubſcriptori ſcilicet, de quo ſ. *eodem.* [c] à teſtatore ſcilicet. [d] *ſupra eodem.* [e] *dixi ſ. eodem. ad de leg. 2. §. 6. ff. teſtament. quemadmodum aper.* [f] *lege 28. infra eodem. lege 21. in fine ff. eodem.* [g] Teſtamentum diuerſis temporibus, neque ſubſcribi neque ſignari poteſt. [h] Subſcriptio & ſignatio teſtamenti finis. [i] pro imperfecto, *Nouella Theodoſij de teſtament.* cui lectioni reſpondet paragraphus proximus. hoc igitur demonſtrat, Imperfectum teſtamentum eſſe, quod ſeptem teſtium ſignis non ſit obſignatum: perfectum, quod ſit ſignatum iuſto numero teſtium. *His adde quæ ſcripſi ad legem ſextam ff. de falſis.* [k] Imperfectum quid eſſet, dictum eſt *ſup. eodem.* [l] etiam nuncupatiuo. *Clarus ex communi opinione* 3. *ſententiar. §. teſtamentum quæſtione duodecim.* [m] Quæuis defuncti voluntas, quibuſvis verbis vel ſcriptis expreſſa, inter liberos valet, *lege decim. lege decima ſext. in fin. lege 21. in fine ſupra familia. lege ſecunda infra de confirmando tut.* An & non ſubſignatum ab omnibus ſeptem teſtibus ſubſcriptis? valet *vt hic: dixi etiam ad legem vltimam ſupra familiæ.* an & ſimplex patris ſchedula? *dicam ad Authenticam proximam j. eod.* An & notis ſcriptum valet? olim valuit, *dicta lege vltima*: hodie

nõ valet *Nouella* 107. *ca.* 1. An & cœptum tãtum nedum perfectum? non valet. Imperfectum teſtamentum ratione voluntatis inter liberos etiam non ſuſtinetur. veluti, ſi cum aliquid legare cœperit, morte p̃uentus ſit, *vide Clarum* 3. *ſent.* §. *teſtamentũ. quæſt.* 9. ne ad pias cauſas quidẽ *Mynſin.* 5. *obſerua.* 28. imperfectũ hoc caſu non eſſet, nuda epiſtola *lege* 17. *ff. de iure codicill.* An teſtibus deſtitutũ valet? non valet, *vide Cuiacium* 1. *conſultatio.*

tenere defuncti, niſi [a] inter ſolos liberos [b] ‖ à parentibus vtriuſque ſexus ‖ habeatur, non volumus. ‖ Si verò in huiuſmodi voluntate liberis alia ſit extranea [c] mixta perſona: certum eſt eam voluntatem defuncti quantum ad illam dũtaxat permixtam perſonam pro nullo haberi, ſed liberis accreſcere. ‖----

*Authent. ex Nouell. 107. cap. 1.*

*Quod ſine ſubſcriptione ita procedit, ſi parens litteras edoctus, manu [d] propria, nõ ſignis, ſed litterarum conſequentia declaret & tempus, & liberorum nomina, item & vnciarum numerum, ſeu ſigna rerum ſpecialium: in quo & alijs legari, & fideicommitti, & libertas relinqui poteſt.*

*Authent. ex Nouell. 107. cap. 2.*

*Hoc inter liberos teſtamentum ita infirmatur [e], ſi parens ſeptem teſtibus adhibitis declaret ſe nolle tale teſtamentum valere, & aliam [f] diſponat voluntatem vel in teſtamento perfecto, vel in non ſcripta perfecta voluntate.*

*Finis text. Authenticæ.*

*Sequitur textus Codicis.*

2 ¶ Per nuncupationem quoque, hoc [g] eſt, ſine ſcriptura, teſtamenta non [h] aliàs valere ſancimus, quàm ſi ſeptem teſtes (vt ſupra dictum eſt) ſimul vno eodemq́; tempore collecti, teſtatoris voluntatem, vt teſtamentum ſine ſcriptura facientis audierint. 3 ¶ Si quis autem teſtamento iure perfecto, poſtea ad aliud [i] venerit teſtamentum non alias quod ante factum eſt, infirmari decernimus, quàm ſi id quod ſecundò facere teſtator inſtituit, iure fuerit conſummatum. Niſi [a] fortè in priore teſtamento ſcriptis his qui ab inteſtato [b] ad teſtatoris hæreditatem vel ſucceſſionem venire non poterant, in ſecunda voluntate teſtator eos ſcribere inſtituit, qui ab inteſtato ad eius hęreditatem vocantur. eo enim caſu, licet imperfecta videatur ſcriptura poſterior, infirmato priore teſtamento, ſecundam eius voluntatem non [c] quaſi teſtamentum, ſed quaſi ‖ volũtatem ‖ vltimam inteſtati valere ſancimus: in qua voluntate quinque teſtium iuratorum depoſitiones ſufficiunt: quo non facto valebit primum teſtamentum, licet in eo ſcripti videantur extranei. ¶ Illud etiam huic legi proſpeximus inſerendum, vt etiam [d] Græcè [e] omnibus liceat teſtari. Dat. Id. Sept. Thęodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

22. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto præt.

Dictantibus [f] *teſtamenta*, vel aliam quamlibet vltimam voluntatem, legatum, vel fideicommiſſum, vel quodcunq; aliud, quolibet legitimo titulo teſtatorem poſſe relinquere, minimè dubitãdum eſt. Teſtibus etiam ad efficiendam [g] voluntatem [h] *adhibitis pro ſuo*

libito

rit teſtator, quo caſu prius teſtamentum reuocauerit *Clar. d. loco quæſt.* 95. etiamſi corã imperatore prius factum fuerit, *l.* 19. *s̃. eod.* Quid ſi clauſula derogatoria, aut quod ei reſpondet iuramentũ, priori fuerit adpoſitũ? quidã volunt non tantũ expreſſè prius teſtamentũ reuocari oportere, ſed & inijci quoq; clauſulæ derogatorię expreſſam mentionẽ *arg. l.* 12. *ff. de legat.* 3. *Bart. Dynus quod ſemel placuit de regul. in f. Clar. ex communi opinione* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 94. niſi fortè iuſtam ignorãtiam clauſulæ derogatoriæ priori teſtamento iniectæ teſtator habuerit, *v. Papon.* 20. *Arreſt.* 1. §. 4. Cuiacius 14. *obſ.* 7. putat illa verba, *Si ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſibi pœnituiſſe, &c. d. l.* 22. eſſe Triboniani non Hermogeniani. Tribonianum ipſo ſermone ſatis prodi, confuſa ibidem penè omnia, familiare eſſe Triboniano deſiderare ſpecialem voluntatem, vbi ſufficit quælibet *l. vlt. j. de nouationib. Nouel.* 90. Minus etiam licenter ſubaudiri *in leg.* 6. §. 2. *ff. de iure codicil. l. vlt. ff. de legat.* 2. ſpecialiter defunctum derogaſſe priori voluntati, qua de re plenius *vide Clarum* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 99. Teſtamentum verò inter liberos, poſteriore ſimpliciter non reuocatur, neque reuocatum intelligitur, niſi factum fuerit coram ſeptem teſtibus, & in eo pater expreſſam reuocationis mentionem fecerit, *Nou.* 107. *c.* 2. *v. Clar. d. loco. q.* 98. Quid ſi proferuntur duo teſtamenta eadem die confecta? ſi nõ apparet quodnam eorum prius aut poſterius fuerit, neutrum valet, *glo. in l. vlt. in verbo miſſus. j. de edicto d. Hadriani. Cõmunis opinio apud Clarum d. loco q.* 100. ſin minus, poſteriori ſolenni ſtabitur.

Ad pagina 503 notæ: [a] fortè ad pias cauſas valebit. dicam ad Auth. Similiter *j. ad legem Falcidiam.* [b] legitimos ſcilicet vel legitimatos, aliàs imperfectum teſtamentum non valet inter liberos naturales tantum & ſpurios, *Papon.* 10. *Arreſt.* 1. *num.* 2. *Clarus* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 12. niſi à matre inter liberos factum. Liberos cùm dicimus, in infinitum: intellige liberos, quin & filias ſtatuto ab inteſtati ſucceſſione excluſas, *Clarus dicto loco.* Quid, inter parentes imperfectum filij teſtamentum valebit? Clarus ex eadem communi opinione negat valere *dicto loco.* nam quod extra communes regulas conſtitutum eſt, non eſt trahendum ad conſequentias. [c] Teſtamentum imperfectum inter liberos, non ſuſtinetur in fauorem perſonæ extraneæ, *vide omnino Clarum* 3. *ſenten.* §. *teſtamentum. quæſt.* 10. qualis ea dicitur quæ non eſt de numero liberorum, *Nouell.* 107. *cap.* 1. [d] hinc colligunt, Schedulam à patre ſcriptam nullis adhibitis teſtibus valere inter liberos, *Baldus hic: vide Mynſing.* 5. *obſeruat.* 28. Quid ſi tantum ſubſcripſit? Clarus 3. *ſenten.* §. *teſtamentum. quæſt.* 24. idem eſſe putat, modò ſi pater in ſubſcriptione mentionem faciat teſtamẽtum eſſe cui ſubſcripſerit. Quid ſi talis ſchedula ab vno liberorum ſubſcripta? valet. *vide Nouell.* 107. *capite vltimo.* Quid ſi neq; à teſtatore aut liberis ſcripta, ſubſcriptáve? non valet, *Clarus dicto loco.* Quid ſi à ſolo notario? non valet, *Clarus dict. loco.* quemadmodum ſi dies deſit, aut notis ſcripta ſit, *j. eod. Clarus dicto loco.* Quid ſi liberi ex partibus inæqualibus ibidem inſtituti? valet *Clarus dicto loco.* Quid, huiuſmodi ſchedula locúmne habet in legatis ad pias cauſas? nõ habet, vt ita fauor liberorum piam cauſam exſuperet, *Clarus dicto loco quæſt.* 7. His adde Hotomanum *conſil.* 15. vbi tractat de teſtamento patris inter liberos. [e] Qua forma teſtamentum inter liberos reuocari oporteat, dixi ad Nouellam 107. *capite ſecundo* [f] Sola teſtamenti prioris reuocatio nihil operatur, ſed neceſſe eſt vt qui reuocat, aliud teſtamentum faciat: ne alioquin inteſtatus moriatur, *lege* 36. §. *tertio. ff. de teſtamen. milit.* idque etiam locum habere in teſtamento inter extraneos facto Paponius refert 20. *Arreſtorum* 1. §. *tertio.* [g] Per nuncupationem teſtamentum, ſine ſcriptura teſtamentum. [h] Qua forma nuncupatiuum teſtamentum fiat, §. *vltimo, Inſtit. eodem.* 35. *Ecloga* 2. *capite decimoſeptimo. adde legem* 26. *j. eodem.* [i] Poſteriori teſtamento, ſolenni tamen (tres caſus excipe de quibus in hac lege j. eodem.) prius teſtamentum reuocari poteſt, §. 2. *Inſtit. quibus modis teſtam.* etiamſi ex ſecundo teſtamento non fuerit adita hæreditas, *vide Clar.* 3. *ſentent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 47. etiamſi teſtamento ſuo omnia bona ſua hæredi donauerit, quo caſu prius teſtamentum reuocauerit *Clar. d. loco quæſt.* 95. etiamſi corã imperatore prius factum fuerit, *l.* 19. *s̃. eod.*

Ad paginam 504: [a] Prius teſtamentum poſteriore, ſolenni tamen, reuocatur: niſi priore teſtamẽto extranei inſtituti fuerint: *vt hic & l.* 2. *ff. de iniuſto.* poſteriore verò hæredes venientes ab inteſtato: & poſterius illud teſtamentum probari poſſit quinque teſtibus iuratis, *j. eod.* quæ vt concurrant, tamen poſterior illa teſtatio non valet vt teſtamentum, ſed vt voluntas inteſtati, *j. eod.* Quid ſi in poſteriori illa teſtatione, liberorum aliquis ſit præteritus? non valebit, *Clar.* 3. *ſent.* §. *teſtamentum. q.* 97. [b] *d. l.* 2. [c] Obſerua caſum ſpecialẽ, in quo cauſa inteſtati trahit ad ſe cauſam teſtati, *v. Clar. d. loco.* [d] Ratio dubitandi eſſe potuit, quòd ea quæ iuris gentium ſunt, quauis lingua poſſe expediri videantur: quæ iuris ciuilis ſunt, non niſi Latinè. & ita olim Græcè fideicõmitti potuit, non potuit legari, *Vlp.* 25. §. 9. hodie poteſt, *l.* 14. *j. de manumiſſ. teſt.* [e] Quouis ſermone teſtari poſſumus, *l.* 15. *ibi, vel in quolibet loquendi genere s̃. eod. l. vlt. s̃. de teſtam. tut.* quouis ſermone fideicommittimus, *l.* 11. *ff. de legat.* 3. legamus. 14. *j. de manumiſſ. teſt.* accepto ferimus, *dixi ad l.* 8. *in fin. ff. de acceptilationib.* teſtimonium in teſtamento ferre poſſumus, *l.* 20. §. 9. *ff. qui teſtam. v. l.* 8. *ff. de fideiuſſorib.* [f] Poſſis etiam intelligere nedum teſtes, ſed & iuriſperitos qui teſtamenta dictãt, *l.* 88. *in f. ff. de legat.* 3. *Nouel.* 158. *c.* 1. niſi malis intelligere ſcriptorem dictata excipientem, *de quo l.* 27. *ff. qui teſtam.* [g] id eſt, communiendam, *l.* 32. *in f. ff. de furtis.* [h] Legatarij quoque teſtamenta ſignant vt ſubſcriptores. Olim teſtęs eſſe nõ poterant ex Senatuſc. Liboniano, idque vt improbiſſimum genus falſi Plinius notat 11. *epiſt. vlt.* hodie poſſunt *vt hic:* Idem etiam antea Scæuolæ placuerat, *l.* 3. *in f. C. Theodo. de teſta.* ratio extat in lege 14. *ff. de reb. dub. facit l.* 20. *ff. qui teſtam. l.* 39. §. 1. *ff. de legat.* 3. §. 11. *Inſt. de teſtam. ordinand.* Symmachus 1. *epiſt.* Cùm teſtamenti iure cõfecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis obiecta eſt, *quod ſignatores neſcio quid legati ex eadem voluntate cepiſſent.* Adduntur etiam reſcripta quædam diualia, quibus adſtipulatio eiuſmodi remota eſt, quòd ſuã iuuiſſe cauſam teſtimonio diceretur. Quaſi verò ſimile eſſet exemplum, vt tenuis honor, quo ſubſcriptores ob amicitiam defectus aſperſerat, legitimum poſſit abolere iudicium. Nam ſi his legibus viueremus, *inimicis ſignatoribus tutius vteremur*, quorum offenſa nihil de teſtatore humanitatis exigeret. poteſt & alia reddi ratio, quòd qui obſignant teſtamentum, quæ in eo contineantur, ſæpiſſimè ignorent, *l.* 21. *s̃. eod.* neque id ſemper neceſſe ſit teſtibus edi, *l.* 29. *j. eod.* Teſtator tabulas teſtamenti tenens his verbis vtebatur, Hæc vti his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita lego, ita teſtor. itaque vos Quirites teſtimonium præbitote, *Vlpian.* 20. eaque ratio magis placet, quàm ea quæ à Triboniano adfertur, ideo legatarios admitti, quòd non ſint vniuerſi iuris ſucceſſores, §. 1. *Inſtit. de teſtam. ordin. vide Fornerium* 2. *ſelect.* 12. *Cuiac.* 9. *obſ.* 37. *inf.*

*libito quod voluerit teſtator relinquere non prohibetur.* Datum Kalend. Maij, Conſtantinop. Baſilio Iuniore V. C. Conſ. 480.

23. Imperator *Iuſtinianus* A. Archelao præfecto prætorio.

COnſulta diualia, quibus conſideratè proſpectum eſt, ne voluntates vltimæ deficientium in hac regia [a] vrbe confectæ, apud alium aperiri [b] poſſint, quàm ‖ apud ‖ virum clariſſimum pro tempore cenſus [c] magiſtrum, monumentis interuenientibus pro iuris ordine: néve in hæreditate cuius ſumma centum aureorũ precium non excedit, mercedis quicquam aut ſumptuũ, cenſum adminiſtrantes, aut cenſualis apparitio ſuper intimandis iiſdem elogijs audeat adſequi, firma nunc quoque dicimus: ac repetita promulgatione, non [d] ſolum iudices quorumlibet tribunalium [e], verumetiam defenſores eccleſiarum, quos turpiſſimum intimationis genus irrepſerat, præmonendos cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium ſecundum conſtitutionũ præcepta, quam cenſus magiſtro competit. Abſurdum eſt namque, *ſi promiſcuis [f] actibus rerum turbentur officia, & alij creditum, alius ſubtrahat: & præcipuè clericis [g], quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium.* Pœna etiam temeratoribus præſentis ſanctionis feriẽdis quinquaginta [h] librarum auri. Nec enim concedendum eſt, vt ſuprema vota deficientium [i] euerſionis [k] quicquam ex incongrua [l] inſinuatione contrahant, dum res ab incongruis vſurpantur audacter. D. 13. Kalend. Decemb. Conſtantinop. Iuſtino A. II. & Opilione Conſſ. 524.

*Verborum ambiguitas, vel ordinis peruerſio, ſi à tabellionis errore procedant, non vitiant. Alex.*

24. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

*AMbiguitates* [m]*, quæ vel imperitia vel deſidia teſtamenta conſcribentium oriuntur, reſecandas eſſe cenſemus:* & ſiue inſtitutio hæredum poſt † legatorum donationes ſcripta ſit, vel alia prætermiſſa [n] ſit obſeruatio, non ex mente teſtatoris, ſed vitio [o] tabellionis, vel alterius qui teſtamentum ſcribit: nulli licentiam concedimus per eam occaſionem teſtatoris voluntatem ſubuertere, vel minuere. Dat. Kal. Ianuar. D. N. Iuſtiniano A. P P. II. Conſ. 528.

*Tranſpoſitio verborum non vitiat contractum, nec vltimam voluntatem. Baldus.*

25. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

PRæpoſteri [a] reprehenſionem quam nouella conſtitutio ‖ diui Leonis [b] ‖ in dotalibus [c] inſtrumentis ſuſtuliſſe noſcitur, in alijs quoque omnibus tam contractibus [d] quàm teſtamentis [e] tollimus: vt tali exceptione [f] ceſſante, & ſtipulatio [g] & alij contractus, & teſtatoris voluntas indubitate valeat: exactione videlicet poſt [h] conditionem vel diem competente. S. Datum 7. Id. Decemb. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ. 528.

26. Idem A. Mennæ præfecto prætorio.

IN teſtamentis ſine [i] ſcriptis faciendis omnem formalem [k] obſeruationem [l] penitus amputamus: vt poſtquam ſeptem teſtes conuenerint, ſatis ſit voluntatem teſtatoris vel teſtatricis ſimul omnibus manifeſtam [m], ſignificantis ad quos ſubſtantiam ‖ ſuam ‖ peruenire velit, vel quibus legata ‖ dare ‖ vel fideicommiſſa, vel libertates diſponere: etiam [n] ſi non ante huiuſmodi diſpoſitionẽ prædixerit teſtator vel teſtatrix illa formalia [o] verba, *Ideo eoſdem teſtes conueniſſe, quod ſine ſcriptis ſuam voluntatem vel teſtamentum componere cenſuit.* S. D. 4. Idib. Decemb. Conſt. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſſ. 528.

*Teſtamentum perfectum ſolo curſu temporis non tollitur, ſed per ſequens perfectum teſtamentum.*

27. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

SAncimus, ſi quis legitimo modo condidit teſtamentum, *& poſt eius confectionem decennium* † profluxerit: ſi quidem nulla innouatio, vel contraria voluntas ‖ teſtatoris ‖ apparuerit, *hoc eſſe firmum.* Quod enim non mutatur [p], quare ſtare prohibetur? Quemadmodum enim qui teſtamentum fecit, & nihil voluit contrarium, inteſtatus [q] efficitur? Sin autem in medio [r] tempore contraria teſtatoris voluntas oſtenditur: ſi quidem perfectiſſima eſt ſecundi teſtamenti confectio: ipſo [ſ] iure prius tollitur teſtamentum. ſin autem teſtator tantummodo dixerit non voluiſſe prius ſtare teſtamentum, vel alijs verbis vtendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per teſtes idoneos non minùs tribus [t]: vel inter acta manifeſtauerit, & decennium fuerit emẽſum: tunc irritum eſt teſtamentum, tam ex contraria voluntate, quàm ex curſu temporali. Aliter etenim teſtamenta mortuorum per decennij tranſcurſionem euaneſcere nullo patimur modo: prioribus † conſtitutionibus, quæ ſuper huiuſmodi teſtamentis euacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis. Dat. X V. Kalend. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte V V. C C. Conſſ. 530.

*Modicum interuallum, ſiue actus contrarius ex neceſſitate naturæ prouenient teſtatori, vel teſtibus, non vitiat teſtamentum. Salyc.*

28. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm antiquitas teſtamenta fieri voluerit nullo actu [u] interueniente, & huiuſmodi verborum compoſitio non ritè interpretata penè in perniciem & teſtantium & teſtamẽtorum proceſſerit: ſancimus in tempore, quo teſtamentum conditur, vel codicillus naſcitur, vel vltima quædam diſpoſitio ſecundum priſtinam obſeruationem celebratur (nihil enim ex ea penitus impoſt ex ea agi poterit. *vt hic.*

[a] in prouincijs apud præſides, vel magiſtratus, vel defenſores. [b] id eſt publicari, inſinuari. Formulas inſinuationis vetuſtiſſimas hìc adijcere viſum eſt ex Marculphi monachi libris, communicatam, Cuiacio ab Emaro Ranconeto, *vide Cuiacium 4. ſent. Paulus 6. §. 1.* Anno illo, ſub die illa, adſtante defenſore & omni curia illius ciuitatis, Titius proſecutor dixit, Peto, optime defenſor, vosq; laudabiles curiales atq; municipes, vt mihi Codices publicos patere iubeatis. Quædam enim in manibus habeo, quæ geſtorum cupio allegatione roborari. Defenſor & curiales dixerunt, Patent tibi Codices publici, perſequere quæ optas. Proſecutor dixit, Gaius vir illuſtris mihi mandauit, teſtamentum, vt mos eſt, geſtis municipalibus inſinuarem. Defenſor dixit, Amanuenſis mandatum accipiat & recitet. Poſt recitationem mandati, defenſor dixit, Mandatum quidem recitatum eſt, ſed teſtamentum quod præ manibus te habere dicis, etiam præſentibus nobis recitetur, &, vt poſtulas, geſtis publicis firmetur. Poſt recitationem teſtamenti, defenſor & curiales dixerunt, Teſtamentum quod recitatum eſt, geſtis publicis inſeratur. Proſecutor dixit, Hoc amplius peto, optime defenſor, vt mihi geſta publicè edantur. Defenſor & ordo curiæ dixerunt, Quia teſtamentum & mandatum ritè condita, & bonorum virorum ſubſcriptionibus firmata cognouimus, æquum eſt vt geſta cùm à nobis fuerint ſubſcripta & ab amanuenſi edita, tibi ex more tradantur, eademque in actis publicis conſeruentur. Pari modo acta in donationum inſinuatione conficiebant. Quemadmodum tabulæ teſtamenti mortuo teſtatore aperiantur, dicam ad *l. 2. ꝗ. quemadmod. teſtam. aperiantur.* [c] Apud magiſtrum cenſus, teſtamenta inſinuantur *l. 18. ſ. eodem.* Iudices interdum id munus ſibi adrogarunt, vt & defenſores eccleſiarum *l. 41. ſ. de epiſcopis.* poſteà quæſtori id munus delatum *Nouella Leonis* 44. Cæterùm, apud eundem magiſtrum cenſus, donationes inſinuabantur *l. 30. ꝗ. de donationibus.* [d] eadem verba extant in dicta lege 41. [e] pro tribunalium *Cuiac. ad l. 7. in verbo ſi paciſcar. ff. de pactis.* [f] Promiſcuis actibus turbari officia, abſurdum. [g] Clericum fori peritia atque diſceptatio dedecet. [h] Pœna 50. librarum auri. [i] Cuiacius *conſult.* 3. hinc colligit, Teſtamenta etiam inſinuari poſt mortem teſtatoris. Negat tamen idem eſſe in donatione *facit l. 30. ꝗ. de donat.* [k] Incongrua inſinuatio teſtamento non præiudicat. ideoq; teſtamentum, coram competenti iudice poſtea inſinuari poteſt. [l] Incongrua inſinuatio fit coram iudice incompetenti. [m] Verborum ambiguitas, ſi à tabellionis errore procedit, non vitiat. † olim ante hæredis inſtitutionem inutiliter legabatur *Vlp. 24. §. 15: Paulus 3. ſent. 6. §. ſecundo.* Hodie vtiliter legatur §. 34. *Inſtit. de legatis.* [n] *l. 9. ff. de hæredibus inſtituendis.* [o] *vide l. 2. ſ. de eunuchis.*

[a] Præpoſteratio verborum, contractum aut vltimas voluntates non vitiat. [b] Nũ eſt lex 25. *ſ. de iure dot?* Accurſius putat, & malè nihil enim ad rem pertinet. [c] De præpoſteratione in dotalibus inſtrumentis *hic, et §. 13. Inſtit. de inutil. ſtipul.* [d] De præpoſteratione in contractibus. [e] De præpoſteratione in teſtamento *facit l. 14. de peculio legato.* [f] De exceptione præpoſterationis *v. l. 5. ſ. de hæred. act.* [g] Vicium præpoſterationis nõ vitiat ſtipulationẽ *d. §. 13. l. 64. ff. de verb. oblig.* [h] Præpoſtera eſt ſtipulatio quoties ſtipulamur nobis dari ante euẽtum conditionis aut diei. *dixi ad d. leg. 64:* Huiuſmodi præpoſteratio actum non vitiat, ideoque poſt conditionem & diẽ ex ea agi poterit. *vt hic.* [i] Sine ſcriptis quomodo teſtemur *adde l. 21. §. 2. ſ. eod.* [k] Formalis obſeruatio. [l] *v. l. 15. ſ. eod.* [m] *l. 8. ſ. qui teſtamenta.* [n] 35. *Eclog. 2. c. 20.* id in teſtamento cœci locum non habet *l. 8. ſ. tit. prox.* [o] Formalia verba. ſic formale precium *l. 63. in fin. ff. ad l. Falcid.* Eadem formalia verba, de quibus hic agitur, in teſtamento ſcripto erant etiam adiungenda, vt oſtendit lex 3. *C. Theod. de teſtamentis.* † 35. *Ecl. 2. c. 21.* olim decennio infirmabatur teſtamentum *leg. 6. Cod. Theodoſ. de teſtamentis:* hodie non infirmatur, niſi apertè teſtator declarauerit ſe in eo non perſeuerare *vt hic.* Nuda voluntate infirmatur concurrente decennio. Nuda voluntas non eſt ſilentium, ſed conſenſus quouis modo expreſſus, vel reuocatio expreſſa, minus tamen ſolennis. Quemadmodum legata & fideicõmiſſa reuocari poſſint *v. l. 3. ff. de adimend. leg.* [p] Stat, quod non mutatur. [q] Teſtamento poſteriore ſolenni, prius quaſi ad cauſam inteſtati redit. [r] Paponius 20. Areſt. 1. *nu.* 3. Hoſtienſem ſecutus & Areſtum quoddam Grationopolitanũ putat, intermedio etiam decennij tempore, teſtamentum reuocatum minus ſolenniter, completo decennio omnino reuocatum. [ſ] Poſteriore prius teſtamentum iure tollitur. [t] Quæ fit tribus tantum præſentibus teſtibus reuocatio, minus eſt ſolennis: ſi tamen, tali reuocationi decenniũ acceſſerit, habebitur pro ſolenni. aliàs tres teſtes non ſufficiunt, niſi tempore etiam decennij antiquatum fuerit teſtamentum. † & ita abrogatur lex 6. *C. Theod. de teſtament.* [u] Nullus actus alienus teſtamento intermiſcendus *l. 21. in fin. ff. qui teſtamenta.* alio tempore teſtes adhiberi non poſſunt, alio ſubſcriptores §. 3. *Inſtit. eod.*

mutandum eſſe cenſemus) ea quidem, quæ minimè neceſſaria ſunt nullo procedere modo. quippe cauſa ſubtiliſſima propoſita, ea, quæ ſuperflua [a] ſunt, minimè debent intercedere. Si quid autem neceſſarium [b] euenerit, & ipſum corpus laborantis reſpiciens contigerit, id eſt [c] vel victus neceſſarij, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impoſitio, quibus relictis ipſa ſanitas teſtatoris periclitetur, vel ſi quis neceſſarius naturæ vſus ad depoſitionem ſuperflui ponderis immineat vel teſtatori vel teſtibus: non eſſe ex hac cauſa teſtamentum ſubuertendum, licet morbus comitialis (quod & factum eſſe comperimus) vni ex teſtibus contigerit: ſed eo quod vrget & imminet, repleto, vel depoſito, iterum ſolita per teſtamenti factionem adimpleri. Et ſi quidem à teſtatore aliquid fiat teſtibus pauliſper ſeparatis, *cum coram his facere aliquid naturale teſtator erubeſcat*: iterum introductis teſtibus, conſequentia factionis teſtamenti procedere. Si tamen in quendam vel quoſdam teſtium aliquid tale contingat: ſi quidem ex breui [d] temporis interuallo neceſſitas poteſt tranſire: iterum eorundem teſtiũ reuerſum expectari [e], & ſolennia peragi ‖ ſancimus. ‖ Sin autẽ longiore ſpacio refectio fortuiti caſus indigeat, ‖&‖ maximè ſi ſalus teſtatoris periclitantis immineat: tunc illo vel illis teſtibus circa quos aliquid tale eueniet, ſeparatis, alios ſurrogari [f], & ab eo vel ab eis tam teſtatorem quàm alios teſtes ſciſcitari, ſi ea quæ eorum præſentiam antecedunt, ‖ omnia ‖ coram his proceſſiſſent. Et ſi hoc fuerit vndique manifeſtum: iubemus tunc eos vel cum vnà cum alijs teſtibus, ea quæ oportet facere, etſi [g] in medio ſubſcriptiones teſtium iam fuerant ſubſecutæ. Sic etenim & naturæ [h] medemur, & mortuorum elogia in ſuo ſtatu facimus permanere. 1 ¶ Cùm autem conſtitutione [i] quæ de teſtamentis ordinandis proceſſit, cauetur quatenus ſeptem teſtium præſentia in teſtamentis requiratur, & ſubſcriptio à teſtatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & conſtitutio ſic edixit, Octauo ſubſcriptore adhibito: & quidam teſtamentum ſuũ omne [k] manu propria conſcripſit, & poſt eius literas teſtes adhibiti ‖ ſuas ‖ ſubſcriptiones ſuppoſuerunt, aliaq; omnia ſolenniter in teſtamento peracta ſunt, & teſtamentum ex hoc dubitabatur an irritum factum eſſet: eandem conſtitutionem corrigentes † ſancimus, *ſi quis ſua manu totum* [l] *teſtamentum vel codicillum conſcripſerit, & hoc ſpecialiter in ſcriptura repoſuerit, quòd hæc ſua manu confecit: ſufficiat ei totius teſtamenti ſcriptura*, & non [m] alia ſubſcriptio requiratur ‖ neque ab eo, ‖ neq; pro eo ab alio: ſed ſequantur huiuſmodi ſcripturam & literæ teſtium, & omnis quę expectatur obſeruatio: & ſic teſtamentum validum, & codicillus [n], ſi quinque [o] teſtium literæ teſtatoris ſcripturæ coadunentur, in ſua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator huiuſmodi iniquitatis in poſterum inueniatur. Dat. 6. Kal. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte V V. C C. Conſſ. 530.

*In teſtamento in ſcriptis, nomen cuiuſlibet hæredis inſtituti debet eſſe ſcriptum manu teſtatoris, aut eius voce nuncupatum coram teſtibus. Alex.*

29. Idem A. Iohanni præfecto prætorio.

IVbemus omnino teſtatorem, ſi † vires habeat ad ſcribendum, nomen hæredis vel hæredum in ſua ſubſcriptione, vel in quacumque parte teſtamenti ponere: vt ſit manifeſtum, ſecundum illius voluntatem hæreditatem eſſe tranſmiſſam. Sin autem forſitan ex morbi acerbitate, vel literarũ imperitia [p] hoc facere minimè potuerit: teſtibus teſtamenti præſentibus, nomen vel nomina hæredis vel hæredum ab eo nuncupari, vt omnimodo ſciant teſtes, qui ſint ſcripti hæredes: & ita certo hæredis nomine ſucceſſio procedat. *Si enim talis eſt teſtator, qui neque ſcribere, neque articulatè loqui poteſt: mortuo* [q] *ſimilis eſt, & falſitas in elogijs committitur.* Quam vt exul fiat à republica noſtra, maximè in teſtamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod ſi non fuerit obſeruatum, *& nomen hæredis vel hæredum* [a] *non fuerit manu teſtatoris ſcriptum, vel voce coram teſtibus nuncupatum: hoc teſtamentum ‖ ſtare ‖* minimè patimur † vel in totum, ſi tota hæredum nomina fuerint prætermiſſa: vel in eius hæredis inſtitutionem, cuius nomen neque lingua neq; manus teſtatoris ſignificauit. Sed ne aliqua forſitan obliuio teſtium animis incumbat, pluribus interdum nominibus ‖ hæredum ‖ expreſſis: ipſi teſtes in ſuis ſubſcriptionibus (cum teſtator hæc non ſcripſerit, ſed nuncupauerit) eorum nomina ſubſcribere non differant ad [b] æternam rei memoriam. Sin verò ipſe teſtator in qualicunq; parte teſtamenti nomina hæredum (ſicut dictum eſt) ſcripſerit: ſuperuacuum eſt ‖ poſtea ‖ teſtes in ſua ſubſcriptione hęc exprimere. cùm forſitan nec eos ſcire teſtator ſuos hæredes voluerit, & ſemel cauſa ex ipſius teſtatoris ſcriptura appareat. Oportet enim omnimodo vel ex literis teſtatoris, vel ex voce quidem teſtatoris, literis [c] autem teſtium qui ad elogium conficiendum fuerint conuocati, nomina manifeſtari hæredum. Quemadmodum enim in elogio [d] quod ſine ſcriptura conficitur, neceſſe eſt teſtatorem voce exprimere nomen vel nomina hæredum: ita & in teſtamentis per ſcripturam conficiendis, cùm ipſe teſtator manu ſua ſcribere hæredes vel noluerit, vel minimè potuerit, voce tamen eius eos manifeſtari oportet. Quæ in poſterum tantummodo obſeruari cenſemus: [e] vt quæ teſtamenta poſt hanc Nouellam noſtri numinis legem conficiuntur, hæc cum tali obſeruatione procedant. Quid [f] enim antiquitas peccauit, quæ præſentis legis inſcia, priſtinam ſecuta eſt obſeruationem? *Scituris & tabellionibus, & his qui conficienda teſtamenta procurant, quod ſi aliter facere auſi fuerint, pœnam falſitatis non euitabunt, quaſi doloſè in tam neceſſaria cauſa verſati.* Datum Kal. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531.

*Authent. ex Nouell. 119. cap. 9.*

*ET non obſeruato eo, ſubuenitur teſtamentis, ſiue per ſe, ſiue per alium quis inſcribat nomen hæredis.*

30. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

NOſtram prouiſionem, maximè circa vltima elogia defunctorum, nunc ‖ etiam ‖ extendi properamus. Vnde cùm inuenerimus quaſdam cõtrouerſias veteribus iuris interpretatoribus exortas propter teſtamentum quod legitimo modo conditum, ſeptemq; teſtium ſigna habens, poſtea fortuito caſu, vel ‖ per ‖ ipſius teſtatoris operam lino toto, vel plurima eius parte inciſa, in ambiguitatem incidit: ſolitum ei præbemus remedium, ſancientes, *ſi quidem teſtator linum* [g] *vel ſignacula inciderit, ‖ vel abſtulerit ‖ vtpote eius voluntate* [h] *mutata* [i], *teſtamentum non valere* [k]. *Sin autem ex alia quacunque cauſa hoc contigerit: durante teſtamento ſcriptos ‖ hæredes ‖ ad hæreditatem vocari:* maximè cùm noſtra conſtitutio, quam pro tuitione teſtamentorum promulgauimus, teſtatorem diſpoſuerit vel ſua [l] manu nomen hæredis ſcribere, vel ſi imperitia literarum, vel aduerſa valetudine, ſeu alio modo hoc facere non poſſit: teſtes ipſos audito nomine hæredis, ſub præſentia ipſius teſtatoris nomen hæredis ſuis ſubſcriptionibus declarare. Data XV. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531.

31. Idem Aug. Iohanni præfecto prætorio.

ET ab antiquis legibus, & à diuerſis retro principibus [m] ſemper ruſticitati [n] conſultum eſt, & in multis legum ſubtilitatibus ſtricta obſeruatio eis remiſſa, quod ex ipſis rerum inuenimus documentis. Cùm .n. teſtamentorum ordinatio ſub certa definitione legum inſtituta ſit: homines ruſtici [o], & quibus non eſt literarũ peritia, quomodo poſſunt tantam legum ſubtilitatem cuſtodire in vltimis ſuis voluntatibus? Ideoque ad Dei humanitatem reſpicientes, neceſſarium duximus per

[a] Superflua dicũtur quæ minimè ſunt neceſſaria. [b] Neceſſarius act⁹ teſtamẽto alienus, vſurpatus, teſtamenti con ſequentiam non vitiat. [c] Neceſſarij actus qui. [d] Neceſſarius actus qui intermiſcetur, breuis eſſe debet, non longi ſpacij. [e] Expectari poſſũt teſtes neceſſitate aliqua naturali impediti. [f] Teſtes alij ſubrogantur in locum teſtiũ, qui longiore ſpacio ob actum neceſſariũ detinentur. [g] Quinq; ex ſeptem teſtib⁹ ſubſignãt, duo neceſſitatis cã abeſſe coguntur, alij duo eorũ loco ſubrogantur, eſtne ab integro teſtamentũ inchoandũ? nõ eſt. ſubrogati intermedijs ſubſcriptionib. præcedentium, ſigna ſua poſſunt adijcere. [h] id eſt, neceſſarijs impedimentis. [i] *l. 21. verſic. quod ſi litera, ſ. cod.* [k] *Teſtamentum holographum, id eſt, quod teſtator omne manu propria conſcripſit, vt hic & j. eodem. Iſidor. Valentin. Nouell. 2. de teſtament.* [q] ſiquod eleganter Græci vocant μυστικὴν διαθήκην. quia ſecretum teſtatoris teſtibus non enunciatur 35. *Eclog.* 2. περὶ διαθήκης μυστικῆς, 4. *Harmenop.* 1. *c.* περὶ μυστικῆς διαθήκης: Leo Nouel. 69. κατὰ τὸν μυστειώδη τρόπον. & μυστικωτέρας διατάξεις. & διατάξεις ἐν μυστείῳ κειμένας. † emendatur lex 8. ſ. *eo.* [l] Teſtamenti holographi deſcriptio. [m] In holographo nõ requiritur ſubſcriptio teſtatoris. In ſcriptura priuati teſtatoris nõ requiritur ſubſcriptio *Bal. adde* 35. *Ecl.* 2. *c.* 13. nõ exigebantur teſtes ex Nouella Valentiniani, quæ tamen nõ obtinuit. [n] Codicillus dicitur in ſingulari *vt l.* 14. ſ. *eo.* [o] Codicillus quinq; teſtib. munitur. † Hæredis nomen olim manu teſtium ſcribi potuit, §. 4. *Inſt. eo.* manu teſtatoris, literarum tamen periti ſcribi hic iubetur, *vt & Nou.* 66. *ca.* 1. §. 1. Hodie per quaſuis perſonas poteſt ſubſcribi hæredis nomen *Nou.* 119. *c.* 9. *Auth. prox.* j. [p] Hęredis nomẽ ab imperito literarum teſtatore nuncupari debet *l.* 21. *ff. qui teſta.* [q] Mortuo ſimilis, qui neq; ſcribere, neq; articulatè loqui poteſt.

Talis eſt mutus & ſurdus natura, de quo dixi ad *l.* 10. ſ. *qui teſtamenta.* Inde etiam colligunt, hæredẽ nutu inſtitui nõ poſſe. De nutu dixi *ad l.* 32. *ff. de verborum oblig.*

[a] *v. l.* 25. *ff. qui teſtam.* † hoc abrogatum *d. Nouell.* 119. *c.* 9. [b] Teſtamenti ſcriptura in æternum probat. [c] id eſt, ſcriptura. [d] teſtamento. [e] *v. l.* 7. ſ. *de legibus.* [f] *Nouell.* 66. *c.* 1. §. 1. [g] Teſtamentum à teſtatore cõſultò inciſum, cuíve ſignacula ablata, non valet *vt hic: l.* 28. *ff. de liberatione. l.* 1. §. 8. *ff. vnde liberi.* [h] aliud eſt ſi caſu, aut à muribus linum corroſum ſit, *l. vlt. ff. ſecund. tabul.* [i] quod ex ipſa cancellatione præſumitur *Bald.* præſumitur etiam facta incontinenti cancellatio *Bald. hîc.* [k] vt eo caſu hęreditas deferatur ad hęredes ab inteſtato. hoc enim velle videtur qui teſtamenti tabulas incidit. *Baldus hîc.* Quid, ipſóne iure ope exceptionis teſtamentum tollitur? ope exceptionis *l.* 11. §. 2. *ff. ſecund. tabul: adde l.* 36. §. 3. *ff. de teſtament. milit.* Quid, ſi vnicum tantum exemplar teſtamenti inciſum? fides alterius non perit: niſi ea mente probetur teſtatorem incidiſſe, vt inteſtatus moreretur *d.* §. 2: *l. vlt. ff. de his quæ in teſtament. delent.* [l] *l.* 29. ſ. *eod.* [m] *l. penult.* ſ. *qui admitt.* [n] *l.* 3. §. 21. *ff. de Silaniano:* quemadmodum ruſtici ſcripto & per nuncupationem teſtari poſſint. Teſtamentis quæ rarò fiunt, diligens obſeruatio remittitur. [o] ruſticani *Hal.*

hanc

hanc legem eorum ſimplicitati ſubuenire. Sancimus itaque in omnibus [a] quidem ciuitatibus, & in caſtris orbis Romani, vbi & leges noſtræ manifeſtæ ſunt, & litterarũ viget ſcientia: omnia quæ in libris noſtrorum Digeſtorum, ſeu Inſtitutionum, & imperialibus ſanctionibus, noſtriſque diſpoſitionibus *in condendis teſtamentis cauta* ſunt, obſeruari, nullamque ex præſenti lege fieri innouationem. In illis verò locis, in [b] quibus raro inueniuntur homines litterati [c], per præſentem legem ruſticanis [d] concedimus *antiquam eorum conſuetudinem* [e] *legis vicem obtinere:* ita tamen, vt vbi ſcientes litteras inuenti fuerint, ſeptem teſtes (quos ad teſtimonium conuocari neceſſe eſt) adhibeantur, & vnuſquiſque pro ſua perſona ſubſcribat. Vbi † autem non inueniuntur litterati, ſeptem [f] teſtes etiam ſine ſcriptura teſtimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minimè inuenti fuerint ſeptem teſtes: vſque ad quinque [g] modis omnibus teſtes adhiberi iubemus: minus autem nullo modo concedimus [h]. Si verò vnus, aut duo vel plures fuerint litterati: liceat eis pro † ignorantibus litteras, præſentibus tamen ſubſcriptionem † ſuam interponere: ſic [i] tamen, vt ipſi teſtes cognoſcant teſtatoris voluntatem: & maximè quem vel quos hæredes ſibi relinquere voluerit: & hoc poſt mortem teſtatoris iurati deponant. Quod igitur quiſque ruſticorum (ſicut prædictum eſt) pro ſuis rebus diſpoſuerit: hoc omnimodo, legum ſubtilitate remiſſa, firmum validumque conſiſtat. Datum III. Non. Iul. Conſtantinop. D N. Iuſtiniano A. IIII. & Paulino V. C. Coſſ. 534.

[a] 55. *Eclog.* 2. *c. Vlt.*
[b] In agris pauci reperiuntur ſcribendi periti *Nouel.* 73. *c.* 9.
[c] quos Grçci γράμματα ἐπιςαμένους vocant 35. *Eclog.* 2. *c. Vlt.* & infra ſcientes litteras dicuntur.
[d] ſic puto. hanc conſtitutionem nõ tantum pertinere ad ipſos ruſticos ſed ad ciues, ſi fortè de ſcripto ruri teſtari voluerint.
[e] Conſuetudo ruſticorũ vicem legis obtinet.
† putà in agris, in itinerib. Leo *Nou.* 41: *Nouel.* 43. *in f.* in agris vel itineribus tres teſtes ſufficere ait.
[f] In teſtamẽto ruſticani nũcupatiuo ſeptem teſtes requiruntur.
[g] Ruſticani, ſcripto teſtari poſſunt quinque tantum teſtibus præſentib⁹ ſi plures haberi nõ poſsũt.
[h] Idem numerus requiritur contagionis tempore *l.* 8. *ȝ. eod.*
† Ex Nouella Leonis 43. per ſcribendi ignaros teſtamenta cõfirmari poſſunt.
† Subſcriptionis neceſſitas remiſſa eſt conſtitut. Leonis 42.

* k

## DE HÆREDIBVS INSTITVENDIS [l], & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt, Tit. XXIIII.

1. Imp. *Titus AElius Anton.* A. Antheſtiano.

QVi deportantur [m], ſi hæredes ſcribantur, tanquam peregrini, [n] capere non poſſunt, ſed hæreditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet ſi ſcripti non fuiſſent. Sine die & conſule.

2. Imp. *Antoninus* A. Cælitio.

PAter [o] tuus ſi ex reſidua parte hæres inſtitutus eſt, quam alter hæres ſcriptus capere [p] non poterat, iſq; ad nullam partem hæreditatis per conditionẽ ſuam admitti potuit: ex aſſe hæres extitit. nam reſidui commemoratio, etiam totum admittit. P P. XV. Kalend. Iulij. Romæ, Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

*Subſtitutus vulgariter ſeruo teſtatoris, & alterius quem teſtator tamquam proprium libertum inſtituerat, admittitur vel repellitur ſecundum quod de mente teſtatoris fuiſſe probatur. Alex.*

3. Imp. *Alexand.* A. Vitali militi.

CVm proponas Alexandrum equitem teſtamẽto primo loco Iulianum vt [r] libertum ſuum hæredem inſtituiſſe, eique ſubſtituiſſe his verbis, *Quod ſi ex aliqua cauſa primus hæres hæreditatem meam adire noluerit* [ſ], *vel non potuerit: tunc in* [t] *locum eius ſecundum hæredem ſubſtituo Vitalem:* poſt mortem autẽ teſtatoris Iulianum ſeruum communem [u] fuiſſe defuncti militis & Zoili fratris ei⁹ apparuerit, an tu ex ſubſtitutione admittaris, voluntatis [x] eſt quæſtio. Nam ſi credens eum proprium & ſuum libertum, hæredem inſtituit, nec per eum ad alium quemquam hæreditatem pertinere voluit: extitit conditio ſubſtitutionis: tibique hæreditas delata eſt [a]. Quòd ſi verba ſubſtitutionis ſubſcriptæ ad ius retulit, vt ſi nec per ſemetipſum alium feciſſet hæredem (potuit [b] enim, quamuis iubente domino, nolle adire) ita demum ſubſtitutus vocaretur: ſi tamen paruerit domino, & adierit: ſubſtitutioni locus non eſt. P P. 6. Kalend. Maij, Maximo II. & Æliano Coſſ. 224.

4. Imp. *Gordianus* A. Vlpio.

SI pater tuus eum quaſi [c] filium ‖ ſuum ‖ hæredem inſtituit, quem falſa opinione ductus ſuum eſſe credebat, non inſtituturus ſi alienum [d] noſſet, iſque poſtea ſubditus eſſe oſtenſus eſt: auferendã ei ſucceſſionem, diuorum Seueri & Antonini placitis continetur. PP. Pridie Non. Octob. Pio & Pontiano Coſſ. 239.

5. Idem A. Caſſiano.

NOn ideo minùs vxor tua iure hæres videtur inſtituta, quòd non vxor, ſed adfinis [f] teſtamento nominata eſt. P P. V. Kalend. Octob. Gordiano A. II. & Pompeiano Coſſ. 242.

6. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Antonio.

SI compenſandi [g] debiti gratia vxor maritum fecit hęredem: deſiderio tuo præter portionem hæreditatis debitum ‖ quoque ‖ reſtitui poſtulantis, non tantùm iuris ſeueritas [h], verùm etiam defunctæ voluntas refragatur. P P. 12. Kal. Mart. Præſente & Albino Coſſ. 247.

*Non poteſt quis adoptari vt frater: & inſtitutus vt frater à teſtatore errante, nihil debet habere. Sal.*

7. Impp. *Diocler. & Maxim.* AA. Zinoni.

NEc apud peregrinos fratrem [i] ‖ ſibi ‖ quiſquam per adoptionem facere poterat. Cùm igitur, quod patrem tuum voluiſſe facere dicis, irritum ſit: portionem hæreditatis, quam is aduerſus quem ſupplicas, velut adoptatus [k] frater hæres inſtitutus tenet: reſtitui ‖ tibi ‖ [l] præſes prouinciæ curæ habebit. P P. 3. Non. Decembr. Diocletiano II. & Ariſtobulo Coſſ. 285.

8. Idem AA. Hadriano.

COllegium [m], ſi nullo ſpeciali priuilegio ſubnixum ſit, hæreditatem capere non poſſe [n], dubium non eſt. P P. X. Kal. Iun. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ. 290.

9. Iidem AA. & C C. Iuliæ.

EXtraneum [o] etiam cùm ‖ quis ‖ [p] moreretur, hæredem ſcribi ‖ ſibi ‖ placuit. P P. 16. Kalend. Nouemb. Sirmij, A A. Coſſ.

*Qui per ſe capere non poteſt, etiam per alium capere non poteſt.*

10. Iidem AA. & C C. Aſclepiadæ.

NEque per ſe hæredes inſtitutos, quibus hoc conceſſum [q] non eſt, neque per ſeruos proprios hæreditatem poſſe quærere, iuris dictat ratio. S. 16. Kal. Sept. Sirmij, Cæſ. Coſſ.

11. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Hierio P P.

EXtraneum etiam penitus ignotum [r], hæredem quis

[a] Liber non eſt, nec inſtitutio valet *l.* 13. §. 3. *ff. de teſtam. milit.*
[b] Imò non potuit *l.* 21. *ȝ. de iure delib.*
[c] Inſtitutio facta de aliquo tanquã de filio, cùm non ſit filius, habetur pro non facta *v. l.* 5. *ȝ. de teſta. milit: adde l.* 9. *ff. de hæred. inſtituend.*
[d] id eſt ſuppoſititium *l.* 46. *ff. de iure fiſci.*
[e] à fiſco ſcil. *d. l.* 46.
[f] Non vitiatur inſtitutio ſi vxor appelletur adfinis *adde l.* 4. 5. *ȝ. de teſtament.* & meritò. inter virum .n. & vxorẽ conſtituitur quaſi quædam affinitas *l.* 8. *ff. de cond. cauſa data.*
[g] aliud erit ſi quid relictũ eſt debitori non compenſandi debiti animo *l.* 7. *ȝ. de negotijs: l.* 5. *ȝ. de hæreditar. act. l.* 7. *ȝ. de bon. auth. iud: v. l.* 85. *ff. de legat.* 2. *l.* 12. *ff. ad leg. Falcid. l.* 20. *ff. de condic. inſtit.*

[i] 35. *Eclog.* 2. *c. Vlt.* [k] In quibuſdam notatur hîc deeſſe Græcam conſtitutionem. [l] *dixi ad* 28. *ff.* 5. [m] Deportati inſtitutio habetur pro non ſcripta. [n] Peregrinus hæres inſtitui non poteſt *vt hic: & l.* 6. §. 2. *ff. eo. l.* 10. §. 6. *ff. de in ius vocand. l.* 1. §. 2. *&* 3. *ff. de legat.* 3. *Vlp.* 17. §. 1. *et* 22. §. 2: *adde q̃ ſcripſi de peregrino ad Vlp.* 5. §. 8. Teſtatorẽ, teſtes & hęredes, ciues eſſe oportet *l.* 36. *C. Th. de hær. l.* 31. 32. *ff. de iur. fiſci.* Idẽ peregrinus teſtm̃ facere in loco peregrino nõ põt, ꝙ ad bona in eo loco ſita *l.* 1. *in verb. qui ciues. l.* 2. *ff. ad l. Fal.* [o] Hęc lex deſumpta ex l. vlt. *C. Th. de legi. hær.* [p] *l.* 78 *inf. ff. eo.* [q] *l.* 78. 79. *&* 80. *ff. eo. l.* 95. *l.* 160. *ff. de verb. ſign.* [r] Vbi quẽ quis inſtituit vt libertum, non alias inſtituturus ſi is libertus non ſit, omnino inutilis inſtitutio eſt *l.* 7. *ȝ. de milit. teſtam. v. Cuiac.* 17. *obſ.* 21. [ſ] Hæc verba ſunt ſubſtitutionis vulgaris non pupillaris *v. Cuiac.* 17. *obſ.* 21. ad hos enim duos caſus porrigitur ſubſtitutio vulgaris. [t] Te vt libertum meum hæredem inſtitui, communis eras: num rectè inſtitutus es? Si te vt meum certa opinione inſtitui, non rectè: ſi vt communem, rectè inſtitui. [u] *l.* 37. §. 2. *ff. de legat.* 3: *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 40. [x] putà vtrum inſtituturus cum fuerit, ſi ſeruum communem noſſet.

[h] Legis Papiæ, quæ vetat coniuges inter ſe ex teſtamento capere, niſi compenſandi cauſa *Contius.* [i] Nemo poteſt vt frater adoptari *l.* 14. *in fi. ȝ. de hæred. inſtit.* poteſt tamen quis ita hæres inſtitui vt nomen familiæ & arma ſeu inſignia ferat 1. *Papon.* 20. *Areſt.* 1. §. 15. [k] Inſtitutus vt frater à fratre errante, rectè non eſt inſtitutus. [l] & ita non applicatur fiſco portio eius, quem vt fratrem falsò inſtitui *vt hic.* applicatur portio eius quem vt filium falsò inſtitui. In filio indignitas eſt, qm̃ ſuppoſititius eſt: in fratre non eſt. [m] Collegijs illicitis hæreditas relinqui non poteſt: illicitis, puta Iudæorum *l.* 1. *ȝ. de Iudæis.* Chriſtianorum collegia licita *l.* 1. *ȝ. de ſacroſ. eccleſ. his adde quæ notaui ad l.* 9. *ff. de mor. cauſ: l.* 20. *ff. de reb. dub. l.* 3. *ff. de collegijs.* [n] alioquin fieri poſſet temporis decurſu vt vniuerſa penè bona collegijs adquireretur. Nec enim mori dicuntur collegia *l.* 76. *ff. de iudicijs.* hinc apud Gallos ius Amortizationis, *Admortiſſement* introductum, de quo v. Paponem 1. *Areſt.* 14. eundem 3. *Notar. c. des admortiſſemens* ? Pekium *in tractat. de amortizatione bonorum.* [o] Extraneus ita poteſt inſtitui, cùm morietur *vt hic:* at non filius. nam hæc inſtitutio præteritioni ob longam moram ſimilis eſt. [p] Extraneus ita poteſt inſtitui *l.* 79. § 1. *ff. de cond. & demonſtr. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 6. atqui ex die & ad diem non datur hæreditas *l.* 3. 4. *ff. de hæred. inſtit.* Ex die mortis dari non poteſt, veluti, Poſt quinquennium quàm moriar. tacitè in diem conferri poteſt, veluti, Cùm capere poteris *l.* 62. *ff. eod:* Cùm adoleueris *l.* 33. *ff. de vulgari:* Cùm morieris *vt hic.* & ita ſæpe fit vt quæ expreſſa non valent tacita valeant *l.* 9. §. 18. *l.* 38. *ff. eod. l.* 77. *l.* 195. *ff. de reg. iur. v. Cuiac.* 3. *obſ.* 34. [q] Qui per ſe capere non poteſt, per alium non poteſt. *l.* 31. *ff. eod.* §. 4. *Inſtit. de hæred. qualit.* [r] Hæc lex deprompta eſt ex lege *vlt. Cod. Theodoſ. de legitim. hæredibus.* ibi, Extraneis ac ſæpe ignotis in donationibus ſucceſſionibuſque tribuitur *l.* 46. *ff. eodem:* §. *vlt. Inſtit. eod.* ſic tutor ignotus inſtitui poteſt §. 10. *ff. de excuſ. tut.*

inſtituere poteſt. Dat. XI. Kal. Mart. Conſtantin. Felice & Tauro Coſſ. 428.

12. Imp. *Leo* A. Erythrio P.P.

HÆreditatis †, vel legati[a], ſeu fideicommiſſi[b], aut donationis titulis domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia, vel mancipia, ad ius inclytæ vrbis, vel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenire poſſunt. D. V. Kal. Mart. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

*Inſtitutus in re certa habetur loco legatarij, Vniuerſaliter inſtituto hæreditatem adeunte. Sal.*

13. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

QVoties certi quidem ex[c] certa re[d] ſcripti ſunt hæredes, vel certis rebus pro ſua inſtitutione contenti eſſe iuſſi ſunt, quos legatariorum[e] loco haberi certum eſt: alij verò ex certa parte, vel ſine parte, qui pro veterum legum tenore ad certam vnciarum inſtitutionem referuntur: eos tantummodo omnibus hæreditarijs[f] actionibus vti vel conueniri decernimus, qui ex certa parte vel ſine parte ſcripti fuerint, nec aliquam deminutionem earundem actionum occaſione hæredum ex certa re ſcriptorum fieri. Dat. 8. Id. April. Conſtantinop. Decio V.C. Coſ. 529.

*Inſtitutio quæ non poteſt ſaluari ſecundum proprium directum ſignificatum verborum, ſaluatur ſecundum improprium, & indirectum, ſi fieri poteſt. Alex.*

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm in libris Vlpiani, quos ad Maſurium Sabinum ſcripſit, talis ſpecies relata ſit: hanc apertiùs expedire nobis viſum eſt. Quidam teſtamentum faciens ita inſtituit, *Sempronius Plotij*[g] *hæres eſto.* Veteres quidem exiſtimabant errorem nominis eſſe, & ſic inſtitutionem valere, quaſi teſtator Plotius nominaretur, & Sempronium ‖ ſibi ‖ ſcripſiſſet hęredem. ſed huiuſmodi ſententiam craſſiorem eſſe exiſtimamus. neque enim ſic homo ſupinus[h], imò magis ſtultus inuenitur, vt ſuum nomen ignoret, ſed ſi[i] quidem ipſe teſtator Plotio cuidam hæres extitit: manifeſtum eſt ſibi Sempronium hæredem inſtituiſſe, vt per mediam ipſius teſtatoris perſonam Plotij hæres efficiatur. Et hoc argumentamur ex antiqua[k] regula, quæ voluit hæredem[l] hęredis, ‖ teſtatoris ‖ eſſe hæredem. Sin autem nihil tale factum eſt, ſuperuacuam & inanem huiuſmodi inſtitutionem eſſe: niſi[m] prius hęrede Plotio ſibi inſtituto, ſic adiecerit, *Sempronius Plotij hæres eſto.* tunc etenim exiſtimandum eſt eum dixiſſe, ſi non Plotius hæres ſibi fuerit, tunc Sempronium in totum partemve Plotij ex ſubſtitutione vocari: ita vt ex[n] conſequentia verborum Plotius quidem inſtitutus, Sempronius autem ſubſtitutus inueniatur. Sin autem neque ipſe teſtator Plotio hæres extitit, neque[o] Plotium hæredem antea ſcripſit, & ſic Sempronium Plotio hæredem eſſe voluit: nullius eſſe momenti talem inſtitutionem, cùm non[p] eſt veriſimile, in ſuum nomen ‖ quemquam ‖ erraſſe. Dat. 3. Kal. Aug. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

## DE INSTITVTIONIBVS[q] ET ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis, Tit. XXV.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* A A. Alexandro.

CVm auum maternum ea conditione filiam tuam hæredem inſtituiſſe proponas, ſi[r] Anthylli filio nupſiſſet: non priùs eam hæredem exiſtere, quàm conditioni paruerit, aut Anthylli filio recuſante[a], matrimonium impeditum fuerit, manifeſtum eſt. P.P. Kalend. Octob. Anulino & Frontone Conſſ. 200.

2. Imp. *Antoninus* A. Caſſiæ.

COnditioni[b], ſub qua teſtamento matris tuæ[c] hæres inſtituta es, ſi non paruiſti: locum habet ſubſtitutio. Nec enim videri poteſt ſub ſpecie turpium[d] nuptiarum viduitatem[e] tibi indixiſſe, cùm te filio[f] ſororis ſuæ conſobrino tuo probabili conſilio matrimonio iungere voluerit. Nec extraordinario auxilio indiges: cùm ex his ‖ precibus, ‖ quas libello complexa es, declaretur non[g] per eum ſtetiſſe, quo minùs ſupremę voluntati matris tuæ teſtatricis ſatisfieret. PP. 8. Id. Mart. Romæ, Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

3. Idem A. Maxentio & alijs.

SI mater vos ſub conditione[h] emancipationis hæredes inſtituit, & prius quàm voluntati defunctæ pareretur, ſententiam ‖ deportationis ‖[i] pater meruit, vel aliter defunctus eſt: morte eius vel alio modo patria poteſtate liberati, ius adeundæ hæreditatis cum ſua cauſa quæſiſtis. S. Prid. Kal. Maij, Sabino & Anulino Coſſ. 217.

*Filius in poteſtate, non poteſt hæres inſtitui à patre ſub conditione quæ in eius poteſtate non ſit. Alex.*

4. Imp. *Alexander* A. Æmiliano.

SI pater filium, quem in poteſtate habebat, ſub conditione, quæ in ipſius poteſtate non[k] erat, hæredem ſcripſit, nec in defectum eius exhæredauit: iure teſtatus non videtur. Cùm autem trans mare & longè te agentem ſub hac conditione hæredem ſcriptum eſſe dicas, ſi[l] in patriam, quæ in prouincia Mauritaniæ erat, regreſſus fuiſſes, nec exhæredatum te alleges, ſi[m] in eum locum non rediſſes: manifeſtum eſt multis caſibus non voluntarijs[n], ſed fortuitis euenire potuiſſe, vt eam implere non poſſes: & ideo adire hæreditatem non prohiberis. P.P. 6. Kal. Apr. Iulia. II. & Criſp. Conſ. 225.

5. Impp. *Valer. & Gallien.* Maximo.

REprehendenda tu magis[o] es, quàm mater tua, illa enim ſi hæredem te ſibi eſſe vellet: id quod eſt inutile, matrimonium te dirimere[p] cum viro non iuberet. tu porro voluntatem eius diuortio comprobaſti. Oportuerat autem, etſi conditio huiuſmodi admitteretur, præferre[q] lucro concordiam[r] maritalem: Enimuerò cùm boni[s] mores hæc obſeruari vetent: ſine vllo damno coniunctionem[t] retinere potuiſti. Redi[u] igitur ad maritum, ſciens hæreditatem matris, etiam ſi redieris, retenturam[x]: quippe quam retineres, licet prorſus ab eo non receſſiſſes. P.P. 12. Kalen. Decemb. Valeriano IIII. & Gallieno III. A A. Conſſ. 258.

* *Græca Conſtitutio Iuſtiniani.*

6. Idem A. ad Senatum.

GEneraliter ſancimus, ſi quis ita verba ſua compoſuerit, vt edicat, Si filius vel filia inteſtatus[y] vel inte-

ſtata,

† Ciuitatib[us] relinqui hæreditas poteſt, olim non poterat *Vlp.* 22. §. 5.
[a] *l. 73. in fin.* V. *l. 122. in fi. ff. de legat. 1: Vlp. 24.*
[b] *Vlp. d. loco 22. §. 5. l. 26. ff. ad Trebel.*
[c] Inſtitutus in re certa vicē ſuſtinet legatarij ſi tamen ei cohęres null[us] datus ſit: aut datus quidem, qui tamen non adierit. Quid ſi cohæres datus adijt? Quidā volunt hæredis loco haberi, quod propria authoritate poſſit rē adpręhendere: legatarius nō poſſit, ſed accipiat ab hęrede, *Menochius in tract. de adipi. hæredit: Remedio 4. nu. 134:* alij, partim hæredis, partim legatarij *Bald. ad l. 35. ff. eod.* alij putāt, quòd ad rē ipſam attinet, haberi pro legatario: ideoque Falcidiā pati, neq; ei dari remediū legis vlt. C. de edict. d. Hadriani. Filium verò inſtitutū in re certa, haberi pro hærede. vt non poſſit quaſi præteritus rumpere teſtamētum V. *Graſſum lib. ſentent.* §. *hæred. qu. 3.*
[d] Rerum hæres inſtitui poteſt *l. 35. ff. eod: l. 16. §. 2. ff. ad Trebell.* [e] Legatum, & inſtitutio particularis, eiuſdem naturæ V. *Papon. 20. Areſt. 1. §. 8.* [f] V. *l. vlt. C. de hæredit. act.* [g] & ita extranei *l. 76. §. 1. ff. de legat. 2.* Duobus modis hęc verba intelligi poſſunt. [h] Nemo ita ſupinus eſt, vt nomen ſuum ignoret. [i] Prima ſuperioris formulæ interpetatio. Sempronius Plotij hęres eſto. Plotij, putà cui ſucceſſit teſtator. Si ita inſtitutio intelligi poteſt, erit valida, quantumuis impropriè verba accipiantur. [k] Antiqua regula. [l] Hæres hæredis mei, mihi eſt hæres *l. 7. inf. ff. de adquir. hæred.* V. *l. 194. ff. de regul. iur.* [m] Secunda ſuperioris formulæ interpretatio. Plotium hæredem inſtitui, mox adieci, Sempronius Plotij hæres eſto. eo caſu Sempronius Plotio ſubſtitutus intelligitur. [n] Ex conſequentia verborum ducitur interpretatio. [o] Vbi non eſt inſtitutio, ibi nulla eſt ſubſtitutio. [p] non eſt veriſimile, in ſuum nomen quemquam errare C. *eo.* [q] id eſt de conditionibus inſtitutioni & ſubſtitutioni adiectis C. *Vide 28. ff. 7.* [r] *Vide Cuiac. 17. obſeruat. 21.* huiuſmodi conditio mixta eſt, Si Anthylli filio nupſerit.

[a] *l. 1. C. de his quæ ſub modo l. 31. ff. de condit. et demōſt.* Conditio habetur pro impleta, quoties per eum, cui[us] intereſt impleri, ſtatur quomin[us] impleatur *l. 161. ff. de reg. iur.*
[b] Conditio ea fuit, Si Titio ſororis meę filio nupſerit.
[c] *adde l. 3. ff. de hær. inſtit.*
[d] Honeſtę cōditioni ni hæres paruerit, ſubſtitutus admittitur.
[e] Viduitatem indicere videtur, qui legat ſub conditione turpium nuptiarum *l. 63. §. 1. ff. de cond. & dem.*
[f] Inter conſobrinos, nuptiæ permiſſæ *vt hic: & l. 19. C. de nup.*
[g] V. *l. 1. inf. C. e.*
[h] Conditio ea fuit, Liberos meos hęredes inſtituo ſi pater eos emancipauerit, vel cùm ſui iuris erunt per emancipationē, vel in temp[us] emancipationis *l. vlt. C. de dona. quæ ſub modo: l. 70. ff. de cond. et demōſt. Pau. 4. ſent. 1. §. 12.*
[i] Emancipationis conditio locū habet, patre deportato vel mortuo *vt hic: et l. 44. ff. de iure dot.* & è contrà, Conditio emancipationis per mortē patris, locum habet filio à patre emancipato *l. 11. §. 11. ff. de leg. 5: l. 15. ff. quando dies legat. Paul. 4. ſent. 1. §. 15.* Conditioni ſatisfit per æquipollens *adde l. 23. verſic. Braſidas ff. ad Trebel.* Morte patris quis emancipatur V. *l. 29. §. 5. ff. de lib. & poſth.* [k] Filius inſtitui non poteſt ſub alia conditione quam poteſtatiua *l. 4. ff. de hæredib. inſtit: l. 83. ff. de condict. & demonſt. l. 20. §. 4. verſ. exiſtimo. ff. de bonis libert.* [l] De inſtitutione his verbis facta, Si in patriam regreſſa fueris [m] nam & hoc adijci potuit, Si in hunc locum redierit, exhæres eſto. [n] Poteſtatiua conditio, voluntaria: Caſualis extra voluntatem poſita, pendet ex euentu vel fortuna. Mixta, quæ partim ex voluntate, partim ex caſu *l. vlt. C. de neceſſar: l. vn. §. 7. C. de caducis.* [o] Qui facit, grauiùs peccat quàm qui iubet. [p] De conditione, Si à marito diuerterit. Conditio diuortij à lege remittitur, *vt hic & l. 8. inf. ff. de vſu & habitat.* repugnat enim vtilitati publicę *l. 2. §. 44. ff. ad Tertul. Nou. 1. c. 1.* ei contraria eſt, Si à marito non diuerterit V. *l. 2. C. de cond. inſert.* [q] Lucro concordia maritalis præferenda. [r] & honeſtatem *l. 16. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* [s] Præceptum teſtatoris contra bonos mores non obligat. [t] id eſt matrimonium. [u] honeſtè. [x] Qui paret turpi conditioni non propterea perdit relictum. [y] Sempronius inſtitutus eſt ſub his conditionibus, Si inteſtatus vel ſine liberis, vel ſi ſine nuptijs deceſſerit, ſubſtitutus eſt Titius: Sempronius nuptias contraxit, liberos ſuſtulit, teſtamentum etiam fecit, liberis ſubſtitutis. eſtne locus ſubſtitutioni? eſt, omnes enim cōditiones euenerunt. Quid ſi tantum nuptias contraxit? nō eſt. quia diſiunctiua particula *Vel*, inter conditiones negatiuas poſita reſoluitur in coniunctiuam *Et*, idq; fauore liberorum. Ideoque huiuſmodi ſubſtitutioni locus non erit, niſi omnes conditiones extiterint *facit l. 85. ff. de hæred. inſtit. l. 85. C. de verb. ſignif.*

[a] Incluſa ſuperſunt.
[b] Hæc conſtitutio extenſa eſt ad extraneos.
[c] Euaneſcit ſubſtitutio, ſi is qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, liberos ſuſtulit. *l.30. C. de fideicommiſſ. l.85. in fi. ff. de hæred. inſtit.*
[d] Qui extraneis patrem præfert, eius quoque liberos præferre intelligitur.
[e] Caius Titio naturali filio Semproniũ ſubſtituit. Titius liberos legitimos ſuſcipit? nõ eſt locus ſubſtitutioni. Ergo in ſubſtitutione facta naturalibus liberis poſt eorũ mortem, tacita intelligitur conditio, ſi deceſſerint ſine legitimis hæredibus *vt hic d. l.43. ff. de vulgari.* vt eo caſu, minus ſcriptum quam dictũ videatur *l.102. ff. de condit. & demonſtr.*
[f] Liberi patris fideicommiſſo grauati excludunt ſubſtitutum.
[g] Et ita naturales tantùm liberi nõ excludunt ſubſtitutũ. Quid ſi legitimati? excludunt v. *Areſtum Pariſienſe apud Paponem* 20. *Areſt.* 3. §.5. nec enim differt legitimatus a legitimo *Nouel.35. c.3. adde l.77. §.13. ff. de legat.2. l.77. §.5. ff. ad Treb.*

ſtata, vel ſine liberis ‖ aut ſine teſtamento [a] ‖ vel ſine nuptijs deceſſerit: & ipſe vel ipſa liberos ſuſtulerit, ſiue nuptias contraxerit, ſiue teſtamentum fecerit: firmiter res poſſideri, & non eſſe locum ſubſtitutioni eorum, vel reſtitutioni. Si enim nihil ex his fuerit ſubſecutum: tunc valere conditionem, & res ſecundum verba teſtamenti reſtitui, vt incertus ſucceſſionis morientis exitus videatur certo ſubſtitutionis vel reſtitutionis fine concludi. Cui enim ferendus eſt intellectus, ſi forſitan teſtamentum quidem non fecerit, poſteritatem autem habuerit: propter huiuſmodi verborum anguſtias liberos eius omni penè fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obſtruentes, vt ne quis alius deuiet, huiuſmodi facimus ſanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam patribus quàm liberis gratam: quo exemplo etiam alijs perſonis, licet extraneæ [b] ſint de quibus huiuſmodi aliquid ſcriptũ fuerit, medemur. ¶ Cùm autẽ inuenimus excelſi ingenij Papinianum in huiuſmodi caſu, in quo pater filijs ſuis ſubſtituit, ‖ nulla ‖ liberorũ ex his procreandorum ‖ adiectione ‖ habita, optimo intellectu diſpoſuiſſe, euaneſcere [c] ſubſtitutionem, ſi is, qui ſubſtitutione prægrauatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, intelligentem non [d] eſſe veriſimile, patrem, ſi de nepotibus cogitauerit, talem feciſſe ſubſtitutionem: humanitatis intuitu hoc latiùs & pinguiùs interpretandum eſſe credidimus, ‖ vt ‖ & ſi quis naturales [e] filios habeat, & partem eis reliquerit, vel dederit vſq; ad modum, quem nos ſtatuimus, & ſubſtitutioni eos ſubiugauerit, nulla liberorum eorum mentione facta: & hic intelligi euaneſcere ſubſtitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo his, qui ad ſubſtitutionem vocantur, obſiſtente, & non concedente ad eos eam partem venire, ſed [f] ad filios vel filias, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes morientis tranſmittente, & non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta [g] ſobole deceſſerint: vt quod inter iuſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. Quæ omnia & in legatis [h] & fideicommiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus. Dat. XI. Kal. Auguſti. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte V V. C C. Conſ. 530.

*Sufficit conditionem caſualem vel poteſtatiuam non facilem, impleri viuo teſtatore, vt hæreditas, legatum vel fideicommiſſum poſtea debeatur. Sal.*

4. Idem Ioanni præfecto prætorio.

SI quis hæredem ſcripſerit ſub tali conditione, *ſi ille conſul factus fuerit vel prætor:* [i] vel ita filiam ſuam inſtituerit hæredem, *ſi nupta fuerit:* viuo [k] autem teſtatore vel ille conſul proceſſerit, vel prætor fuerit factus, vel filia eius nupta fuerit, vel adhuc viuo teſtatore conſulatum quidem vel præturam ille depoſuerit, filia autem eius ‖ a marito ‖ diuerterit omni veterum dubitatione, exploſa ſancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, ſiue [l] viuo eo, ſiue mortis tempore, ſiue poſt mortem, conditionem videri eſſe completam. Quod & in legatis & fideicommiſſis & libertatibus obtinendum eſſe cenſemus: ne dum nimia vtimur circa huiuſmodi cenſus ſubtilitate, [m] iudicia teſtantium defraudentur. D. 9. K. Aug. Cõſtantinop. poſt conſulatũ Lãpad. & Oreſt. VV. CC. 531.

*Accidentia deficientia non vitiant teſtamentum.*

8. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI teſtamentum ita ſcriptum inueniatur, *ille hæres eſto ſecundum* [n] *conditiones* [o] *infrà ſcriptas.* ſi quidem nihil eſt adiectum, neq; aliqua conditio in teſtamento poſita eſt: ſuperuacuam [p] eſſe conditionum pollicitationẽ ſancimus, & teſtamentum puram habere inſtitutionem. Et argumento vtimur, quod Papinianus reſpondit: [q] Vicos reipublicæ relictos qui proprios fines habebant, non ideo ex fideicommiſſo minùs deberi, quòd teſtator fines eorum, & certaminis formam, quod celebrari ſingulis annis voluit, alia ſcriptura ſe declaraturum promiſit, ac poſtea morte præuentus non fecit. Sin autem conditiones quaſdam in quauis parte teſtamenti poſuit: tunc videri ab initio conditionalem eſſe inſtitutionem, & ſic omnia compleri, tanquam [a] ſi teſtator ipſas inſtitutiones eiſdem conditionibus copulaſſet, quæ infrà conſcriptæ ſunt. Dat. 6. Kal. Auguſt. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531.

9. Idem A. Ioanni PP.

CVm quidam prægnantem habẽs coniugem, ſcripſit hæredem ipſam quidem ſuam vxorem ex parte, ventrem verò ex alia parte, & adiecit, ſi non poſthumus natus fuerit, alium ſibi hæredem eſſe, poſthumus autem natus impubes [b] deceſſit: dubitabatur, quid iuris ſit, tam Vlpiano quàm Papiniano viris diſertiſſimis voluntatis [c] eſſe quæſtionem ſcribentibus, cùm opinabatur Papinianus eundem teſtatorem voluiſſe poſthumo nato, & impubere defuncto, matrem magis ad eius venire ſucceſſionem, quàm ſubſtitutum. Si enim ſuæ ſubſtantiæ partem vxori dereliquit: multo magis & luctuoſam hæreditatem ad matrem venire curauit. Nos itaq; in hac ſpecie Papiniani dubitationem reſecantes, ſubſtitutionem quidem in huiuſmodi [d] caſu, vbi poſthumus natus adhuc impubes viua matre deceſſerit, reſpuendam eſſe cenſemus. Tunc autem tantummodo ſubſtitutionem admittimus, cùm poſthumus minimè editus fuerit, vel poſt eius partum mater prior deceſſerit. Dat. 3. Kal. Aug. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis, VV. CC. 531.

## DE IMPVBERVM, [e] ET ALIIS [f] ſubſtitutionibus, Tit. XXVI.

Imp. *M. AElius Antoninus* A. Secundo.

CVm hæredes ex diſparibus partibus inſtituti, & inuicem ſubſtituti ſunt, nec in ſubſtitutione facta eſt vllarum partium mentio: verum eſt non [g] alias partes teſtatorem ſubſtitutioni tacitè inſeruiſſe, quàm quæ manifeſtè ‖ in ‖ inſtitutione expreſſæ ſunt. Datum Claro II. & Seuero Conſ. 171.

*Subſtitutio breuiloqua ſeu reciproca facta perſonis imparibus non continet pupillarem in perſona impuberis. Alex.*

2. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Frontiniæ.

HÆreditatem quidem defuncti inteſtati filij delatam tibi dubitari non oportet. ſubſtitutio enim teſtamento patris facta, ad pubertatis tempora porrigi non poteſt: quia ipſo & alijs non [h] eiuſdem conditionis hæredibus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, propter eorum perſonam, quibus in vnum caſum dumtaxat ſubſtitui poteſt, etiam in filio idem debere ſeruari, & ratio ſuadet, & diuus Marcus pater [i] conſtituit. P.P. VI. Kal. Aug. Chilone & Libone Conſ. 205.

3. Imp. *Alexander* A. Achillæ.

HÆres inſtituta matris teſtamento, ſi ſucceſſionem ex teſtamento omiſiſti, & ab inteſtato bonorum poſſeſſionis ius habere voluiſti: ſubſtituto [k] locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde ſi ſubſtitutus hæreditatem amplexus eſt: actionibus, quæ ‖ tibi ‖ aduerſus matrem competebant, ipſum conuenire, non ſucceſſionem ab inteſtato potes vindicare. P. P. XI. Kalend. Septemb. Maximo II. & Æliano Conſ. 224.

*Natura copulæ eſt reſtringere copulata ad vniformem interpretationem iuris, non ad difformem. Bald.*

4. Idem A. Firmiano.

QVamuis placuerit ſubſtitutionem impuberi, qui in poteſtate teſtatoris fuerit, à parente factam ita, *ſi hæres non erit,* [l] porrigi [m] ad eum caſum, quo poſtea quàm hæres extitit, impubes deceſſit, ſi modò non contrariam [n] defuncti voluntatem extitiſſe probetur: cùm tamen proponas ita ſubſtitutionem factam eſſe, *Si mihi Firmianus filius, & AElia vxor mea (quod* [o] *abominor) hæredes non erunt, in locum eorum Publius Firmianus hæres eſto:* manifeſtum eſt, in eum caſum factam ſubſtitutionem, quo vtrique

[a] Nihil intereſt inſtitutioni immediatæ conditio adijciatur in quauis parte teſtamenti, putà inferiore: ita vt conditio in fine teſtaméti adiecta reddat inſtitutioné perinde conditionalem ac ſi ab initio fuiſſet adpoſita.
[b] Voluntatis quæſtio.
[c] *dixi l.28. ſ. de inoff. §.2. Inſtit. de Sc. Tertull. l.7. in fi. ff. vnde liberi l.26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. l.4. C. ad Tertul. et l.11. C. cõm. de ſucceſſ. l.72. ff. de conditionib. & demonſtr.* inde etiã colligunt, Præſumi ſenem iuueni præmori v. *Alciat. in præſumpt.* 43.
[d] Vxorem ex vna parte inſtituo, ventrẽ ex altera, & ſi poſthumus natus non ſit Titium in eius partẽ ſubſtituo. Naſcitur poſthumus, idẽ impubes moritur viua matre. mater ei ſuccedit non ſubſtitutus & ita Titius tacitè non intelligitur poſthumo impuberi ſubſtitutus. Vulgari quidem ſubſtitutioni tacitè ineſt pupillaris: ſed effectum nõ habet aduerſus matrẽ ſiue ſit cohæres ipſa adiecta filio, *vt hic* ſiue non ſit *l.8. C. tit. proxim: adde Cuiac.*12. *obſ.*27. [e] Ea eſt pupillaris de qua dixi *ad l.28. ff. 6.2. Inſtit.*16. [f] Ea eſt vulgaris, de qua etiã dixi ad 28. *ff.* 6.2. *Inſtit.*15. [g] *v. l.24. ff. de vulg. & pupil.* [h] Diuerſæ conditionis vel ætatis liberis facta ſubſtitutio reciproca valet tantum in vulgari caſu *l.4. §.2. ff. eo. l.6. ſ. de teſt. mil.* [i] Non quidem meus ſed Cõmodi. Eſt aũt hæc conſtitutio Seueri & Antonini Caracallæ, cuius fit mẽtio in d. §.2. [k] Res ita ſit, Si Achilla hæres non erit Titius hæres eſto. Achilla repudiat hæreditatem ex teſtamento: & mauult ab inteſtato ſuccedere? fit locus ſubſtituto. Hæc .n. verba *ſi hæres non erit,* ita accipi ſolent, *Si hæres nõ erit ex teſtamento.* cùm primùm cœpit Achilla hæres nõ eſſe ex teſtamẽto, factus eſt locus ſubſtitutioni *l.60. verſ. nã filius ff. de adquir. hær.* [l] Verba ſunt ſubſtitutionis vulgaris. [m] Vulgaris facta filio impuberi compræhendit pupillarem *l.4. ff. eod.* [n] Vulgaris interdũ pupillarem non includit ex tacita teſtatoris voluntate. [o] *l.41. in f. ff. eod.*

[h] Hæc conſtitutio in legatis & fideicommiſſis etiam locũ habet. [i] *l.21 ff. quando dies legat.* [k] Sufficit conditionem caſualem vel mixtam impletam fuiſſe viuo teſtatore, licet impleta non durauerit *l.91. inf. ff. de cond. & demonſt.* [l] *d.l.91. l.18. ff. de manumiſſ. teſtam.* [m] Subtilitate iudicia teſtantium non ſunt defraudanda. [n] Hæc particula conditionem facit, ſi conditiones ei adijciuntur. [o] Etiamſi deſtinata adiectio conditionis teſtamento non inſeritur, teſtamentum non vitiatur *l.75. in fin. ff. de legat.2.* Accidentia omiſſa teſtamentum non infirmant. [p] Imò non eſt ſuperuacua cùm ita inſtitutus habeatur pro non adiecto. *l.9. §.5. ff. de hæredib. inſtit.* [q] *in d.l.77. in fin.*

[a] hæredum ſubſtitui potuit. P P. IIII. Kalend. Iul. Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

5. Impp. *Diocler. & Max.* A A. Hadrianæ.

POſt aditam [b] hæreditatem directæ [c] ſubſtitutiones non [d] impuberibus filijs factæ, expirare ſolent. P. P. X. Kal. Iun. ipſis. IIII. & III. A A. Conſſ. 293.

6. Iidem A A. & C C. Quintiano.

TEſtamento ‖ iure ‖ facto, multis inſtitutis hæredibus, & inuicem ſubſtitutis: adeuntibus ſuam portionem etiam inuitis [e] cohæredum repudiantium accreſcit [f] portio. Sine die & conſule.

*Per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo ex teſtamento: & venientes ab inteſtato reuelluntur. Alex.*

7. Iidem A A. & C C. Feliciano.

SI teſtamento ‖ iure ‖ facto intra pupillarem ætatem & in ſua poteſtate conſtitutæ filiæ, [g] ſi intra pubertatem deceſſerit, directis verbis pater ſubſtituit: hæredem te factũ ex teſtõ [h] poſt euentũ conditionis, inteſtati ſucceſſionẽ excluſiſſe cõſtat. S. K. Ia. Sirmij, A A. Coſſ. 293.

8. Iidem A A. & C C. Patronæ.

PRecibus tuis manifeſtius exprimere debueras, maritus quondam tuus miles [i] defunctus, quẽ teſtamento facto hæredem communem filium veſtrum inſtituiſſe proponis, & ſecundùm hæredem ſcripſiſſe. vtrúmne in primum caſum, an ‖in‖ ſecundũ filio ſuo, quem habuit in poteſtate mortis tempore, ſi intra decimũ quartum ſuæ ætatis annum, aut poſtea [k] deceſſerit, ſubſtituerit. Nam non eſt incerti iuris, ꝙ ſi quidem in patris militis poſitus poteſtate, primo tantùm caſu habuit ſubſtitutũ, & patri hęres extitit: eo defuncto ad te omnimodo ‖eius‖ pertineat ſucceſſio. Si verò ſubſtitutio in ſecundũ [l] caſum, vel expreſſa, vel compendio, [m] non vſq; ad certam ætatem facta reperiatur: ſi quidem intra pubertatem deceſſerit, eos habeat hæredes, quos pater ei conſtituit, & adierint hæreditatem. Si verò poſt [n] pubertatem [o]: ‖ tũc ‖ eius te ſucceſſionem obtinente, veluti ex cauſa [p] fideicõmiſſi bona, quæ, cùm moreretur, patris eius fuerint, à te peti poſſunt. S. V. Id. Aprilis, A A. Conſſ. 293.

*Parentibus vtriuſq; ſexus permittitur, filijs mente captis ſaltem in legitima inſtitutis, ſubſtituere directo, ad ſimilitudinem pupillaris. Alex.*

9. [q] Imp. *Iuſtinian.* A. Mennæ P. P.

HVmanitatis [r] intuitu parentibus indulgemus, vt ſi filium, nepotem vel pronepotem cuiuſcumque ſexus habeant, nec alia proles deſcendentium eis ſit, iſte tñ filius vel filia, nepos vel neptis, pronepos vel proneptis mente [ſ] captus vel mente capta perpetuò ſit, vel ſi duo vel plures iſti fuerint, nullus verò eorum ſapiat: liceat [t] hiſdem parentibus legitima [u] portione ei vel eis relicta, quos voluerint his ſubſtituere: vt occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad exemplum [x] pupillaris querela [y] nulla cõtra teſtamentum eorum oriatur: ita tamen, vt ſi poſtea ‖ reſipuerit, [z] vel ‖ reſipuerint: talis ſubſtitutio ceſſet. Vel ſi filia aut alij deſcendentes ex huiuſmodi mente capta perſona, ſapientes ſint: non liceat parenti qui vel quę [a] teſtatur, alios quàm ex eo deſcendentes, vnũ vel certos, vel omnes ſubſtituere. Sin verò etiam liberi teſtatori vel teſtatrici ſint ſapientes, ex his verò perſonis,

[a] Filio impuberi poſſum ſubſtituere pupillariter & vulgariter: vxori, vulgariter tãtum. His cognitis fingamus eã formulã fuiſſe, *Filius & Ælia vxor hæredes ſunto, ſi hæredes non erũt, Publius hæres eſto*: filius in pupillari ætate decedit, pars filij ad Publiũ defertur, non ad Æliam, q̃ pupillariter ſuperiore caſu filio nõ videtur ſubſtituta. Vulgaris ſubſtitutio eo caſu pupillarẽ non cõtinet. Nãm ſi ad Æliam deferretur, ſubſtitutio eſſet inæqualis. AElia filio ſubſtituta eſſet vulgariter & pupillariter, filius Æliæ vulgariter tantùm. Hinc cõſtat, Vulgare duobus inæqualibus factam, in neutra pupillarem continere. *Alex.* Subſtitutionem in hoc caſu locũ habere nõ poſſe, ni habeat locum in perſona vtriuſq; *Bartol.* [b] Aditione, vulgaris ſubſtitutio expirat. Hæres eo tempore propriè intelligitur v. *Graſſ. lib. ſenten. § hæreditas. quæſt. 5.* [c] vulgares *l. 6. ȷ. de legatis.* [d] id eſt puberibus. [e] Inuitis quoq; adcreſcit portio *l. 35. ff. de adquir. hær.* Cur ita? v. *l. 1. ff. de adquir. hær.* [f] Inter inſtitutos & inuicẽ ſubſtitutos ius adcreſcendi locũ habet *l. 1. ȷ. quando nõ petentiũ. l. 1. ȷ. de ſucceſſor. edicto. l. 9. ff. de ſuis: dixi ad Vlp. 26. §. 5.* [g] v. *l. 2. ff. de vulgari.* [h] *l. 3. ff. de vulgari.* [i] dixi *ad l. 6. in ſi. s. de teſtam. mil.* [k] *l. 15. ff. eod.* [l] *l. 4 §. 1. ff. eod.* Subſtitutio in ſecundũ caſum, pupillaris vel compendioſa. in primũ, vulgaris. In primũ aũt dicitur, quia prouidet ſi hæres non ſit: qui primus eſt euentus, quo via ſubſtitutis aperitur. Primus dicitur quia non eſſe præcedit eſſe v. *Bald. hic.* [m] id eſt nõ expreſſa certa ætate. [n] Militibus datum eſt vt ſubſtituantur puberi in ſecundũ caſum v. *l. 6. s. de teſtam. mil.* v. *Cuiac. 12. obſ. 27. & 26.* Idem paganis datũ eſt. *c. Raynutius extrà de teſtam.* [o] v. *l. 2. ff. eo. l. 1. in f. ff. de confirmando tutor.* [p] Subſtitutio facta à milite puberi verbis ciuilib. valet iure fideicõmiſſi: trahitur ad fideicõmiſſum v. *Cuiac. 11. obſ. 25.* [q] Fit mentio huius conſtitutionis in l. 7. §. 1. s. de curat. furioſi. [r] Exemplaris ſubſtitutio ex humanitate introducta. [ſ] Mente captis ſubſtituitur directò ad ſimilitudinem pupillorũ §. 1. *Inſtit. de pupillari: leg. 51. ff. 4. hæred. petit. dic.* idem in furioſis & mutis *l. 3. ff. de vulgari*, prodigo aleatori & ſimilib. & ita alter alteri interdum teſtari poteſt contra leg. 32. *ff. de hæredib. inſtit.* poteſt furioſus per patrẽ, quod per ſe ipſum non põt. *l. 10. s. de hær. inſtit.* poterit pater bona filij teſtamento alienare certa lege *l. 1. ȷ. de bon. mat. l. vlt. §. 6. verſ. ſi enim ȷ. de bon. quæ liber.* [t] Olim id erat impetrandum *l. 43. ff. eod.* [u] Cui ſubſtituitur exemplariter, legitima ſaltem relinquẽda. Imò exhæredato põt etiã ſubſtitui *l. 1. §. 2. eo.* [x] Exẽplaris ſubſtitutio fit mente captis. §. 1. *Inſt. de pupill.* [y] Aduerſus exemplarẽ ſubſtitutionem

quæ mente captæ ſunt, nullus deſcendat, ad fratres eorum vnum, vel certos, vel omnes eandem fieri ſubſtitutionem oportet. Dat. 3. Id. Decemb. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. P P. II. Conſ. 528.

10. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam duobus [a] impuberibus filijs ſuis hæredibus inſtitutis adiecit, ſi vterque impubes deceſſerit, illum ſibi hæredem eſſe: dubitabatur apud antiquos legum auctores, vtrúmne tunc voluerit ſubſtitutum admitti, cùm vterq; filius eius in prima ætate deceſſerit: an alterutro decedente, ilico ſubſtitutum in eius partem ſuccedere. ‖Et‖ placuit. Sabino ſubſtitutionem tunc locum habere, cùm [b] vterque deceſſerit. cogitaſſe enim patrem primo ‖ filio ‖ decedente, fratrem ſuum in eius portionem ſuccedere. Nos eiuſdem Sabini veriorem ſententiam exiſtimantes, non aliter ſubſtitutionem admittendam eſſe cenſemus, niſi vterque eorum ‖in‖ prima ætate deceſſerit. Dat. VI. Kal. Auguſt. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531

11. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis duobus hæredibus inſtitutis filio ſuo impuberi eos vnà cum alio tertio ſubſtituerit, & verba teſtamenti ita compoſuerit: *quiſquis mihi hæres erit, & Titius filio meo hæres eſto*: ſecundùm quod apud Vlpianũ inuenimus, mortuo impubere filio quærebatur, quomodo ad ſubſtitutionem vocentur tres ſubſtituti: vtrúmne duo priores, qui & patri hæredes fuerant ſcripti in dimidiam vocentur, tertius in reliquam dimidiam: an tres ſubſtituti, vnuſquiſque ex triente, ad ſubſtitutionem vocentur. Alia applicata dubitatione, ſi quis hęredem ita ſcripſerit, *Titius vnà cùm filiis ‖ ſuis ‖ & Sempronius hæredes mihi ſunto.* & in præſenti ‖ enim ‖ ſpecie quærebatur ſecundùm Vlpianũ, voluntas teſtatis vtrúmne Titium vnà cùm filiis ſuis in dimidiam vocet, & Sempronium in aliam dimidiã, an omnes ‖ in ‖ virilem [c] portionem. Nobis autem in prima quidẽ ſpecie videtur tres ſubſtitutos, vnũquemque in trientem [d] vocari: in ſecunda autem ſpecie, cùm & natura pater [e] & filius eadẽ eſſe perſona penè intelligantur, dimidiam quidem partem ‖ Titio ‖ cum filiis ſuis, alteram autem partem Sempronio adſignari. Dat. 7. Kal. Aug. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis V V. C C. 531.

## DE NECESSARIIS [f] ‖ SERVIS ‖ HÆREdib. inſtituendis, vel ſubſtituendis, Tit. XXVII.

1. Imp. *Pertinax* A. Lucretio.

IS, qui ſoluẽdo non eſt, hæredem neceſſarium etiam in fraudem creditorum relinquere poteſt [g]. Sed ſi pignori [h] datus fuiſti, & in eadem cauſa permanſiſti: ne ab eo quidem debitore, qui ſoluendo non fuit, liber & hæres neceſſarius exiſtere potuiſti. P P. XI. Kal. April. Falcone & Claro Conſſ. 198.

2. Imp. *Antoninus* Aufidio & aliis.

CVm ſerui conſtituti, ſub [i] appellatione libertorum hæredes ſcripti eſſetis: ea ſcriptura benigna interpretatione perinde habẽda eſt, ac ſi liberi & hæredes inſtituti fuiſſetis. quod in legato locum non habet, [k] Accepta VII. Kal. Mart. Priſco & Apollinare Conſſ. 170.

*Tutor non poteſt ſeruum pupilli ſui facere ſibi neceſſarium hæredem. Alex.*

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Felici.

SI tutor [l] ancillam tuam contubernio ſuo coniunxit, ac pòſt heredem eam inſtituit: neq; dominium ex huiuſmodi facto tibi auferri potuit: & vt eius aditione iuſſu tuo tibi per hanc ſucceſſio quæratur ‖ iure ‖ conceſſam habes facultatẽ. S. XVI. Kal. Ian. Sirmij, A A. Cõſſ. 293.

4. Imp. *Iuſtinia.* A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm quidam ſuum pupillum hæredẽ inſtituit, & ſeruo directis verbis libertatẽ reliquit, & in ſecundo gradu, in quo pupillarem ſubſtitutionẽ faciebat, ipſum ſeruũ ſine libertate pupillo ſuo ſubſtituit: quærebatur inter prudẽtes, ſi [m] ex huiuſmodi ſubſtitutione hęres neceſſarius pupillo exiſteret. Cauſa enim altercationis ex veteri [n] regula orta eſt, qua omnibus placuerat hũc ſeruum neceſſarium hæredẽ domino fieri, cui in eodem [o] gradu & hæreditas & libertas relinquebatur. In præſenti autem non in vnum tam libertas quàm ſubſtitutio

querela inofficioſi non competit. [z] Ceſſante cauſa finali exemplaris ſubſtitutionis, ceſſat ipſa ſubſtitutio. [a] Exemplaris ſubſtitutio põt fieri etiã à matre, quãtumuis pupillarem facere nõ poſſit *l. 33. ff. de vulg.* etiamſi bonorum filij adminiſtrationem nudam habeat, non ius alienandi *l. 31. §. 6. ff. de negot.* Quid ſi à matre & à patre ſimul ſubſtitutio facta ſit? facta à patre ſubſtitutio præfertur. *Bal. hic* ad eundẽ modum matris ſubſtitutio, auitæ præfertur *Baldus hic num. 48.*

ligato ſpecialiter *vt hic* & *l. 83. ff. eo.* [i] *l. 7. ff. de teſta. mil. l. 5. s. de teſtam.* [k] niſi in milite *l. 7. s. de teſt. milit. Nouel. 78. c. 4.* Cur aut legatum ſeruo proprio relictum ſub appellatione liberti non valet, inſtitutio valet *vt hic & l. 5. §. 2. ȷ. eo?* cauſa eſſe poteſt, quod hæreditates pleniore honore tribuuntur. *l. 5. §. 6. ff. de legat. præſtand. adde l. penul. ȷ. eo.* [l] Tutor nõ poteſt ancillam pupillarem neceſſariam hæredem inſtituere. ſeu, Tutor non poteſt teſtari de bonis pupilli *facit l. 7. §. 3. ff. pro emptore: l. 56. §. 4. ff. de furtis.* [m] Id eſt, an huiuſmodi. [n] Vetus regula. [o] Seruus neceſſarius eſt, cui in eodem gradu & hæreditas & libertas relictæ eſt.

[a] *l. 25. l. 42. ff. de vulgari. §. 6. Inſt. de pup.* [b] *d. l. 25.* [c] Quoties plures inſtituũtur cum adiectione nominis diſtributiui, quilibet vocatur in virilem, ac ſi eſſent ſingulariter nominati. *Bart.* [d] *adde l. 17. §. 3. ff. de hæred. inſtit.* Imò in ſemiſſem. *l. 9. ff. de vulgari.* [e] Pater & filius, eadem penè perſona *adde l. 22. ȷ. de agricol. & cenſit.* [f] & ſeruis *Hal.* [g] Imò, non poteſt. *l. 31. ff. de pignor. §. 6. Inſtit. de actionib.* [h] Valet libertas data viuo ſeruo in fraudem creditorum, creditoribus non ob

congre-

congregata eſt, ſed in alium [a] & alium gradum. Nobis itaq; eandem altercationem decidentib. mirabile viſum eſt, ſi quis putet ex huiuſmodi ſcrupuloſitate impediri teſtatoris voluntatem, maximè domini, & exiſtimet non fieri ſeruum hęredem neceſſarium, ſed ei licentiam pręſtet & libertatem conſequi, & hæreditatem reſpuere, & domini voluntati reclamare. Qui ſi hoc facere tentauerit: etiam puniendus eſt. ſit itaq; & viuo pupillo liber, quia teſtator hoc voluit: & mortuo pupillo neceſſarius hæres, quia [b] & hoc voluit teſtator. Datum XV. Kalen. Decemb. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

*Inſtitutio facta de ſeruo proprio, tacitè eidem tribuit libertatem, ſicut tacita tutoris factio de eo; nec reuocatur per ſimplex legatum de eo poſtea factum. Sal.*

5. Idem A. Ioanni P.P.

QVidam cum teſtamentum conderet, duobus hæredibus ſcriptis, vnum quidem ex parte inſtituit, ſeruum autem ſuum, cuius & nomen addidit, ex reliqua parte ſine libertate ſcripſit hæredem, & poſtea eundem ſeruum alij legauit, vel poſt inſtitutionem hæredis ſeruum per legatum alij adſignauit, & tunc hæredem eum ſine libertate inſtituit. Dubitabatur ſi huiuſmodi legatum vel inſtitutio aliquas vires poſſet habere, & cui acquiratur legatum vel inſtitutio. Dubitationis autem materia erat, quod adhuc ſeruum ſuum conſtitutum hæredem ſine libertate ſcripſerat. & tanta inter veteres exorta eſt contentio, vt vix poſſibile ſit videri eandem decidere. Sed antiquitatem quidem hæc altercatem relinquendo, nobis alius modus hui° deciſionis inuentus eſt: quia ſemper veſtigia [c] voluntatis ſequimur‖teſtatorum.‖Cùm igitur inuenimus noſtro iure hoc eſſe inductum, vt [d] ſi quis ſeruum ſuum tutorem filijs ſuis reliquerit ſine libertate, ex ipſa [e] tutelæ datione præſumatur etiam libertatem ei fauore pupillorum impoſuiſſe: quare non hoc etiam in hæreditate & humanius, & fauore libertatis inducimus, vt ſi [f] quis ſeruum ſuum ſcripſerit hæredem ſine † libertate, omnino ciuis Romanus efficiatur: quo inducto neque acquiſitio, neq; tam effuſus veterum atq; inextricabilis tractatus locum habeat? Neq; enim ferendum eſt ſupponere quoſdam eſſe ita ſupinos [g], vt eundem ſeruum & hæredem inſtituant ſine libertate, & iterum alij per legatum eundem ſeruū adſignent. ¶ 1 Sed cùm veteres & aliam propoſuerunt ambiguitatem, dicentes, ſi quis ſeruum ſuum in teſtamento quidem hæredem ex parte ſine libertate ſcripſerit, in [h] codicillis autem libertatem ei reliquerit: ſi poſſit inſtitutio valere, & ille tam hæres quam liber fieri, ne videatur per codicillos hæreditas confirmari, in [i] quibus‖hæreditas‖ dari ſecundum veteres regulas nō poteſt: Nos‖itaque‖in tali diſpoſitione, licet in codicillis fuerit ſcripta, & libertatem‖&‖hæreditatem ſimul ſeruis per noſtram liberalitatem & benignam interpretationem indulgemus, vt gratulentur, cum non ſerui remaneant, ſed & liberi & hæredes efficiantur: cum tanta in eos noſtri numinis beneuolentia effuſa eſt, vt‖&‖ſi libertas eis neq; teſtamento neq; codicillis data ſit: tamen hæreditate [k] ſeruis relicta, quaſi iniunctam eſſe libertatem videri‖poſſit‖ 2 ¶ Illo videlicet obſeruando, vt ſi legatum [l] vel fideicommiſſum eis ſine libertate relinquatur, maneant in ſeruitute: non tamen ita impij [m] hæredes exiſtant, vt liberalitatem teſtatoris, & ſeruiles labores debita remuneratione defraudare conentur, & non derelictum, licet adhuc ſeruis conſtitutis, donent. 3 ¶ Quæ iuris noſtri definitio etiam ad aliam ſpeciem dubitatam benignè extendatur. Si quis etenim teſtamento principali ſeruū ſuum cuidam legauerit [n], in [o] pupillari autem ſubſtitutione eundem ſeruum filio ſuo ſine libertate ſubſtituerit: quærebatur, ſiue vtilis eſſet talis ſubſtitutio & per ſeruū legatum ſubſtitutio & poſt mortem pupilli legatario acquiratur: ſiue inutilis eſſet huiuſmodi ſubſtitutio, quia ſine libertate in ſeruum propriū facta eſt. Melius itaq; nobis videtur legatario eum non ſtatim acquiri ſancire, ſed exſpectandū [p] eſſe ſubſtitutionis euentum. & ſi quidem pupillo mortuo locus fuerit ſubſtitutioni: & liber & hæres efficiatur. ſin autem ſubſtitutio minimè locum habuerit, forſitan pupillo iam in pubertatem perueniente: tunc ad legatarij dominium tranſeat. Quemadmodum enim veteres, ſi cum libertate ſubſtitutio fuiſſet, hoc inducebant, quatenus in ſuſpenſo fiat libertas & ſtatu liber [a] intelligatur: ita & ex noſtra interpretatione, & ſine adiectione libertatis in ſubſtitutione, & liber, & hæres pupillo exiſtat. Dat. 2. Kalen. Maij, Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

*Si ſeruo purè inſtituto à domino, relinquatur libertas ſub conditione quæ non exiſtat, ſi quidem erit poteſtatiua, non erit hæres, nec liber. Alex.*

6. Idem Aug. Ioanni P.P.

DEciſione [b] noſtra quam‖fecimus,‖ſancientes eum qui a domino ſuo ſine libertate hæres inſtituitur, videri libertatem accepiſſe, in propria firmitate durante: ſi quis ſeruum ſuum purè quide hæredem inſtituerit, libertatem autem ſub conditione ei donauerit: ſi quidem conditio talis ſit quæ in poteſtate [c] ſerui poſita eſt, ille autem eam neglexerit, minimeq; compleuerit: & libertate eum, & hæreditate ſua culpa defraudari. Sin autem caſualis [d] conditio eſt, & ex fortunæ [e] inſidijs defecerit: tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere: hæreditatem autem, ſi quidem ſoluendo [f] ſit, ad alios venire, quos leges vocant, ſi non aliquis fuiſſet ſubſtitutus [g]. Sin autem ſoluendo non ſit: vt neceſſarius hæres inſtitutus, ſimul & libertatē & hæreditatem obtineat. Tunc enim ſecundum definitionem tam veteris q̄ noſtræ deciſionis, & liber, & hæres neceſſarius exiſtat. Dat. II. Kal. Aug. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

## DE LIBERIS PRÆTERITIS VEL exhæredatis [b], Tit. XXVIII.

1. Imp. *Antoninus* A. Fauiano.

CVm poſt [i] omnes hæredum gradus exhæredatio ſcribitur, ſi adijciat teſtator ab omnibus [k] ſe gradibus exhæredare: non dubitatur iuri ſatisfactū‖eſſe.‖Et ideo etiam ſi‖id‖non adijciatur, appareat tamen eum id eo conſilio ſcripſiſſe, vt ab omnibus exhæredaret: rectè factum teſtamentum videtur. Proinde cum paterfamilias filijs inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, filium exhæredauerit, intelligendus [l] eſt exhæredationem ab vtroq; gradu feciſſe. Nam cum ijdem hæredes inſtituti ſunt: nulla ratio reddi poteſt, quare videatur in poſteriore tantum caſu exhæredare voluiſſe. PP. 6. Kal. Iul. Chilone & Libone Conſſ. 205.

2. Imp. *Alexand.* A. Heraclidæ.

SI auus tuus, qui patrem tuum & nouercam æquis portionibus hæredes inſtituit, cum te [m] quoque haberet in poteſtate, teſtamento nominatim non exhæredauit: mortuo patre tuo viuo auo, ſine impedimento legis Velleiæ ſuccedendo in patris tui locum, rupiſti aui teſtamentum, & ad te hæreditas eius tota pertinuit. PP. VI. Id. Apr. Fuſco II. & Dextro CC. 226.

*Interpretatio non debet fieri ad litteram, ſed ad ſenſum: quia ſenſus verbis præualet. Bald.*

3. Imp. *Iuſtinian.* Ioanni P.P.

SI quis filium propriū ita exhęredauerit, *Ille filius meus alienus* [n] *mea ſubſtantia fiat*: talis filius ex huiuſmodi verborum conceptione non præteritus, ſed exhæredatus intelligitur. Cum enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus [o] teſtatoris: verborum interpretatio nuſquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat. Dat. X. Kal. Mart. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Tollit differentiam quæ antiquo iure obſeruabatur inter mares & fæminas; & eos æquat.*

4. Idem A. Ioanni P.P.

‖MAximum‖ vitium antiquæ ſubtilitatis præſenti lege corrigimus [p], quæ putauit alia [q] eſſe iura

[a] Seru° poteſt ab inſtituto libertatē conſequi & pupillo neceſſari° hęres exiſtere.

[b] Omnis teſtator affectat hęredem ex teſtameto.

[c] Parendum teſtatoris voluntati.

[d] *l.9.ͻ.de fidei com.lib.§ 1. Inſtit. qui teſta. tut. dari poſſunt. l.10. inf. l.32. inf. ff. de teſtam. tut.*

[e] Ipſa tutelæ datione ſerui interdum cōſequuntur libertatē *d.§.1. d.l.32. in fi.*

[f] *§.2. Inſt. quibus manum. non licet. §.1. Inſtit. de hær. inſt. adde Vlp.* 22.§.11.

† & ita abrogatur *Vlp.* 22. §.7. §.12.

[g] Nemo ingenio ſupino eſſe præſumitur. Vt natura nihil fruſtra facit, ita homines ſobrij & ſani: q natura quaſi duce ſequuntur, nihil vnquam fruſtra facere exiſtimandi ſunt.

[h] De ſeruo cui hęreditas in teſtameto: libertas in codicillis relicta eſt. hinc colligunt, Vtiliter datum ex inutili cō firmatione nō infirmari.

[i] Codicillis hæreditas dari non pōt directè obliquè poteſt V. *l.2. ͻ. de codicill.*

[k] Hæreditate ſeruis relicta, quaſi iniūcta libertas eis videtur.

[l] V. *l.2. in fi. ͻ. eo.* militem excipe *l.40.§.1. ff. de teſt. mil. l.7. inf. ͻ. de teſtam. mil.* [m] Hæres ſeruo defuncti legatum vel fideicōmiſſum ſummo iure non debet. quia ſine libertate ei nihil legari poteſt *l.76. in f. ff. de hær. inſt.* impius eſt tñ niſi pręſtet. Interdum aliquid præſtandum ex vrbanitate, ꝙ non debetur obligationis neceſſitate. *Bal.* conniuemus in huiuſmodi rebus ſeruis noſtris *l.17. in f. ff. de alim.* eadem conniuentia ſerui teſtamenta faciunt *Plin.* 8. *epiſt.* 16. bona habent propria *l.4. ff. de manum.* dant etiam dominis ſuis munus: Seneca 7. *de benef.* Nunquid dubium eſt quin ſeruus cum peculio domini ſit: dat tamen domino ſuo munus: *adde l.107. in f. ff. de leg.1. adde quæ dixi ad Vlp.5.§.5.* [n] ſit hæc hypotheſis, Titio Pamphilum do lego Si filius impubes morietur Pamphilum ei ſubſtituo V *l.38. ff. de hære. inſt. l.18. in f. ff. de vulgar.* pendente conditione Pamphilus legatarij eſt, [o] Poteſt ſeruus legatus impuberi ſubſtitui. [p] Condicio expectanda.

[a] alij legunt, ſtatim liber, alij, nec ſtatim liber.

[b] eſt ex deciſionibus.

[c] Conditio poteſtatiua.

[d] Conditio caſualis.

[e] Caſualis cō ditio, fortunæ inſidijs obnoxia.

[f] Hæc lex loquitur de hęreditate quæ ſoluendo eſt, vt lex 57. *ff. de hæredib. inſti.* de hæreditate quæ ſoluē do non eſt V. *Cui.* 17. *obſ.* Vl.

[g] Seruo præfertur ſubſtitutus. V. *Cui. d. loco: adde l.* 27. *in fin. ͻ. de inofficioſ.*

[h] *dixi ad* 28. *ff.* 2.

[i] Clauſula in fine (idem dicunt ſi ab initio *l.3. §. 3. ff. eo.* vel in medio *d.l.3. §. 4. Bar. hic:*) poſita, refertur ad omnia antecedentia, ſi nulla ratione ad vnum magis pertineat q ad aliud.

[k] Exhæredatio debet fieri ab omni gradu.

[l] Qui filijs inſtitutis & inuicem ſubſtitutis vnum filiorum exhæredat, ab inſtitutione & ſubſtitutione eum exhæredaſſe intelligitur.

[m] nepotem ſcilicet, Nepos præteritus adgnaſcē do rumpit teſtamētum aui *l.13. ff. de in iuſto: §.2. Inſt. de exhære. lib.* aliud ſi poſt mortem aui *l.9.§.2. ff. de liber. & poſth. l.34. ͻ. de inoff.* [n] nota formulam exhæredationis. addantur & illæ, Filius meus exhæres eſto, *leg.2. ff. de lib. & poſth.* Filius exhæres ſit, exhæres erit *l.17. d. tit.* Te exhæredaui, quoniam te contentam eſſe dote volui *l.61. ff. de hæredib. inſt.* Titius filius meus exhæres eſto, *verſ. nominatim Inſtit. de exhæredat. lib.* [o] Senſu reperto verba negliguntur. Interpretatio non fit ad literam ſed ad ſenſum, qui verbis præualet. *his adde l.15. ͻ. de teſta.* melius eſt ſenſum quam verba amplecti *l.3.§.9. in f. ͻ. de teſta. l.3. §.9. in f. ff. de adimendis.* [p] *§.5. Inſt. de exhæredat. liber. Nou.* 115. *c.3.* hoc innuit, Maſculos & fœminas æqualiter ab inteſtato ſuccedere: nominatim teſtamento exhæredari oportere. [q] Olim alia iura fœminarum fuerunt & maſculorum in ſucceſſionibus teſtamentarijs & ab inteſtato.

obſeruanda in ſucceſſione parentum, ſi ex teſtamento veniant, in maſculis, &‖alia‖in fœminis, cum ab inteſtato ſimile‖ius‖vtrique ſexui ſeruauerint. Et alijs[a] verbis exhæredari filium debere ſanxerunt, alijs filiam: & inter nepotes exhæredandos alia iura ciuilia, alia prætoria introduxerunt, & ſi præteritus fuerat filius: vel ipſo iure teſtamentum euertebat, vel contra tabulas bonorum poſſeſſionem in totum accipiebat. Filia autem præterita[b] ius accreſcẽdi ex iure vetere accipiebat, vt eodẽ momento & teſtamentum patris quodammodo ex parte iure accreſcendi euerteret, & ipſa quaſi ſcripta legatis ſupponeretur: ex prætore autem habebat contra tabulas bonorum poſſeſſionem in totum. Conſtitutio autem magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum ius accreſcendi competebat. Qui enim tales differẽtias inducunt, quaſi naturæ[c] accuſatores exiſtunt[d], cur non totos maſculos generauit, vt vnde generentur, non fiant[e]. Nam hoc corrigentes, maiorum noſtrorum ſequimur veſtigia qui eandem obſeruationem colere manifeſtiſſimè viſi ſunt. Scimus etenim antea[f] ſimili modo & filium ‖& filiam,‖ & alios‖ omnes inter cæteros exhæredatos ſcribere eſſe cõceſſum. ‖Tum etiam‖centumviri[g] aliam differentiam introduxerunt: & ex hac iniquitate vitium emerſit, quale ex libris Vlpiani, quos ad edictum prætoris fecit, inuentum à Triboniano viro glorioſiſſimo noſtro quæſtore cæteriſque viris facundiſſimis compoſitoribus iuris enucleati ad noſtras aures relatum eſt. Nam cum vltimum[h] adiutorium de inofficioſi querela poſitum eſſet, & nemo ex alio ortus præſidio ad hanc decurrere poſſet: inuenta fuerat filia præterita minus habens, quam filia exhæredatá. Cùm enim per[i] contra tabulas bonorum poſſeſſionem, vel ius accreſcendi ſemiſſem ſubſtantiæ filia præterita accipiebat, & omnibus legata præſtare compellebatur[k], ſcilicet vſque ad dodrantem ſuæ portionis: remanebat ei ſeſcuncia ‖tantummodo‖ in ſua ſucceſſione. Quòd ſi fuiſſet exhæredata: quarta pars omnimodo totius ſubſtantiæ ei relinqui debebat. & quam iniuria dignam pater exiſtimabat, amplius habebat ea quam taciturnitate in inſtitutione præterijt. etſi ſecundum noſtræ conſtitutionis[l] definitionem, quam de ſupplemento[m] quadrantis diſpoſuimus, repletio fuerat introducta: ſimili modo exhæredatæ in quartam ‖partem‖ repletio accedebat. & ita vitium permanſit, vt nec ex noſtra cõſtitutione emendationem aliquam ſentiret. Sancimus itaque quemadmodum in ſucceſſionibus parentum, quæ ab inteſtato[n] deferuntur, æqua lance & mares & fœminæ vocantur: ita & in ſcriptura[o] teſtamentorum eas honorari, & ſimilibus verbis exhæredationes nominatim procedere, & contra[p] tabulas bonorum poſſeſſionem talem habere, qualem filius vel ſuus vel emancipatus ‖haberet‖: vt & ipſa ſi fuerit præterita[q], ad inſtar filij emancipati vel ſui, vel teſtamentum ipſo iure euertat, vel per contra tabulas bonorum poſſeſſionem ſtare hoc non patiatur. Et hæc non ſolùm in filiabus obtinere, ſed etiam in nepotibus[r] & neptibus, & deinceps obſeruari cenſemus, ſi tamen ex maſculis progeniti ſunt. Sed quia & aliud vitium fuerat ſub obtentu differentiæ introductum, & alia iura exhæredationis in poſthumis, alia in iam natis obſeruabantur: cum neceſſe fuerat poſthumam inter cæteros exhæredatam etiam legato honorari, filiam autẽ iam progenitam etiam ſine datione legati: & hoc breuiſſimo incremento verborum ad pleniſſimam definitionem deduximus, ſancientes eadem iura obtinere & in poſthumis[s] exhæredandis † ſiue maſculini, ſiue fœminini ſexus ſint, quæ in filijs & filiabus iam ſtatuimus: vt etiam ipſi vel ipſæ nominatim exhæredentur, id eſt, poſthumi vel poſthumæ facta mentione. Dat. Kalend. Sept. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

*Authen. ex Nouell. 115. ca. 3.*

*Non licet parenti aliquem ex liberis exhæredare, vel præterire, niſi is probetur ingratus, & ingratitudinis cauſas nominatim inſerat teſtamento. Cauſæ verò ingratitudinis noua conſtitutione expreſſæ ſunt quatuordecim.*

[a] Olim verbis alijs exhæredabatur filij: alijs, filiæ.
[b] Olim maſculi præteriti teſtamentum rumpebant: fœminæ non rumpebãt, ſed eis dabatur ius adcreſcendi *verſ. Cum.* ǰ. *eod.*
[c] Naturã accuſare non licet *l. 14.* ǰ. *de legit. hæred.*
[d] atqui iure diuino videntur fœminæ maſculis deteriores *Nu.* 27.
[e] non fiat.
[f] forte lege XII. tabul. §. 3. *Inſt. de exhær. lib.*
[g] De centumviris alias dixi.
[h] Querela inofficioſi, vltimum adiutorium §. 2. *Inſtit. de inoff.*
[i] *vt* ſ. *eo. verſ. filia autem.*
[k] *l. 6. §. pen. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. leg. 1.* ſ. *contra tabulas.*
[l] *l. 30.* ſ. *de inofficioſo.*
[m] De ſupplemento legitimæ alias dixi.
[n] Fœminæ, ab inteſtato cũ maſculis æqualiter ſuccedunt.
[o] Nõ hoc ait, Teſtatorẽ cogi totidẽ vncias fœminis relinquere, quot maſculis: ſed ſi animo habuerit fœminas exhæredare, ijſdẽ verbis eſſe exhæredandas, quibus & maſculi.
[p] Quæ maſculis defuncti bonorum poſſeſſio, eadem fœminis etiam datur. [q] Quæ remedia maſculis à patre præteritis competunt, eadem & fœminis competunt. [r] Hæc conſtitutio extenditur ad nepotes, neptes, & deinceps ex maſculis progenitos. [s] Quæ remedia liberis maſculis & fœminis competunt contra tabulas parentum, eadem competunt poſthumis. † Hodie poſthumi exhæredari non poſſunt *Authent. non licet* ǰ. *eod. Nouell. 115. c. 3. l. 33.* ſ. *de inofficioſo.*

*Authen. ex Nouell. 115. cap. 2.*

*Ex cauſa exhæredationis vel præteritionis, irritum eſt teſtamentum quantum ad inſtitutiones. cætera namque firma permanent.*

## DE POSTHVMIS HÆREDIBVS INſtituendis[a], ‖vel exhæredandis, vel præteritis,‖

## Tit. XXIX.

*Per natiuitatem poſthumi præteriti, teſtamentum rumpitur, & legata non debentur. Alexand.*

1. Imp. *Antonin.* A. Brutatio.

Si poſt teſtamentum factum, quo poſthumorum ſuorum nullam mentionem teſtator fecit, filium filiámve ſuſcepit, inteſtatò vita functus eſt: cum agnatione[b] poſthumi vel poſthumæ, cuius non meminit, teſtamentum ruptum ſit. Ex[c] rupto autem teſtamento nihil deberi, neq; peti poſſe explorati iuris eſt. Dat. & PP. IIII. Kal. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Soterico.

Vxoris[d] abortu[e] teſtamentum mariti non ſolui: poſthumo verò præterito, quamuis natus ilico[f] deceſſerit, non reſtitui ruptum, iuris euidentiſſimi eſt. S. XII. Kal. Mart. Sirmij, Cæſarib. Conſſ.

*Poſthumus natus viuus, licet ilico decedat, rumpit teſtamentum, ſi ipſe ad nullum declinat monſtrum, vel prodigium. Salyc.*

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfect. præt.

Qvod certatum eſt apud veteres, nos decidim⁹. Cùm igitur is qui in ventre portabatur, præteritus fuerat, qui ſi ad lucem fuiſſet redactus, ſuus hæres patri exiſteret ſi non alius eum antecederet, & naſcendo ruptum teſtamẽtum faceret: ſi poſthumus in hunc quidem orbem deuolutus eſt, voce autem non emiſſa ab hac luce ſubtractus eſt, dubitabatur ſi is poſthumus ruptum facere teſtamentum poſſet: ‖&‖veterum[g] animi turbati ſunt, quid de paterno elogio ſtatuendum ſit. Cumq; Sabiniani exiſtimabant, ſi viuus natus eſſet, & ſi vocem[h] non emiſit, rumpi teſtamentum: apparetq;, quod & ſi mutus fuerat, hoc ipſum faciebat: eorum etiam nos laudamus ſententiam: & ſancimus, ſi viuus[i] perfectè natus eſt: licet ilico poſtquam in terram[k] cecidit, vel in manibus obſtetricis[l] deceſſit: nihilo minus teſtamentum rumpi: hoc tantummodo requirendo, ſi viuus ad orbem totus proceſſit, ad nullum declinans monſtrum[m] vel prodigium. Dat. XV. Kal. Decembr. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV.CC. Conſſ. 530.

4. Idem Auguſt. Iohanni præfect. prætor.

Qvidam cùm teſtamentum faciebat, his verbis vſus eſt: *Si filius vel filia intra decem*[n] *menſium ſpatium poſt mortem meam editi fuerint, hæredes ſunto.* vel ita dixit, *filius vel filia ‖qui‖ intra decem menſes proximos mortis meæ naſcentur, hæredes ſunto.* iurgium antiquis interpre-

[a] Huc refer partem tituli 2. *ff. lib.* 28.
[b] Adgnatione poſthumi rumpitur teſtamentum *v. l. 2.* ǰ. *de bonor. poſſeſ. contra tabulas.*
[c] Ex rupto teſtamento nihil debetur: neq; peti poteſt *vt hic*: puta hæreditas, *l. 15. in fi. ff. de iniuſto*: fideicommiſſum. *l. 81. ff. de leg.* 2. Quid legata? Hodie ex cauſa præteritionis irrito facto teſtamento ſolæ inſtitutiones pereunt, cætera firma pmanent, *Nouell. 115. ca. 3. Auth. ex cauſa* ſ. *tit. prox.*
[d] *v. Ferrarienſem in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento 48. in verbo ac etiã nu. 11. 12. 13. & ſequentib.*
[e] Abortiui adgnatione, nõ rumpitur teſtametum. & meritò. Abortiu⁹ vel abactus venter partum efficere non videtur *Paul. 4. ſent. 9. §. 6. adde l. 19. ff. de verbo. ſign.* Hinc fit etiã, vt abortu facto, finiatur miſſio in poſſeſſionem *l. 1. in fin. ff. de ventre in poſſ. mitt.* Non idem eſt in eo qui exſecto ventre matris, ſi tamen aliquandiu vixerit, natus eſt *leg. 6. in fin. ff. de inoffic. leg. 12. ff. de liber. & poſthum. leg. 141. ff. de verborum ſignific. His adde quæ ſcripſi ad Nouell. 39. cap. 2. vide Renatum Choppinum 3. de priuilegijs ruſtic. 8. numer. 5.* [f] *leg. 3. in fin. infr. eodem.* [g] veteres animi. quidam ita legunt: *dixi ad leg. 9. ſupr. qui teſtament. adde Cuiac. obſeru. 9.* [h] Vox in partu edita, vitæ indicium. [i] Poſthumus ſi viuus naſcitur, rumpit teſtamentum etiamſi illico decedat. Viuus fuiſſe intelligitur, ſi vocem emiſit ſ. *eod.* vel ſi cum ſpiritu fuiſſe viſus eſt *l. 12. in fin. ff. de liber. & poſthum.* In mortuis, non idem. nam qui mortui naſcuntur, neque nati, neq; procreati, neq; liberi *l. 129. ff. de verb. ſign.* [k] In more poſitum fuit priſcis ſeculis, natos infantes protinus in terram ſtatui. Statius *lib. 1. ſyluar.* --tellure cadentẽ Accepi, fouiq; ſinu: & lib. 5. Meus ille meus, tellure cadentẽ Excepi: *& li.* 2. Natum protinus atq; humum per ipſam Primo murmure dulce vagientem Blando Calliope ſinu recepit. Tertullianus *lib. de anima*, Prima conſtitutio infantis ſuper terram ſtatim Aedeæ (legendum Statinæ deæ) ſacer eſt. Statinam Varro deam facit pueritiæ præſidem, & inde nomen traxiſſe *2. de vita populi Romani*, quòd natus puer ſimul ac ſublatus erat ab obſtetrice ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe, *vide Cuiac. 11. obſer. 30. Forcatul. 21. Cupidin. in fin.* [l] Obſtetrices, quaſi ἰατραίναι à Græcis hîc. de quibus alias dixi. [m] Monſtroſus partus teſtamentum non rumpit *l. 14. ff. de ſtatu. l. 135. ff. de verbo. ſignif.* [n] vide quæ dixi de partubus *ad Nouell. 39. cap. 2.* ea fuit iuris antiqui formula, qua partus legitimus ſignificabatur *l. 29. ff. de liber. l. 3. in fin. ff. de ſuis & legitimis.*

terpre-

terpretatoribus legum exortum eſt, an [a] videantur non contineri teſtamento, & hoc ruptum facere. Nobis itaq; eorum ſententiā decidentibus, cum frequentiſſimas leges poſuimus teſtatorum voluntates adiuuantes: ex neutra huiuſmodi verborum compoſitione ruptum fieri teſtamentum videtur: ſed ſiue viuo [b] teſtatore, ſiue poſt mortem eius intra decem meſes à morte teſtatoris numerandos filius vel filia fuerint progeniti: maneat teſtatoris voluntas immutilata, ne pœnam patiatur pręteritionis, qui ſuos ‖filios‖ non præterijt. Dat. 12. Kal. Decembr. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

## DE IVRE DELIBERANDI, [c] ET DE adeunda [d] vel acquirenda [e] hæreditate, Tit. XXX.

*Iure iſto emancipatus non efficitur hæres ab inteſtato ex ſola manumiſſione, vel alia geſtione. Sal.*

1. Imp. *Antoninus* A. Titiæ.

SI à patre emancipata, eo defuncto bonorum poſſeſſionem non agnouiſti: fruſtra vereris ne hęreditati paternæ ſis obligata, quod [f] ſeruum eius nullo iure manumiſiſti, res quoq; & mancipia quædam propter funeris [g] impenſas diſtraxiſti. PP. Kal. Iul. Meſſala & Sabino Conſſ. 215.

2. Imp. *Alexander* A. Florentino militi.

CVm debitum paternum te exſoluiſſe [h] alleges: pro portione hæreditaria agnouiſſe te hęreditatem defuncti non ambigitur. PP. VI. Id. Febr. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

3. Imp. *Gordianus* A. Florentino militi.

SI fratris tui filius mortis tempore in [i] patris ſui fuit poteſtate: ſiue ex aſſe [k] hæres inſtitutus eſt, etiam [l] clauſis [m] tabulis hæres potuit exiſtere: ſiue [n] ex parte, nihilo minus ſtatim ſuus ei hæres extitit: nec ea propter quod intra paucos dies mortis patris ſui conceſſit in fatum, tu ad eiuſdem fratris tui potes accedere ſucceſſionē. Quod ſi cum iuris [o] ſui eſſet, ante aditam hæreditatem deceſſit, tuq; fratri tuo legitimus hæres extitiſti: ſiue intra [p] tempora edicto præfinita, bonorum poſſeſſionem agnouiſti: quæ ‖hæreditariarum‖ facultatum ſunt, vel quæ ab alio iniuria detinentur, præſidis diligentia tibi reſtituentur. PP. XV. Kal. Sept. Gordian. A. II. & Pompeiano Conſſ. 242.

4. Imp. *Decius* A. Athenaidi.

FIliofamilias delata hæreditate, ſi pater [q] pro hærede voluntate [r] filij geſſit: ſolennitati iuris ſatisfactum videri, ſæpe reſcriptum eſt. PP. X. Kalen. Mart. Decimo A. & Grato Conſſ. 251.

*Hæreditatem delatam pupillo, debet pupillus adire cum auctoritate tutoris. Alexand.*

5. *Valerian.* & *Gallienus* AA. Paulo.

POtuit pupillus [s] pro hærede, tutore auctore, gerendo conſequi ſucceſſionem: ſed ipſius actus & voluntas [t] fuit neceſſaria. Nam ſi [u] quid neſciente eo tutor egit, illi hæreditatem non potuit acquirere. PP. XVI. Kal. Iul. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 258.

[a] an filij eo viuo nati, hæc verba videntur hic deſiderari *Cont.* an hi q viuo teſtatore nati ſunt *Cuia.* ita legit ad *l. 10. ff. de lib. & poſthu. in fin.* Qui mortuo teſtatore naſcitur ex iure antiquo inſtituendus erat, vel exhæredandus: Qui viuo teſtatore, ex lege Vellea *Vlp.* 22. §. 19. Hoc igitur conſtituitur, Inſtitutionem factā de poſthumo in vnum caſum, porrigi ad alterū, ad quem teſtator veriſimiliter proceſſiſſet, ſi de eo cogitaſſet *Bartol.* vel, Inſtitutionem factā de poſthumo naſcituro poſt mortem, trahi ad poſthumum natum in vita. vt eo caſu inſtitut° poſthum°, *ſi poſt mortē naſcatur*, non rumpat teſtamentū, etiāſi viuo teſtatore naſcatur. Olim, ſi alteruter caſus omiſſ° fuiſſet, eo caſu qui omiſſus erat natus rumpebat teſtamentū *l. 10. ff. de liber.* quæ lex hac conſtitutione, quæ ex 50. deciſionib. eſt, videtur abrogari. Alias huius antinomiæ conciliationes v. apud Accurſ. Bart. Bald. hic. & Cuia. d. l. 10. Forcatulum 21. *Cupid.* Papo. 1. *Notar.* 8. *tit. d' inſtitution d' heritiers.* [b] *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 22. [c] *dixi ad* 28. *ff.* 8. an ſc. expediat hæreditatē adire. [d] Hac voce ſatis īnuitur hunc titulū eſſe de voluntarijs hæredib. quib. ſolis aditio neceſſaria eſt: ſuis n. nō eſt neceſſaria. [e] *dixi ad* 29. *ff.* 2. Hoc verbū generalius eſt, cōprehendit cretionē, aditionē, immiſtionē, geſtionem pro hęrede, exiſtentiam, quæ Græcis ἀνάφανσις, & animi deſtinationē ſolam. [f] Emancipatus ſeruū paternum manumittendo, hæreditati nō immiſcetur *vt hic*: aliud in filio non emancipato *l. 42. §. 2. ff. de adq. hær.* milite tamen excepto *d. l. 42. §. vlt.* Hodie ſe immiſceret, ſublata differētia omnis emancipationis *Bart. hic.* [g] *l. 14. §. 7. ff. de religioſis: l. 10. ff. de adq. hæred.* adde l. 1. j. de repudianda. [h] Filius ſoluens ſimpliciter debitum patris defuncti, præſumitur ſoluere vt hæres. *leg.* 8. s. *de inofficioſo.* [i] ὑπεξούσιος, ſeu non emancipatus patris hæres efficitur ipſo iure, & hæreditatem tranſmittit, licet ipſe paternis bonis ſe non immiſcuerit. *facit l. 30. ff. quib. ex. cauſ. maior. l. 11. ff. de ſuis: l. 14. ff. de vſurpationib.* atq; illud eſt quod à veteribus dicitur, Exiſtentiam ſui hæredis operari tranſmiſſionem hæreditatis paternæ, etiam non adgnitæ, ad quoſcunq; *Bart.* etiam extraneos *Bald. hic nu.* 2. [k] *l. 1. in fi. ff. de iuris & facti.* [l] *l. 8. j. eod. l. vn. §. 5. j. de caducis.* [m] id eſt, ante apertas tabulas. [n] d. §. 5. [o] Emancipatus non adgnitam patris hæreditatem non tranſmittit ad ſuos *vt hic*: non emancipatus tranſmittit s. *eod.* quod hodie etiam obſeruari Bald. putat. *hic. num.* 6. [p] *leg.* 4. s. qui admitti ad bonor. poſſ. [q] *l. 18. j. eod.* Pater hæreditatem filiofamilias delatam poteſt adire. [r] Nihil intereſt ipſe per me faciam, an per alium mea voluntate quid fiat. [s] *l. 18. fi. j. eod.* [t] *l. 7. s. qui admitti.* [u] *Pupillus adit, tutore auctore, alter ſine altero adire non poteſt.*

*Qui de hæreditate ſibi relicta teſtatur, eo ipſo ipſam adire videtur. Bald.*

6. Impp. *Diocler.* & *Maximian.* AA. Philippæ.

SI auia tua patrem tuum ex duabus vncijs ſcripſit hæredem ex ſola [a] animi deſtinatione pater tuus hæres fieri poterat. Igitur ſi teſtamento ‖ſuo‖ eaſdē [b] vncias ad te pertinere decreuit: apud rectorem prouinciæ duarum vnciarum ius perſequi poteris. PP. XVI. Kal. Auguſt. Sirmij, ipſis IIII. & III. AA. Conſſ. 298.

*Hæreditas fratris non adita non tranſmittitur. Bal.*

7. Ijdem AA. & CC. Euſobino.

QVoniam ſororē tuam prius defunctam eſſe ꝓponis, q̄ agnoſceret, an à fratre [c] ‖ſibi‖ aliquid hæreditatis, fuiſſet relictū: manifeſtū atq; euidens eſt, antequam [d] pro hærede gereret, vel bonorum poſſeſſionem admitteret, defuncti ſucceſſionem eam non potuiſſe ad hæredes ſuos tranſmittere. PP. Kal. Maij, Thiralli. AA. Coſſ.

8. Ijdem AA. & CC. Claudio.

LIcet incōtinenti ſui [e] hæredes ſe paternis nō immiſcuerint bonis: tñ ignorātes [f] delatā ſibi eſſe hęreditatē, lōgi [g] tēporis præſcriptione, quo min° hanc rectè vindicent, excludi nō poſſunt. S. 17. Kal. Ian. Sirmij. AA. Cōſſ.

9. Ijdem AA. & CC. Platoni.

SI curatoris quondam tui teſtamento iure facto, vel ab inteſtato legitima delata eſt ſucceſſio: hoc caſu ei, qui non repudiauit hæreditatem, eam licet adire. Rector igitur prouinciæ aditus, ſi hæreditati needum ſunt obligati, eos an [h] hæredes ſint, interrogare debebit: ac ſi tempus ad [i] deliberandum petierint, moderatum ſtatuet. S. XVI. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conſſ.

10. Ijdem AA. & CC. Sabinæ.

SI te bonis paternis maior ‖quinq; & viginti‖ añis immiſcuiſti: neq; inopia [k] patris te excuſat. neq; vis [l] fratris portionē tuā vel teſtamentū eripientis arcere de exactione creditorum, qui iure ciuili [m] pro hæreditaria portione te cōueniunt, poteſt. S. 16. Kal. Ian. Sirmij, Cæſarib. Conſſ.

11. Ijdem AA. & CC. Philumenæ.

REnitente [n] te pater tuus, in cuius fuiſti poteſtate, neq; ſpē delatæ tibi legitimæ quærēdæ ſucceſſionis abſumere, neq; hęreditarios [o] manumittēdo ſeruos, his præſtare libertatē potuit. S. 6. Id. Feb. Sirmij, CC. Cōſſ.

12. Ijdem AA. & CC. Antonino.

PVberem agnoſcentem [p] bonorū poſſeſſionem, poſteaquam ei fuit hæreditas delata, pro hærede gerere non ambigitur. S. III. Kal. Decem. CC. Conſſ.

13. Ijdem AA. & CC. Sclepolidi.

SVum hæredem omiſſa [q] bonorum poſſeſſione paternam ſucceſſionem obtinere potuiſſe, certi iuris eſt. S. III. Id. Decemb. Nicomediæ. CC. Conſſ.

*Hæreditas poteſt quæri, licet bona non poſſideantur. Bald.*

14. Ijdem AA. & CC. Flauiæ.

SI ſorori ſuæ frater tuus ciuili vel honorario ſucceſſit iure: licet [r] res ex eius bonis deſcendentes non probetur tenuiſſe: hæres tamē effectus, contra [s] poſſidentes experiri poteſt. S. 12. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Conſſ.

15. Imp. *Conſtant.* A. ad Leontium comitem Orientis.

NOn eſt dubium, ſi priuſquam [t] filius iuſſu patris adierit hæreditatem, propriç poteſtatis effectus ſit, arbitrio ſuo eundem hanc ſibi potuiſſe quærere. Dat. 17. Kal. Apr. Limenio & Catulino Conſſ. 349.

16. Impp. *Arcad.* & *Honor.* AA. Annodio.

NEc emere, [u] nec donatum [x] adſequi, nec damnoſam quiſquam hæreditatem [y] adire compellitur. [z] Dat. 6. Kal. Ian. Olybrio & Probino Conſ. 395.

[a] Sola animi deſtinatione aditur hæreditas *vt hic & l. 14. j. eod. l. 4. s. vnde legitimi: l. 20. l. 88. ff. de adq. hæred.* [b] De hæreditate nobis relicta poſſumus teſtari. [c] Fratris hæreditas non adita, nō trāſmittitur. [d] *v. l. vnic. §. 5. j. de caducis: l. 2. j. ad Orphitianum.* [e] *l. 3. s. eod.* [f] *§. 3. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. l. 6. ff. de adq. hæredit. l. 11. ff. de liber. & poſthum.* [g] Ius adeundi vel immiſcendi, longi temporis ſpatio non tollitur. longo ſilentio nemo renūciat hęreditati paternæ (De legitima dixi ad l. 34. in fin. s. de inoffic.) Longiſſimo, id eſt, 30. annis, poteſt *l. 3. j. de præſcrip. XXX. ann.* [h] Is cui delata eſt hæreditas, inſtantibus creditoribus interrogari pōt, hæres nec ne velit eſſe. [i] Deliberaturo ſpatiū moderatum concedi ſolet *l. vlt. §. 13. j. eo. l. 1. in fin. l. 2. ff. eod. leg. 5. ff. de interrogat. l. 34. ff. de iureiur. l. 9. ff. ad Treb.* [k] Inopia teſtatoris non liberat hæredem. [l] Licet ab alio quis patiatur iniuriam, non tamen eo nomine alijs iniuriæ eſſe debet. Nō ideo quis à ſuis creditorib. liberatur, ꝙ proprijs bonis ſpoliat° ſit. Vis à tertio illata non excuſat debitū. [m] Id eſt leg. XII. tabul. *l. vlt. s. de hær. act. l. 25. §. 13. ff. familiæ.* [n] Pater repudiare hęreditatem filio delatam eo inuito non pōt. *l. 26. inf. j. de fideic. l. vlt. verſ. ſancimus j. de bon. quæ lib. adde l. 10. ff. de trāſac. l. 10. ff. de adq. hær. l. 8. ff. de bon. poſſ.* [o] *l. 1. j. de his qui à nō dom.* [p] Qui agnoſcit bonorum poſſeſſionem, pro hærede gerit. Qui agnoſcit iure prætorio, videtur adire iure ciuili. [q] Omiſſo prætoris beneficio iure ciuili, beneficium ſuis hæredibus ſupereſt. *facit lex 30. ff. quibus ex cauſ. maior. leg. 17. de acquirend. hæred.* [r] Adeunti non eſt neceſſaria rerum hæreditariarum adpræhenſio. Aditio facit hæredem, non poſſeſſio. [s] Qui adit, dominiū adquirit, etiāſi non poſſideat. *l. 6. s. eo.* [t] Emancipatus aditam hæreditatē patri non quærit, etiamſi ei, cùm filiusfamilias eſſet, fuerit delata. Tēpus aditæ hæreditatis, non delatæ inſpicitur. [u] *dixi ad l. 5. s. de oblig. l. 11. s. de contr. empt.* [x] Inuito non fit donatio. *l. 69. ff. de reg. iur.* [y] Nemo inuitus fit hæres *vt hic: & l. 6. in fi. l. 85. ff. de adqu. hæred. vel bonor. poſſ. l. vlt. s. vnde legitimi l. 3. §. 3. ff. de bon. poſſ.* Cæterùm hanc legē referre oportet ad extraneos hæredes non ad neceſſarios. idq; conſtat ex lege 149. Cod. Theod. de decurion. ex qua lex noſtra ſumpta eſt. [z] Si tamen fuerit compulſus reſtituit *l. 21. in fi. ff. quod met. cauſ.*

*Quolibet die poteſt hæreditas adiri. Salyc.*

17. Ijdem & *Theodoſ.* AAA. Anthemio, præfecto prætorio.

CRetionum [a] ſcrupuloſam ſolemnitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat. V. Kal. April. Conſtantinop. Honorio VII. & Theod. AA. Conſſ. 407.

18. Impp. *Theodoſ. & Valentin.* AA. ad Senatum.

SI infanti, [b] id [c] eſt minori ſeptem annis, in poteſtate patris vel [d] aui vel proaui conſtituto vel conſtitutæ, hęreditas ſit derelicta, vel ab inteſtato delata à matre, vel linea ex qua mater deſcendit, vel alijs quibuſcunque perſonis: licebit [e] parentibus eius, ſub quorum poteſtate eſt, adire eius nomine hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem petere. 1 ¶ Sed ſi hoc parens neglexerit, & in memorata ætate [f] infans deceſſerit: tunc parentem quidem ſuperſtitem omnia ex quacumq; ſucceſſione ad eundem infantem deuoluta, iure patrio quaſi iam infanti quæſita capere. 2 ¶ Parente verò non ſubſiſtente, ſi quidem poſt eius obitũ tutor [g] infanti ſit, vel datus fuerit: poſſe ‖eum‖ etiam adhuc infante pupillo conſtituto, eius nomine adire hæreditatem, ſiue viuo parente, ſiue poſt mortem eius ad eum deuolutam: vel bonorum poſſeſſionem petere, & eo modo eidem infanti hæreditatem quærere. 3 ¶ Sin verò vel non ſit tutor, vel cùm ſit, eã facere neglexerit: tunc eodem infante in ea ætate defuncto [h], omnes hæreditates ad eum deuolutas, & non agnitas ita intelligi quaſi ab initio non eſſent ad eum delatæ. & eo modo ad illas perſonas perueniant, quæ vocabantur, ſi minimè hæreditas infanti fuiſſet delata. Ea verò, quæ de infante in poteſtate parentum conſtituto ſtatuimus, locum habebunt, & ſi quacumque cauſa ſui iuris ‖idem‖ infans inueniatur. 4 ¶ Si autem ſeptem [i] annos ætatis pupillus exceſſerit, & priore parente mortuo, in pupillari ætate fati munus impleuerit: ea obtinere præcipimus, quæ veteribus continentur legib⁹: nulla dubietate relicta, quin pupillus poſt impletos ſeptem annos ſuæ ætatis ipſe adire hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem petere, conſentiente parente, ſi ſub eius poteſtate ſit: vel cum tutoris auctoritate, ſi ſui iuris ſit, poſſit: vel ſi non habeat tutorem, adire prætorem, & eius decreto [k] hoc ius conſequi. Datum VI. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ. 426.

19. Imp. *Iuſtinian.* A. Demoſtheni P.P.

CVm in antiquioribus legibus, & præcipuè in quæſtionibus Iulij Pauli inuenimus filiosfamilias paternam hæreditatem deliberantes poſſe & in ſuam poſteritatem hanc tranſmittere: & alijs ‖etiam‖ quibuſdam adiectis, quæ in huiuſmodi perſonis præcipua ſunt: eam deliberationem & in omnes [l] ſucceſſores, ſiue cognatos, ſiue extraneos [m] duxim⁹ eſſe protelandam. Ideoq; ſancimus, ſi quis vel ex teſtamento, vel ab inteſtato vocatus, deliberationem meruerit: vel ſi hoc quidem non fecerit, non tamen ſucceſſioni renuntiauerit, vt ex hac cauſa deliberare videatur: ſed ne [n] aliquid geſſerit, quod aditionem, vel pro hærede geſtionem inducat: prædictum arbitrium in ſucceſſionem ſuam tranſmittat: ita tamen, vt vnius [o] anni ſpatio eadem tranſmiſſio fuerit concluſa. Et ſi quidem is qui ſciens [p] hæreditatem vel ab inteſtato vel ex teſtamento ſibi eſſe delatam, deliberatione minimè petita, ‖intra annale tempus‖ deceſſerit: hoc ius ad ſuam ſucceſſionem intra annale tempus extendat, Si enim ipſe, poſtquam teſtamentum fuerit inſinuatum, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, vel aliter ei cognitum ſit hæredem eum vocatum fuiſſe, annali tempore tranſlapſo nihil fecerit, ex quo vel adeundam vel renuntiandam hæreditatem manifeſtauerit: is cum ſucceſſione ſua ab huiuſmodi beneficio excludatur. Sin autem inſtante annali tempore deceſſerit: reliquum tempus, prò adeunda hæreditate ſuis ſucceſſoribus ſine aliqua dubietate relinquat: quo completo nec hęredibus eius alius regreſſus in hæreditatem habendam ſeruabitur. Recitata ſeptimo [a] in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. III. Kalend. Nouemb. Decio V. C. Coſ.

*Inſtitutus in diuerſis portionibus eiuſdem hæreditatis, & ab eodem teſtatore, ſi vnam agnoſcit, omnes agnoſcere videtur. Alex.*

20. Idem A. Ioanni P.P.

QVidam elogio condito hæredem ſcripſit in certas vncias, & poſt certa verba teſtamenti eundem in alias vncias, vel tantas, vel quantaſcumq;, & tertio vel in aliam partem hæreditatis, vel in quendam vnciarum modum: ille autem vnam inſtitutionem [b] vel duas admittens, vnam vel duas, vel quantaſcumq; reſpuendas eſſe cenſuit. quærebatur apud veteres, ſi hoc ei facere permittatur. Similiq; modo dubitabatur, ſi impuberem quis filium ſuum hæredem ex parte inſtituit, & quendam extraneum in aliam partem quem pupillariter ſubſtituit: [c] & poſtquam teſtator deceſſit, pupillus quidẽ patri ‖eius‖ hæres extitit, extraneus autem hæreditatem adijt: & poſtea adhuc in prima ætate pupillus conſtitutus ab hac luce ſubtractus eſt, & pupillaris ſubſtitutio locum ſibi vindicauit. Cumq; ſubſtitutus eandem partem admittere noluit, quæſitum eſt, ſi poteſt iam hæres ex principali teſtamento factus, pupillarem ſubſtitutionem repudiare. Vtranque igitur dubitationem ſimul decidendam eſſe cenſemus. Placuit etenim nobis ſiue in inſtitutione, ſiue in pupillari ſubſtitutione, vt vel [d] omnia admittantur, vel omnia repudientur, & neceſſitas imponatur hæredi particulari facto, vel aliam aut alias partes hæreditatis admittere, vel etiam ſubſtitutionem pupillarem. Dat. Prid. Kalend. Maij, Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

*Obedientia ad vnum effectum, non extendit ſe ad alium. Bald.*

21. Idem A. Ioanni P.P.

CVm aliquis ſcripſit hæredem eum, [e] qui de ſua conditione ei, qui dominium eius vindicabat, in iudicio aduerſabatur, is autem, qui dominum ſe eſſe dicebat, adire eum hæreditatem imperabat, vt acquiſitio hæreditatis per eum celebraretur, indignatus [f] eſt quaſi domino ei parêre: dubitatio veteribus exorta eſt, ſi qua pœna imponatur huiuſmodi inſolentiæ. Veteres in multas trahuntur ſententias. ſed nos eorum diſcordiam ſic eſſe decidendam cenſemus, vt diſtinctio ſubtilis cauſę ‖ei‖ imponatur: vt ſi quidem ita ſcripta eſt inſtitutio; *illum ſeruum illius* [g] *hæredem inſtituo:* quia apertiſſimum eſt, intuitu [h] domini inſtitutionem eſſe conſcriptam, neceſſe ſit omnimodo per competentem iudicem eum compelli [i] adire quidem hæreditatem, & eam acquirere: nulli autem ex poſtfacto ſubijci grauamini, ſi liber pronuntietur: ſed omne ſiue lucrum ſiue damnum ad eum redundare, qui in ſeruitutem eum trahebat, & denegari [k] ei & aduerſus [l] eum omnes hæreditarias actiones, nullo ei ex hoc præiudicio generando. Sin autem quaſi [m] liber inſtitutus eſt, nulla domini vel ſerui mentione in inſtitutione habita: tunc nullo compelli modo eum adire hæreditatem, nec denegari ei liberale iudicium: ſed ‖&‖ hæreditatem per ſuum ius decurrere, & liberale iudicium ſuam expectare ſententiam, ſiue agente eo, ſiue pulſato: vt ſi quidem ſeruus pronuntietur, tunc domino ſuo hęreditatem acquirat: ſin autem liber, eam adipiſcatur, ſi adire maluerit. Dat 2. Kalend. Maij, Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

22. Idem A. ad Senatum.

SCimus iam duas eſſe promulgatas à noſtra clementia conſtitutiones: vnam [n] quidem de his qui deliberandum pro hæreditate ſibi delata exiſtimauerint: aliam [o] autem de improuiſis debitis, & incerto exitu per diuerſas ſpecies eis impoſito. Sed & veterem conſtitutionem [p] non ignoramus, quam diuus Gordianus [q] ad Platonem ſcripſit, de militibus qui per ignorantiam hęreditatem adierunt: quatenus pro his tantummodo [r] rebus conueniantur, quas in hæreditate defuncti inuenerint: ipſorum autem bona à creditoribus hæreditarijs non inquietentur. Cuius ſenſus ad vnam præfatarum conſtitutionum à nobis redactus eſt. *Arma etenim magis quam* [s] *iura ſcire milites ſacratiſſimus legiſlator exiſtimauit.* Ex omnibus itaq; iſtis vnam legem colligere, nobis apparuit eſſe humanum: & nõ ſolum milites adiuuare huiuſmodi beneficio, ſed ẽt ad omnes hoc extendere: non tantum ſi improuiſum emerſerit debitum, ſed etiam ſi oneroſam

[a] id eſt, cernendæ hæreditatis *facit lex vlti. s̃. qui admitt. §. vlt. Inſtitu. de bonor. poſſeſſ.* De cretionibus & earum ſoleñitate *dixi ad Vlpia. 22. §.* 27. 28. 29. 30. 31. 32. *adde C. Theodoſ. de cretionib. vel bon. poſſ.*

[b] *dixi ad l. 2. & 3. s̃. qui admitti: Nouell.* 158. Filio infanti tãtùm, pater bonorum poſſeſſionẽ petit *l. 7. in fi. ff. de bon. poſſeſſ. l. 1. Co. Theodoſ. de cret. vel bono. poſſ.* tutor etiam maiori infante. *l. 6. l. 7. ff. de bonor. poſſ. dixi ad l. 2. l. 3. s̃. qui ad mitti: V. Cuia. 14. obſ. 8.*

[c] Infans, id eſt minor ſeptem annis *l. 14. ff. de ſponſalib.* qui fari non poteſt *l. 3. s̃. qui admitti. l. 1. §. 2. ff. de adminiſt. tut.*

[d] Aſcendentes paterni deſcendentis infantis nomine hæreditatem adire poſſunt, ſiue eo viuo, ſiue mortuo.

[e] *l. 4. s̃. eod. l. 6. §. 3. ff. de adquir. hæred.*

[f] Poſt annum ſc. alias hęres poſt delatam hæreditatem annum habet in petenda deliberatione. *l. 19. j̃. eod.*

[g] Tutor adire poteſt pupilli infantis hæreditatẽ, tutorio nomine, viuo tantum pupillo. [h] Tutor, mortuo infante pupillo, hæreditatem pupilli defuncti adire non poteſt. [i] Delatam maiori infante hæreditatem, nec ſolus pater, nec ſolus tutor adire poteſt. Ecquis igitur? Pupillus: patris tamen vel tutoris conſenſu *l. 5. s̃. eod. l. 9. ff. de adquir. hæred.* Quid ſi neq; patrem neq; tutorem habeat? Iudicis authoritate adire poteſt *in fin j̃. eodem.* [k] Maior ſeptennio, decreto Prætoris adire poteſt. [l] Filiusfamilias ius deliberandi in omnes ſucceſſores tranſmittit *Nouell.* 158. Si tamen is decedat intra annum à die ſcientiæ, eo elapſo hęredes excluduntur à iure adeundi. [m] *§. 5. Inſtit. de hæred. qualit.* [n] Qui quid hæreditarium geſſit, renunciat deliberationi: ideoque eo caſu ius deliberandi ad ſucceſſorem non tranſmittit *§. 1. s̃. eodem.* [o] *leg. 23. §. 13. j̃. eod.* [p] *V. quæ dixi ad l. 18. §. 1. s̃. eodem.*

[a] Septimiliario, *dixi ad l. 30. s̃. de iure dotium.*

[b] Inſtitutus in diuerſis partib⁹, non poteſt vnam partẽ amplecti, alterã repudiare. Defuncti voluntas ſcindi nõ poteſt *j̃. eod.*

[c] Idẽ inſtitut⁹ & pupillariter ſubſtitutus, nõ poteſt inſtitutionẽ amplecti, & ſubſtitutionem repudiare *j̃. eod.*

[d] *V. leg. 1. ff. de adquir. hære.*

[e] Qui de ſuo ſtatu litigat, ſi hæres inſtituitur tanq̃ ſeruus illius cum quo litigat, per iudicẽ cogitur ſine præiudicio litis adire hæreditatem iuſſu eius qui cũ litigat, & ei adquirere.

[f] Non ſine indignatione ſerui inuiti alienis dominis parent.

[g] Quod ſeruo, domini eius commemoratione facta, relinquitur, domino adquiritur.

[h] Quod intuitu domini relinquitur, domino adquiritur non ſeruo.

[i] *V. l. 3. in fi. s̃. de hæred. inſt.*

[k] *l. 59. ff. de hæredib. inſtit.*

[l] *l. 74. §. 2. ff. de adq. hære.*

[m] Qui de ſtatu ſuo litigat, ſi tanquã liber ab alio inſtituitur, ſibi adquirit niſi ſeruus ꝓnuncietur, *ad e Cuia. 17. obſ. 21.*

[n] *l. 19. s̃. eod.*

[o] Quæ hodie non extat.

[p] Cuius meminit Iuſtinianus *§. 5. in fi. Inſti. de hæred. qualit.*

[q] *d. §. 5.*

[r] Miles pro his tantùm rebus, quas in hæreditate inuenerit, conuenitur *l. 12. s̃. de teſtam. milit.* [s] *l. 9. §. 1. ff. de iuris & facti ignorantia.*

quis

quis inueniat eſſe quam adijt hæreditatem. ita enim nec ſatis neceſſarium deliberationis erit auxilium, niſi hominibus formidoloſis, qui [a] & ea timent quæ nulla digna ſunt ſuſpitione. 1 ¶ Cum igitur hæreditas ad quendam ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato ſit delata, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte: ſi quidem recta via adire maluerit hereditatem, & ſpe certiſſima hoc fecerit, vel ſeſe immiſcuerit, vt non poſtea eam repudiet: nullo indiget inuentario, cùm [b] omnib. creditorib. ſuppoſitus ſit, vtpote hereditate ei ex ‖ſua‖ voluntate infixa. Similiq; modo ſi non titubante animo reſpuendam, vel abſtinendam eſſe crediderit hæreditatem, & apertiſſimè intra [c] trium menſium ſpatium ex quo ei cognitum fuerit ſcriptum ſe eſſe vel vocatum hæredem, ‖ei‖ renunciet: nullo nec inuentario faciendo, nec alio circuitu expectãdo, ſit alienus ‖ab‖ huiuſmodi hæreditate, ſiue oneroſa ſiue lucroſa ſit. 2. ¶ Sin autem dubius [d] eſt vtrúmne admittenda ſit necne defuncti hæreditas: nõ putet ſibi eſſe neceſſariã deliberationem, ſed adeat hæreditatem, vel ſeſe immiſceat: omni tamen modo inuentariũ [e] ab ipſo conficiatur, vt intra triginta [f] dies poſt apertas tabulas, vel poſtquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam ſibi ab inteſtato hereditatem cognouerit, numerandos, exordium capiat, inuentarium ſuper his rebus quas defunctus mortis tempore habebat. & hoc inuentarium intra alios [g] ſexaginta dies modis omnib. impleatur ſub [h] præſentia tabulariorum, cæterorumq; qui ad huiuſmodi confectionem neceſſarij ſunt, ſubſcriptionem [i] tamen ſupponere hæredem neceſſe eſt, ſignificantem & quantitatem [k] rerum, & quod nulla malignitate circa eas ab eo facta vel facienda res apud eũ remaneant: vel ſi ignarus ſit litterarum, vel ſcribere præpediatur, ſpeciali tabulario ad hoc ſolum adhibendo, vt pro eo litteras ſupponat, venerabili [l] ſigno [m] antea manu hæredis præpoſito teſtib. videlicet adſumẽdis qui hæredẽ cognoſcant [n], & iubente eo tabularium pro ſe ſubſcribere, interfuerint. 3 ¶ Sin autem ‖à‖ locis in quibus res hæreditariæ, vel maxima pars earum poſita eſt, hæredes abeſſe [o] contigerit: tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij cõſummationem. ſufficit enim præfatum tempus, & ſi longiſſimis ſpatijs diſtant. tamen ‖placuit‖ dare eis facultatem inuentarij conſcribendi vel per ſe, vel per [p] inſtructos procuratores in [q] loca vbi res poſitæ ſunt mittendos. 4 ¶ Et ſi præfatam obſeruationem inuentarij faciendi ſolidauerint: hæreditatem ſine [r] periculo habeant, & legis [ſ] Falcidiæ aduerſus [t] legatarios vtantur beneficio: vt in tantum hæreditarijs creditoribus [u] teneantur, in [x] quantum res ſubſtantiæ ad eos deuolutæ valeant: & eis ſatisfaciant, qui primi [y] veniant creditores: & ſi nihil reliquum eſt, poſteriores [z] venientes repellantur: & nihil ex ſua ſubſtantia penitus hæredes amittant: ne [a] dum lucrum facere ſperant, in damnum incidant. Sed & ſi legatarij interea venerint: eis ſatisfaciant ex [b] hæreditate defuncti, vel ex

[a] Formidoloſus quis. hîc notat, Vanũ timorem nõ excuſare.
[b] Qui hæreditatem defuncti adit nullo facto inuentario, omnibus creditoribus obnoxius eſt.
[c] Hæres intra ſpatium triũ menſium qui bꝰ potuit adire ex inuentario, hæreditati renunciare põt. Euſthatius aliter hunc locũ exprimit, quaſi renunciationi hæreditatis ſiue deliberationi ſint præſcripti tres menſes: quod eſt falſum V. Cui. 14. de præſcri.
[d] nota quibꝰ hæredibus vtilis ſit inuentarij confectio.
[e] De inuentario ab hęrede conficiendo, v. Nou. 1. c. 2. §. 1. rerum pupillariũ *l. 24. s̃. de admin. tut. l. 13. s̃. arbit. tutelæ:* rerum dotaliũ *V. Nou. Leon.* 110. ab vſufructuario faciẽdo *l. 1. §. 4. ff. de Vſufr. quẽadmod. cau.*

[f] Tempus inuentarij faciendi trium menſium *Vt hic: & j. eo. ibi intra alios ſexaginta dies V. alia quæ notaui ad Nouel. Leon.* 110. *in f. l. 24. s̃. de admin. tut.* [g] & ſic, trimeſtre tẽpus inuentario conficiendo præſtitutum. Cõtractius eſt tẽpus inuentarij q̃ deliberationis. Eſt n. deliberationis tẽpus anni vel nouẽ menſium. Sed viciſſim vtilius eſt ex inuentario quàm ex deliberatione: cùm is qui ex inuentario adierit non teneatur in ſolidum, ſed pro virib. tantum hæreditatis, & Falcidiæ beneficiũ habeat. [h] Nota, qui ad inuentarij cõfectionem ab hærede cõuocandi ſint *adde Nou.* 1. c. 2. §. 1. [i] Hæres inuentario per ſe vel per tabellarium ſubſcribere tenetur. [k] Quas res in inuentario deſcribi oporteat. [l] crucis ſc. vt hinc colligas, Signum crucis inuentario & inſtrumentis apponi ſolitum V. *quæ dixi ad Nou. Leon.* 72. [m] Quid? omiſſio huius ſigni vitiátne inuentariũ? non vitiat. Eſt n. (*Vt hic* ait Bart. *nu.* 3.) leuis ſolennitas, & minimi præiudicij quæ omiſſa non vitiat *l. 1. ff. de Ventre inſpiciendo.* [n] Teſtes inuentario adhibiti hæredẽ debent cognoſcere. [o] Intra anni ſpatium, hæredes abſentes inuentariũ faciunt *Vt hic:* §. 11. *j. eo.* Annus ille à morte teſtatoris numeratur. [p] Procuratore ad inuentariũ faciendum vti poſſumus & quando. [q] Inuentarium quo loco res ſitæ ſunt fieri debet. Ideoq; hæres nõ eſt ferendus, ſi res ruſticas in vrbẽ inuentarij cõficiendi cauſa, aduehi iubeat, cùm in itinere multa facile poſſint ſubtrahi. [r] quia non tenentur in ſolidũ de exceptione inuentarij v. Oldend. *c. 27. de except.* [ſ] Hæres, inuentario confecto, Falcidiã deducit. [t] Falcidia hæres, facto inuentario, vtitur aduerſus legatarios, nõ aduerſus creditores. [u] Creditores legatarijs præferũtur. [x] Quouſq; hæres facto inuẽtario creditorib. hæreditarijs teneatur. [y] Creditorib. primo venientib. hæres poteſt ſatisfacere bona fide, i. ſi neſcierit alios tẽpore potiores. alias, ſi id reſciuerit, primo venientib. ſoluere nõ debet, niſi exacta cautione *l. 41. ff. ad l. Falc.* & ita hoc caſu occupãtis ſit melior cõdicio *Vt l. 19. ff. de re iud.* Melior, inquã, quoad ius poſſidendi attinet, non omnimodo *§. 6. j. eo.* [z] Negligentia creditori imputatur. [a] ſtulta eſt ratio aut certe frigida. [b] Legatarijs ſatisfit ex defuncti hæreditate.

ipſis [a] rebus, vel ex earum forſitan venditione [b]. 5 ¶ Sin verò creditores, qui poſt emenſum patrimonium necdum completi ſunt, ſuperueniant: neq; [b] ipſum hæredem [c] inquietare concedantur, neque eos, qui ab eo comparauerint [d] res quarum pretia in legata vel fideicommiſſa vel alios creditores proceſſerunt. Licentia creditoribus [e] non deneganda aduerſus legatarios venire, vel hypothecis [f] vel indebiti [g] condictione vti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cum ſatis abſurdum ſit creditoribus quidem ius ſuum [h] perſequentibus legitimum auxilium denegari, legatarijs vero qui pro lucro [i] certant, ſuas partes leges accommodare. 6 ¶ Sin verò hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditarijs pro debito dederint in ſolutum, vel per dationem pecuniarum ſatis eis fecerint: liceat alijs creditoribus qui ex anterioribus [k] veniunt hypothecis, aduerſus eos venire, & ‖a‖ poſterioribus ‖creditoribus‖ ſecundum leges eas abſtrahere vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, niſi voluerint debitum [l] eis offerre. 7 ¶ Contra ipſum tamen hæredem (ſecundum quòd ſæpius [m] dictum eſt) qui quantitatem rerum hæreditariarũ expendit, nulla actio extendatur. 8 ¶ Sed nec aduerſus [n] emptores rerum hæreditariarum quas ipſe ‖hæres‖ pro ſoluendis debitis vel legatis vendidit, venire alij concedatur: cum ſatis anterioribus creditoribus à nobis prouiſum eſt, vel ad poſteriores [o] creditores, vel ad [p] legatarios peruenientibus, & ſuum ius perſequentibus. 9 ¶ In computatione autem patrimonij damus ei ‖licentiam‖ excipere & retinere quicquid in [q] funus [r] expendit, vel in teſtamenti inſinuationem [ſ], vel in inuentarij confectionem [t], vel in alias neceſſarias cauſas hæreditatis approbauerit ſeſe perſoluiſſe. Si verò & ipſe aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæ confundantur [u], ſed ſimilem ‖cum‖ alijs creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum [x] tamen prærogatiua inter creditores ſeruanda. 10 ¶ Licentia danda creditoribus, ſeu legatarijs, vel fideicommiſſarijs, ſi maiorem putauerint eſſe ſubſtantiam a defuncto derelictam, quàm hæres ‖in‖ inuentario ſcripſit, quibus voluerint legitimis modis quod ſuperfluum eſt, approbare [y], vel per tormenta [z] forſitan ſeruorum hæreditariorum [a], ſecundum anteriorem noſtram legem quæ de quæſtione ſeruorum loquitur, vel per ſacramentum illius, ſi [b] aliæ probationes defecerint: vt vndique veritate exquiſita, neque lucrum neque damnum aliquod hæres ex huiuſmodi ſentiat hæreditate: illo videlicet obſeruando, vt ſi ex hæreditate aliquid hæredes ſutripuerint [c], vel celauerint, vel amouẽdum curauerint, poſtquã fuerint conuicti, in duplum [d] hoc reſtituere, vel hæreditatis quantitati computare compellãtur. 11 ¶ Donec [e] tamen inuentarium conſcribitur: vel ſi res præſto ſint, intra tres menſes: vel ſi abfuerint [f], intra annale ſpatium ſecundum anteriorẽ [g] diſtinctionẽ, nulla erit licentia neq; creditoribus neq; legatarijs vel fideicommiſſarijs eos vel inquietare, vel ad iudicium vocare, vel res hæreditarias quaſi ex hypothecarum autoritate vindicare: ſed ſit hoc ſpatium ipſo iure pro [h] deliberatione hæredibus conceſſum: nullo ſc. ex hoc interuallo creditoribus hæreditarijs circa temporalem præſcriptionẽ [i] præiudicio generãdo.

[a] puta ſi res illis ſpecialiter ſunt legatæ.
[b] Hæres, facto inuentario, luendi ęris hæreditarij cauſa, res hæreditarias poteſt vendere. An ſine ſubhaſtatione? poteſt. *Bald.*
[c] eadem in milite *l. 12. s̃. de teſtam. milit.*
[d] Creditori aduerſus emptorẽ rei hæreditariæ, nõ datur euictio, *Vt hic:* vt qui ab hærede rem hæreditariã emerit ſecurus ſiat, neq; eo nomine poſſit à creditoribus hæreditarijs conueniri.
Quid ſi res fuit aliena? Factum hæredis domino præiudicium non adferet *Bar. hic nu.* 2.
[e] Creditores hæreditarij, res hæreditarias legatarijs traditas ab hærede poſſunt euincere, quoties hæreditas non eſt ſoluendo *facit l. 6. ff. de ſeparationib.* non, ſi ſoluendo eſt, *Vt l. Vlt. s̃. de hæredit. act.* [f] ſi res extant. [g] ſi res non extant, hypothecarijs in rem ipſam competit condictio ad pretium. [h] Melius eſt fauere repetitioni quam aduentitio lucro *l. 41. in f. ff. de regulis iur.* [i] Legatum, titulus lucratiuus. [k] Priores creditores, pòſteriores euincunt. [l] *Vide leg. 1. j. qui potior.* [m] *§. 4. §. 5. ſupr. eodem.* [n] *§. 5. s̃. eodem.* [o] *§. 6. s̃. eodem,* [p] *§. 7. s̃. eod.* [q] Obſerua quas expenſas hæres imputare poſſit creditoribus. [r] Funeris expenſa omne debitum præcedit *l. pen. ff. de religioſ. l. 1. in f. ff. ad l. Falci. §. 4. Inſt. de l. Falcid.* [ſ] Inſinuationis expenſa *V. l. 23. s̃. de teſtamentis.* [t] Inuentarij expenſa. [u] Debitum hæredis, qui inuentarium fecit, non confunditur *l. 48. ff. ad leg. Falcid.* [x] vt qui prior tempore, potior ſit iure *l. 15. s̃. de rei Vind. l. 3. j. qui potior.* [y] Aduerſus inuentarium probationes admittuntur. aliàs in dubio præſumitur pro inuentario, niſi contrarium probetur. *V. Alciat. 3. præſump.* 20. In ſolenni ſcriptura nihil præſumitur omiſſum *leg. 17. ff. de probationib.* [z] *V. Nou. 1. ca. 2. §. 1.* [a] Ad probanda facta domeſtica, domeſticis vtimur. Domeſtica domeſticis probantur *l. 8. §. 6. s̃. de repudijs.* [b] Iuſiurandum omnium probationum ſubſidium. De ſua quiſq; conſcientia iurare cogitur *l. 6. §. 4. j. de his qui ad Eccl.* [c] *V. l. 11. ff. de adq. her.* [d] Pœna hæredis rẽ hæreditariam occultantis, duplũ. [e] Intra tẽpus inuentarij faciendi, hæres à creditorib. & legatarijs conueniri non põt. [f] Inuentariũ in vrbe, intra tres menſes: in prouincijs, intra annum fieri oportet, *Græci apud Cui. 14. obſ. 39.* [g] *§. 2. 3. s̃. eo.* [h] Tempus deliberandi & inuentarij faciendi datur: eſt tamen hoc illo contractius. *dixi §. 2. s̃. eo.* [i] intra tẽpus inuentarij conficiendi, creditorib. tẽpus agendi nõ currit. Cur ita? quia intra id tempus ijdem hæredes conueniri nõ poſſunt *s̃. eo.*

12. ¶ Sin verò poſtquam adierint, vel ſeſe immiſcuerint, præſentes [a] vel abſentes inuentarium facere diſtulerint [b], & datum iã à nobis tempus ad inuentarij confectionem effluxerit: tunc ex eo ipſo quod inuentarium ſecundum [c] formam præſentis conſtitutionis non fecerint, & hæredes eſſe omnimodo intelligantur, & debitis hæreditarijs in ſolidum teneantur: nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt. 13. ¶ Et hęc quidem de his ſancimus, qui deliberationem nullam petendam ‖eſſe‖ curauerint: quam putamus quidem penitus poſt hanc legem eſſe ſuperuacuam, & debere ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hæreditatem, & ſine damno ab ea diſcedere ex præſentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione, pro deliberando nobis ſupplicandum neceſſarium eſſe exiſtimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiuerſari, & hæreditatem inſpicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus [d] adſertionib. repetita prece ſæpius accipere: ne quis nos putauerit antiquitatis [e] penitus eſſe contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem vel [f] à nobis vel à noſtris iudicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine vno [g] anno, à noſtris verò iudicib. nouem menſibus: vt neq; [h] ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: ſed & ſi fuerit datum, pro [i] nihilo habeatur. Semel [k] enim, & non ſæpius [l] eam peti concedimus. 14. ¶ Sin autem hoc aliquis fecerit, & inuentarium conſcripſerit (neceſſe eſt enim omnimodo deliberantem inuentarium cum [m] omni ſubtilitate facere) non liceat ei poſt tempus præſtitutum, ſi [n] non recuſauerit hæreditatem, ſed adire maluerit, noſtrę legis vti beneficio: ſed in ſolidum ſecundum antiqua iura omnib. creditorib. teneatur. Cum enim gemini tramites inuenti ſint, vnus quidem ex anterioribus, qui deliberationem dedit, alter autem rudis & nouus à noſtro numine repertus, per quem adeuntes ſine damno cõſeruantur: electionem ei damus, vel noſtram conſtitutionem eligere, & beneficium eius ſentire: vel ſi eam aſpernandam exiſtimauerit, & ad deliberationis auxilium conuolauerit, eius effectum habere: & ſi non intra datum tempus recuſauerit hæreditatem, omnibus in ſolidum debitis hæreditarijs teneatur: & non ſecundum modum patrimonij, ſed etiam ſi exiguus ſit cenſus [o] hæreditatis, tamen quaſi hæredem eum in totum obligari. & ſibi imputet [p], qui pro nouo beneficio vetus elegerit grauamen. & ideo ad ipſam deliberationis dationem, & diuinum reſcriptum ſuper hac promulgatum, hoc adijci volumus, vt ſciant omnes, [q] quod omnimodo poſt petitam deliberationem ſi adierint, vel pro hærede geſſerint, vel non recuſauerint hæreditatem, omnibus in ſolidum hæreditarijs oneribus teneantur. Si quis autem temerario propoſito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minimè conſcripſerit, & vel adierit hæreditatem, vel minimè eam repudiauerit: non ſolum creditoribus in ſolidum teneatur, ſed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur, Quòd ſi poſt deliberationem recuſauerit inuentario minimè conſcripto: tunc res hęreditarias creditoribus, vel his qui ad hæreditatem vocantur, legibus reddere compelletur: quantitate earum ſacramento [r] res accipientium manifeſtanda, cum taxatione tamen à iudice ſtatuenda. 15. ¶ Notiſſimum autem eſt hac conſtitutione, quæ omnes caſus continet, noſtris conſtitutionib. iam pro eiſdem capitulis promulgatis eſſe derogatum, quarum altera etiam Gordianæ [f] conſtitutionis ſenſus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inuentus ſit, & tribus conſtitutionibus in vnum congregatis vnus appareat & in milites & in alios omnes iuris probabilis articulus: ea propter ex anteriorib. inquietari noſtro ſubiectos imperio non patimur: ſcilicet vt milites [t] etſi propter ſimplicitatem præſentis legis ſubtilitatem non obſeruauerint, in tantum tamen teneantur, quantum in hæreditate inuenerint. Quam, patres conſcripti, in huiuſmodi caſibus in poſterum obtinere ſancimus. Dat. V. Kalend. Decemb. Conſtantinop. poſt conſultum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

[a] §. 11. ſ. *eod.* [b] Pœna hæredis inuentariũ non conficiẽtis intra tempus legitimum, teneri in ſolidũ. [c] Lege nõ iuuantur, qui in legẽ committunt. [d] Lachrymæ ſupplicantib. communes. [e] Princeps nõ eſt antiquitatis contemptor. [f] Tempus deliberãdi petitur vel à principe vel à iudice *l. 9. ſ. eod.* [g] Tempus deliberandi annuum à principe: nouem menſium à magiſtratib. conceditur. [h] Iniuſta dilatio à principe concedi non ſolet. [i] Iniuſta dilatio pro nihilo habetur. [k] Quod ſemel dari põt, fruſtra ſępius poſtulatur. [l] Imò ſæpius *l. 3. ff. eod.* [m] i. nullis rebus omiſſis *Nou. 1. c. 1. §. 2.* [n] Petens tempus ad deliberãdum niſi repudiat tacitè adijſſe videtur. olim ita non fuit *l. 19. ſ. eo. l. 69. ff. de adquir. hæreditat.* [o] id eſt exigua æſtimatio. [p] Electio imputatur eligenti. [q] nota regulam. [r] iuratur in litem. In hypothecarijs & petitione hæreditatis iuratur in litem *l. 5. ff. de in litem.* [f] §. *princip. huius legis:* §. 5. *Inſti. de hæred. qualit.*

## DE REPVDIANDA [a], VEL ABSTInenda [x] hæreditate.

### Tit. XXXI.

[a] Omiſſio inuentarij, non obligat militem ſoluẽdo æri alieno *dixi ad Nouell. 1. c. 2.* [x] *Paul. 4. ſent. 4. Pars tit. 2. ff. lib. 29. ibi de omittenda hæred.* Repudiatio fit in iure. Recuſatio quouis modo. Solus hæres repudiat, non fideicommiſſarius. [x] Abſtinent ſui, repudiant extranei *l. 1. 2. ſ. eod. l. vlt. §. 1. ſ. tit. prox. ibi, reſpuendam vel abſtinendam.*

1. Imp. *Antoninus* A. Mutatio.

SI [a] paterna hæreditate te abſtinuiſſe conſtiterit, & non [b] vt hæredem in domo, ſed vt inquilinum, vel cuſtodem, vel ex alia iuſta ratione habitaſſe [c] liquido fuerit probatum [d]: ex perſona patris conueniri te procurator meus prohibebit. PP. Id. Iul. Meſſala & Sabino Conſſ. 215.

*Suus non præſumitur abſtentionem reuocare, quando reperitur ex cauſa noua poſsidere. Alex.*

2. Idem A. Seuero.

SI paterna hæreditate ‖te‖ abſtinuiſti: non ideo quòd à [e] creditoribus fundos comparaſti, (ſi modo id bona fide [f] feciſti) à poſterioribus, qui ſub eiſdem [g] obligationibus pecuniam patri crediderunt, iure conueniris [h]. S. PP. V. Kal. Iulij, Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

3. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Theodotiano.

SVus hæres exceptione pacti, qui teſtamentum iniuſtum adſeuerans, poſtea nihil ſe de paterna ſucceſſione petiturum non ex cauſa donationis, ſed tranſigendi animo in iure profeſſus eſt: cum reſpuere quęſitam [i] nequiret hæreditatem, & tranſactio [k] nullo [l] dato vel retento ſeu promiſſo [m] minimè [n] procedat: ſubmoueri non poteſt. Sine die, Cæſſ. Conſſ.

4. Ijdem AA. & CC. Modeſtino militi.

SIcut maior [o] vigintiquinq; annis, antequam adeat, delatam repudians [p] ſucceſſionem, poſt quærere nõ poteſt: ita quæſitã [q] renunciando nihil agit, ſed ius quod habuit, retinet: nec quod confeſſos [r] in iure pro iudicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hæreditatem, ſed ad certam quantitatem deberi confitentem pertinet. S. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conſſ.

5. Ijdem AA. & CC. Claudianæ.

PVpillorum repudiatio delatæ hæreditatis ſine [f] tutore authore facta, nihil eis nocet. S. II. Kalend. Ianuar. Sirmij, AA. Conſſ.

*Suus abſtentionem non reuocat, vbi res ſunt alienatæ, niſi beneficio minoris ætatis. Alex.*

6. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfect. præt.

SI quis ſuus [t] recuſauerit paternam [u] hæreditatem, deinde maluerit eam adire: cùm fuerat indiſtinctè ei remiſſum, donec res paternæ in eodẽ ſtatu permanent, hoc facere, & poſt multum temporis licebat ei ad eandem hæreditatem redire: hoc corrigentes, ſancimus [x], ſi quidem res iam venditæ [y] ſunt, vt nullus aditus ei ad hæreditatem reſeruetur. quod & antiquitas obſeruabat. Sin autem ‖res‖ alienatæ nõ ſunt: ſi quidem maior annis conſtitutus eſt, & tempora reſtitutionis nulla ei ſuperſunt:

[a] *adde leg. 3. ſ. de reuocand. his quæ in fraud.* [b] Qui vt hæres in domo paterna habitat, abſtẽtionem reuocare, immiſcere ſe & gerere pro hærede pręſumitur. Cæterum, An quis vt hæres aut extraneus gerat, ex indicijs poteſt colligi, *v. l. 4. ſ. vnde legitimi: l. 1. ſ. de iure deliber. l. 20. ff. de adqu. hæred. §. vlti. Inſtit. de hæredũ qualit: Vlpian. 22. §. 26.* [c] Pręſumitur hęres eſſe velle, qui in domo paterna habitat. [d] proteſtatione ſcilicet contraria, [e] Poſſidens vt emptor non obligatur vt hæres. [f] habes enim cauſam à creditoribus paternis, non à patre: non patri, ſed creditoribus ſuccedis. [g] Quid ſi à poſteriorib. creditoribus emit? Creditoribus prioribus tempore, tenetur hypothecaria, *arg. l. vlt. §. 6. ſ. ti. proxim.* at non legatarijs & fideicommiſſarijs: *l. vltim. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* [h] cui contrarium eſt, per ſuppoſitam perſonam emere. vel omnia bona paterna emere *l. 91. ff. eod. l. 21. ff. de peculio: l. 54. ff. de adminiſtr. tut. l. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* in continenti poſt abſtentionem *l. 24. in fi. ff. de reb. auth. iud.* vicinitatis enim ratione præſumitur dolus *l. 15. ff. de donationibus.* [i] Adire videtur, qui aduerſus teſtamentum patris mouet querelam falſi *l. 14. ff. de bonor. poſſeſſ.* [k] *vide l. 38. ſ. de tranſactionib.* [l] Qui tranſigit, velle donare non intelligitur: *adde l. 38. ſ. de tranſact.* [m] aliud foret, ſi vtilis fuiſſet tranſactio *l. 4. ſ. de pactis.* [n] Inutilis tranſactio vim pacti aut repudiationis non habet. atqui inutilis acceptilatio vtile habet pactum, niſi expreſsè dictum ſit ne haberet *l. 8. ff. de acceptilationibus vide Bald. hic numer. 5.* [o] aliud in minore §. 5. *Inſtit. de hæred. qualit.* & impubere *l. 2. ff. de off. procurat. Cæſar.* [p] Repudiatione hæreditas amittitur *l. 13. ff. eodem.* [q] Maior XXV. annis ſemel hæres, ſemper hæres eſſe cogitur, etiamſi damnoſa appareat hæreditas, *Paulus 3. ſent. 4. §. vltim. vide Dynum ad cap. 21. de regul. in 6. adde l. 75. ff. de regulis iuris.* [r] Confeſſus (id eſt qui confitetur delictum) in iure, pro iudicato habetur *l. 29. ff. de donat. l. 56. ff. de re iud. l. 1. §. 7. ff. ſi quid in fraud. patron. l. 6. ff. de confeſsis: l. 4. in fin. princip. ff. ad leg. Iul. Maieſt.* & tamẽ agnitam hæreditatem in iudicio repudians, non habetur pro iudicato: Cur ita fit? Actus inualidus, licet fiat in iudicio, ſemper eſt inualidus. Agnita ſemel hæreditas repudiari nunquam poteſt à maiore XXV. annis. nunquam, id eſt, ne quidem in iudicio. [f] *adde leg. 1. §. 4. ff. de ſucceſſorio.* [t] quid ſi emancipatus? idem *leg. 8. ff. de collationibus*, & ſublata eſt hodie differentia emancipationis. [u] vel auitam *argum. l. 8. ff. de collationib. ibi, cum de bonis parentis inter fratres diſputetur Accurſ. Bartol. Bald. hic.* quid ſi maternam? poteſt intra annum admitti *leg. 6. in fin. ff. ad Tertull.* Imò nullo modo poteſt *leg. 2. ſupr. de iuris & fact. ignor.* Poteſt intra annum, vt dixi *ad dictam leg. 2.* [x] Suus abſtentionem nunquam reuocat, vbi rẽs ſunt alienatæ: minor verò reuocare poteſt vſque ad triennium, quod ei currit poſt vigeſimum nonum annum, *adde l. 24. §. 2. ff. de minoribus.* [y] *l. 8. ff. de iure deliberandi.*

in tra trium annorum ſpatium tantummodo huiuſmodi ei detur licentia. Sin autem vel minor eſt, vel in vtili tempore conſtitutus: tunc poſt impletum quadriennium [a] (quod ſpatium pro vtili anno qui reſtitutionibus dabatur, præſtitutum eſt) aliud triennium ei indulgeri, intra quod poteſt rebus in ſuo ſtatu manentib. adire hæreditatem, & ſuam abdicationem [b] reuocare. Quo tempore tranſacto, nullus aditus penitus ad paternam hęreditatē ‖ei‖ reſeruetur: niſi fortè ‖adhuc‖ eo in minore ætate conſtituto res venditæ ſint. Tunc etenim per in integrum reſtitutionem non denegatur ei adire hæreditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis ſatisfacere. Dat. 15. Cal. Noue. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecundo 531.

## QVEMADMODVM [c] TESTAMENTA [d] aperiantur, ‖inſpiciantur, & deſcribantur,‖

### Tit. XXXII.

1. Imp. *Alexander* A. Proculæ.

VT teſtamentum, quod dicis factum, proferatur, & publice recitetur, competens iudex [f] iubebit PP. II. Cal. April. Maximo II. & Aeliano Coſſ. 224.

*Teſtamenta debent aperiri ſecundum conſuetudinem loci vbi ſit apertio. Alex.*

2. Impp. *Valer. & Gallien.* AA. Alexandro.

TEſtamenti tabulas ad hoc tibi à patre datas, vt in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, vt ſecundum [g] leges moreſque locorum inſinuentur [h]: ita ſ. vt teſtibus non præſentibus [i], adire prius vel pro tribunali [k], vel per libellum rectorem prouinciæ procures: ac permittente eo, honeſtos viros [l] adeſſe facias, quibus præſentibus aperiantur, & ab his [m] rurſum obſignentur. PP. 12. Calend. Ianuar. Maximo 2. & Glabrione Conſſ. 257.

3. Impp. *Diocles. & Maxim.* AA. & CC. Ariſtoteli.

EIus [n] quod ad cauſam nouiſſimi patris veſtri iudicij pertinet, de calumnia [o] tibi iuranti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit [p], vel ad ignominiam [q] alicuius pertinere dicitur, inſpiciendi ac deſcribendi, pręter diem [r] & conſulem [ſ], rector prouinciæ facultatem fieri iubebit. Dat. 6 Cal. Maij, CC. Conſſ.

*Eodem modo publicantur & aperiuntur codicilli, quo & teſtamentum. Bal.*

4. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* AAA. ad Heſperium præf. præt.

COdicillos [t], ſeu ſcripturam quolibet tenore formatam [u], ea oportebit obſeruatione in publicum proferri, qua teſtamenta panduntur. Dat. 3. Cal. Auguſt. Mediolani, Auſonio & Olybrio Conſſ. 379.

[a] Quadriennium loco vtilis anni minorib. datū *l. vlt. § de tēp. in integ. reſt.* [b] minor omiſſam hęreditatem reuocare poteſt *§. ſi vt omiſſ. hære dit. l. 7 §. 7 ff. de minorib.* [c] & quando *v. l. 2. j. eod.* [d] ad hæc, codicilli & quælibet vltimæ ſcriptæ voluntates *l. vlt. j. eod.* [e] *29. ff. 3. 35. Eclog. 6.* [f] Teſtamentum petitur aperiri per officiū iudicis *l. 1. l. 4. ff. eo. dixi l. 2. 18. & 23. § de teſta.* [g] Aperire hoc titulo, nō tātum eſt tabulas teſtamenti pateſacere naturaliter, vt in Sc Silaniano: ſed ēt ciuiliter, i. ſecundū leges & mores ciuitatis in qua fit apertura teſtamenti. [h] Teſtaméta vel viuo teſtatore aperiuntur & publice inſinuātur apud acta, vt maior eis fides accedat *vt hic.* aut poſt motem teſtatoris vt innoteſcant hæredibus, legatarijs, fideicommiſſarijs, ſeruis manumiſſis, & fiſco, cui debetur viceſima, & alijs quorum intereſt. [i] i. abſentibus *l. 7. ff. eo.* [k] i. viua voce. [l] Teſtamenta aperiebatur pſentib. teſtib. vel honeſtis perſonis *vt hic. facit l. 1. §. 47. ff. depoſit.* à pſentib. intra triduū, vel quinq; dies, ab abſentib. intra eos dies, cū ſupuenissent *Paul. 4. ſent. 6. §. 3.* Hoc aūt modo aperiebantur. Teſtes vel maxima pars eorum adhibebatur qui teſtamentum ſignauerant. Agnitis ſignis, rupto lino, aperiebatur & recitabatur. deſcribendi exempli fiebat poteſtas ac deinde ſigno publico obſignatum in archiuū redigebatur, vt ſi quando exemplum eius intercidiſſet, foret vnde peteretur *Paul. 4. ſent. 6. §* 1. Coram poſtea recitabatur præſentibus iiſdem honeſtis viris in foro vel Baſilica, inter horā ſecundam & decimā diei *Paul. ibid. §. 2.* Hinc illud Auguſtini *in Pſalm. 21.* Tandiu, inquit, contradicitur de hæreditate mortuorum, quandiu teſtamentum profeſatur in publicum, & cùm teſtamentum fuerit prolatum in publicum, tacent omnes, vt tabulæ aperiantur & recitentur. Iudex intus audit, aduocati ſilent, precones ſilentium faciunt, vniuerſus populus ſuſpenſus eſt vt legantur verba mortui. [m] honeſtis viris ſ. Paul. 4. *ſent. 6.* §. 2. id videtur retuliſſe ad magiſtratus his verbis, exemplo ſublato ab iiſdē magiſtratibus teſtamenta obſignari, quorum præſentia conſtat aperta. idque §. 1. antè, vocauerat ſignum publicum. [n] Verba hæc fuerunt prætoris tam in interdicto de tabulis exhibendis, quàm in extraordinarij auxilij pollicitatione *Cuiacius hic.* [o] Qui teſtamentum aperiri poſtulat, iurat de calumnia *l. 1. § de iureiur. propt. calumn.* [p] aut vetuiſſe intelligitur, vt ſubſtitutio pupillaris *l. 8. ff. eod. §. 3. Inſtit. de pupil. l. 21. § de teſtame. 2. Gai. 4. §. 3.* [q] veluti exhæredationum aut præteritionum & ita teſtamētum non vitiatur, licèt in eo quid famoſum ſit deſcriptum *adde l. 54. ff. de legat. 1.* [r] Diem & conſulem teſtamenti Prætor non patitur deſcribi *l. 2. §. 6. ff. eod.* [ſ] hinc conſtat, diem & conſulem teſtamentis adiici moris fuiſſe. de qua re aliàs dixi. [t] *l. 1. §. 2. ff. de tabul. exhib.* [u] purà epiſtolam fideicommiſſariam, & omne omnino ſcriptū teſtamenti, et imperfectū *l. 2. §. 1. ff. eo. l. 1. §. 3. & 5. ff. de tabul. exhib.* principales & ſecundas tabulas *d. l. 1. §. 2.*

## DE EDICTO DIVI HADRIANI [a] tollendo, & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſſionē mittatur,

### Tit. XXXIII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Lucillo.

CVm [b] inter inſtitutum & ſubſtitutum cōtrouerſia moueatur: cum qui primo loco inſtitutus eſt, induci in poſſeſſionem oportet. PP. XII. Calen. Decemb. Dextro & Priſco Conſſ. 197.

*Vitium teſtamenti inuiſibile, non impedit hæredem mitti in poſſeſſionem. Alex.*

2. Imp. *Alexander* A. Eutacto.

QVamuis quis ſe filium defuncti præteritum eſſe alleget, aut falſum [c] vel inofficioſum teſtamentum ſeu alio vitio ſubiectum, vel ſeruus [d] defunctus eſſe dicatur: tamen ſcriptus hæres in poſſeſſionem mitti ſolet. PP. 6. Cal. Nou. Maximo 2. & Aeliano Conſſ. 224.

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præf. prætorio.

EDicto diui Hadriani quod ſub occaſione [e] viceſimæ [f] ‖partis‖ hæreditatis introductum eſt, cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiſcretis narrationibus penitus quieſcente, quia & viceſima [g] hæreditatis ex noſtra receſſit republica: antiquatis nihilominus & alijs omnibus quæ circa repletionem vel interpretationē eiuſdem edicti promulgata ſunt: ſancimus, vt ſi quis ex aſſe vel ex parte inſtitutus [h], competenti iudici teſtamentum oſtenderit non concellatum, neque abolitum, neq; ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum, ſed quod ‖in‖ prima figura ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum [i] ſit: mittatur quidem in poſſeſſionem earum rerum quę teſtatoris mortis [k] tempore fuerunt, non [l] autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam teſtificatione publicarum perſonarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit: tunc in iudicio competenti [m], cauſæ in poſſeſſionem miſſionis, & ſubſecutæ contradictionis ventilentur: & ‖ei‖ poſſeſſio acquiratur, qui potiora [n] ex legitimis modis iura oſtenderit: ſiue qui miſſus eſt, ſiue qui antea detinens contradicendum putauit, nullis anguſtijs temporum huiuſmodi miſſione coartanda: ſed ſiue tardius, ſiue præmaturè aliquis miſſus eſt: legis tantummodo arbitrium requiratur & cauſa, vnde vel miſſio vel contradictio exoritur. Siue enim poſt [o] annale tempus, ſiue poſt maioris æui curricula aliquis fuerit miſſus, ſi tamen ex legitimè formato teſtamento miſſio procedat, nullū ei temporis obſtaculum obijciatur: niſi [p] tantum temporis effluxerit, quod poſſit vel poſſeſſori pleniſſimè ſecuritatem ſuper dominio præſtare, vel ipſi qui miſſus eſt, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex vna parte, vel ex vtroque latere temporis prolixitas occurrerit: manifeſtiſſimum eſt non ſolum miſſionem ſed etiā ipſam principalem cauſam eſſe ſopitam. Datum XII. Calend. April. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. 531.

[a] *l. 26. C. Theod. quor. appell.* [b] *Paul. 3. ſen. 5. §. 2.* In adipiſcenda poſſeſſione inſtitutus prefertur ſubſtituto *facit l. 8. §. 4. ff. de legat. 2.* [c] *v. Paul. 3. ſent. 5. §. 11.* Vitiū teſtamenti inuiſibile non impedit heredem mitti in poſſeſſionem, niſi de vitio in continenti doceatur *Alexan. Salyc. adde l. vlt. § de codicillis* id eſt niſi ab eo prouocatum eſt *l. 6. j. quorum appella. l. vlt. ff. de appella. recip. Nouell. Valentini de teſtam.* Aliud erit, ſi de petitione hęreditatis agitur. Tunc n. de falſo pri° cognoſcitur *l. 5. §. 1. ff. de hæred. petit.* [d] *l. 1. §. 6. ff. de Carboniano.* [e] occaſione viceſimæ hæreditatis *Hal.* occaſione hęreditatis, *vetus ſcriptura apud Cuiac. 18. obſ. 9.* [f] Lex de viceſima hæreditatum, augēdi ærarij gratia, lege Iulia primum irrogata eſt extraneis hæredibus nec inopib. *Dion 55.* deinde Neruæ, Traiani, Adriani, Marci & aliorum conſtitutionibus vel reciſa vel reducta, ad poſtremum abolita, ne alioquin cum Alciato putes à Gratiano ſublatam. Ad hanc viceſimam Macer libros duos ſcripſit. Eadem etiam lex de aperiendis tabulis teſtamenti cauit *l. 7. ff. de appellationib. recipiendis Paul. 4. ſent. 6. §. vlt. ibi neceſſario vectigali. adde Plin. in Panegyrico.* [g] Viceſima hæreditatis ſublata *vt hic.* [h] vel ſcripto, vel per nuncupationem, ſiue id in ſcriptum redigatur, ſiue non redigatur. Quo tamen vltimo caſu hæres petere poteſt, vt teſtium depoſitiones audiantur à iudice & in ſcriptum redigantur *Accurſ. hic, in verbo depoſitionib. Tiraquel. de retract. gentil. §. 2. gloſſ. 1. num. 14.* Quid, hoc edictum non dabitur hæredibus ab inteſtato? Rolandus à Valle *1. conſil. num* 5 negat dari, niſi ſuccedentibus ex teſtamento in tota hæreditate, vel quota: at nō venientib. ab inteſtato. [i] Non fit miſſio ex edicto D Hadriani, niſi teſtamentum, vt oportuerit, fuerit oblatum aut publicè recitatum *Paul. 3. ſent. 5. §. 14.* [k] *Paul. 3. ſent. 5. §. vlt.* [l] hinc colligunt, Pro legato conſequendo via executiua agi non poſſe, vbi contradictor reperitur *v. Mynſing. 5. obſ. 60. Nouell. 1. c. 4.* [m] id eſt, vbi res ſunt hæreditariæ *l. 1. § vbi de hæred. vide Ferrarienſ. in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtamento. v. Hartman. 2. obſ. 1. c. 7.* [n] *l. 1. § eo.* [o] Ex edicto Diui Hadriani poſt annū ſcripti hæredes in poſſeſſionem rerum hæreditariarū non mittuntur *Paul. 3. ſent. 5. §. 13.* [p] *dixi ad 29. ff. 6.*

## SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROhibuerit[a], vel coegerit,

### Tit. XXXIIII.

1. Imp. *Alexand.* A. Seueræ.

CIuili diſceptationi crimen adiungitur, ſi teſtator non [b] ſua ſponte teſtamentum fecit, ſed compulſus ab eo qui hæres eſt inſtitutus, vel à quolibet alio, quos noluerit ſcripſit hæredes. S. X V. Calend. Ian. Alexandro A. & Conſule 223.

*Priuatur ſucceßione, qui impedit aliquem quominus teſtetur. Saly.*

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Nicagoræ.

EOs, qui ne [c] teſtamentum ordinaretur, impedimento fuiſſe monſtrantur, velut [d] indignas perſonas à ſucceſſionis compendio remoueri, celeberrimi iuris eſt. PP. Calend. Ianuar. Diocletiano 2. & Ariſtobulo Conſſ. 285.

3. Iidem AA. & CC. Eutychidi.

IVdicium vxoris [e] poſtremum in ſe prouocare maritali [f] ſermone, non eſt criminoſum. Dat. V. Cal. Ian. CC. Conſſ.

## DE HIS QVIBVS VT INDIGNIS[g], hæreditates auferuntur[h], & ad ſenatuſconſultum Silanianum[i],

### Tit. XXXV.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Celeri.

HAEredes, quos necem teſtatoris inultam [k] omiſiſſe cōſtiterit, fructus [l] integros cogantur reddere. Neque enim bonæ fidei poſſeſſores ante controuerſiam illatam videntur fuiſſe, qui debitum officium pietatis ſcientes omiſerunt. Ex hęreditate autem rerum diſtractarum, vel à debitoribus acceptæ pecuniæ poſt motam litem bonorum vſuras [m] inferant, quod in fructibus [n] quoque locum habere, quos in prædijs hæreditarijs inuentos, aut exinde perceptos vendiderint, procul dubio eſt. Vſuras autem ſemiſſes [o] dependere, ſatis eſt Datum 15. Calend. April. Chilone & Libone Conſſ. 205.

*Factum defuncti maioris, non retractatur ex perſona hæredis minoris. Alex.*

2. Iidem AA. Vero.

POlla quidem liberam habuit adminiſtrandi patrimonij ſui poteſtatem: nec [p] idcirco, quòd pupillus illi hęres extitit, ea, quæ ab ipſa finita ſunt, reuocari in diſceptationem oportet. Sed ſi pupilli [q] nomine falſum dicere vis teſtamentum, de quo per Pollā tranſactum [r] eſt, potes experiri: dum memineris, ſi in cauſa non obtinueris, & portionem, quam ex eò teſtamento pupillus habet, te ei ſaluam facturum, (quàm [s] adimi pupillo neceſſe erit [t] ſecundùm iuris formam) & de calumnia [u] tua pręſidem deliberaturum, quamuis pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea, quæ finita ſunt per cohæredem. PP. 7. Cal. Maij, Antonino A. 3. & Geta 3. Conſſ. 209.

3. Imp. *Alexand.* A. Antiochiano.

SI ea quæſtio infertur filijs eius, quam conſobrinam tuam dicis, quòd [x] tabulæ teſtamenti patris eorum, qui à familia interfectus dicebatur, priuſquàm quęſtio de ſeruis haberetur, apertæ & recitatæ ſunt: propter amplißimi ordinis conſultum hæreditas à fiſco vindicatur: & ideo agi cauſa apud procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. 2. Non. April. Alexandro A. Conſ. 223.

[a] Criminale eſt, quēque teſtari cogere.
[b] Si quis quē teſtari coegerit 35. *Eclog.* 4. *c.* 4.
[c] Si quis quē teſtari prohibuerit *l.* 1. 2. *ff. eod. adde l.* 23. ⁊. *de inofficioſ. l.* 19. *ff. de his quæ ꝟt indign. Non.* 18. *c.* 3. §. 9. 35. *Eclog.* 4. *c.* 1.
[d] *Paul.* 5. *ſent.* 12. §. 2.
[e] Marit⁹ per vxorem pōt inſtitui ꝟ. *Vvurmſer.* 1. *pract.* 39. *c.* 18.
[f] Licet blanditijs permouere teſtantem. Vis ſola hac conſtitutione prohibetur, non blanditiæ. Inſtitutio facta blādo ſermone nō eſt vitioſa *l.* ꝟl. *ff. eo.* ꝟ. *l.* 11. ⁊. *de teſtam. l.* 70. *ff. de hæredi. inſtit.*
[g] ꝟ. 34. *ff.* 9.
[h] à fiſco ſc. id non ſeruatur in Gallia *Bugnon. in legib. abrogat.*
[i] ꝟ. 29. *ff.* 5. *Paul.* 3. *ſent.* quando factum fuerit dixi *ff. eod.* Illud adijciendum, Fuiſſe & aliud ſenatuſconſultū de quęſtione familię, factū Nerone 2. & Piſone Coſſ. teſte Tacito 13. 14. quod ideo Piſonianum *l.* 8. *ff. eo.* & Neronianū à *Paul.* 3. *ſen.* 5. §. 5. Idē Claudianū dictū *ff. de Sc. Silaniano & Claudiano.* neque nouum eſt, vt Neroniana ſenatuſconſulta dicantur Claudiana *ꝟide Cuiac.* 1. *obſ.* 18. [k] *l.* 17. *ff. de his quæ ꝟt indig.* [l] *d. l.* 17. & 76. §. 7. *ff. de legat.* 2. [m] *l.* 18. *ff. de his quæ ꝟt indig.* [n] ꝟ. *Cuiac.* 11. *obſ.* 27. [o] *ꝟt l.* 17. §. 6. *ff. de ꝟſur.* ꝟ. *Cuiac. ad l.* 3. ⁊. *pœnis fiſcalibus.* [p] Hæres quantūuis ſit pupillus, auctoris facto adſtringitur. [q] Tutor pupilli nomine, de falſo teſtamentum accuſare poteſt. Imò non poteſt *l.* 2. ⁊. *qui accuſ. dixi ibid.* [r] Ergo de falſo hîc tranſactum fuit? non ita eſt *l.* 17. ⁊. *de falſis l.* 18. *ff. de tranſact.* Nam Polla in hac hypotheſi tranſegit de teſtamento nondum ſuſpecto ꝟ. *Hotoman.* 22. *Illuſt.* ꝟ. *tamen Cuiac.* 6. *obſ.* 11. [s] Dolus tutoris agentis nocet pupillo. Imò, non nocet *l.* 6. ⁊. *ꝟnde ꝟi.* [t] Imò neceſſe non eſt, cùm minori eodem caſu ignoſcatur *l.* 5. §. 9. *ff. de his quæ ꝟt indign.* [u] Tutor de calumnia proprio nomine teneri poteſt. Si tamen citra calumniam bona fide egerit tutori ignoſcitur *l.* 22. *inf. ff. eo.* [x] *l.* 6. *l.* 9. *l. penult. l.* ꝟlt. ⁊. *l.* 1. & *toto tit. ff. de Sc. Silaniano. Paul.* 3. *ſent.* 5. §. 5.

4. Idem A. Philomuſo.

HAEreditas in teſtamento data, per epiſtolam [a] vel codicillos adimi ‖ verbis directis ‖ non potuit. Quia tamē teſtatrix voluntatem ſuam non [b] mereri vnū ex hæredibus ſuis declarauit: merito eius portio non iure ad alium tranſlata, fiſco [c] vindicata eſt. Libertates autem in [d] eadem epiſtola datæ, peti poterunt [e]. PP. 2. Cal. Dec. Maximo 2. & Aeliano Conſſ. 224.

5. Idem A. Tyranno.

NOn oportet vt indignis hæredibus ſucceſſiones auferri prætextu quòd [f] in ſepultura ſupremis ‖ iudicijs vel voluntatibus ‖ defunctorum obtemperatū non fuiſſet. PP. 7. Id. Mart. Iuliano 2. & Criſpino Conſſ. 225.

*Crimen inultæ necis non obijcitur minoribus ſed maioribus. Salyc.*

6. Idem A. Venuſto & Clementino.

MInoribus [g] vigintiquinque annis hæredib. non obeſſe crimen [h] inultæ [i] mortis placuit. Cùm vos autem etiam accuſationem pertuliſſe, & quoſdam ex reis punitos proponatis: licètis, qui mandaſſe cædem dicitur, prouocauerit: vereri non debetis, ne quam hæreditatis paternæ quæſtionem à fiſco meo patiamini. Conuenit [k] enim pietati veſtræ reſpondere cauſam appellationis reddenti. Quod ſi [l] maioris ætatis fuiſſetis: etiam ex neceſſitate prouocationis certamen implere deberetis, vt poſſetis adire hæreditatem. PP. 15. Cal. Iul. Alexandro A. 3. & Dione Coſſ. 230.

7. Idem A. Vitaliæ.

SI ideo vltio [m] necis teſtatoris non eſt deſiderata, quia cædis auctores reperiri [n] non potuerint: obeſſe hæredibus, ex quo nulla eorum culpa [o] detegitur, non oportet. PP. Id. Mart. Lupo & Maximo Conſſ. 233.

8. Imp. *Gordianus* A. Tatiæ.

ALia cauſa eſt eius, qui falſi inſtituta accuſatione, ad finem vſque, quod inſimulabat, perduxit, & contrariam [p] ſententiam meruit: alia eius, qui inchoatam accuſationem non [q] pertulit: cùm in illius ‖ quidem ‖ partem ſuccedat fiſcus: hic autem, qui contrariam iudicis ſententiam non ſuſtinuit, ſuæ partis non perdat perſecutionem. PP. 15. Cal. Feb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

*Si occiſores ignorantur, poteſt hæreditas adiri impunè. Alex.*

9. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Aelianæ.

CVm fratrem tuum veneno [r] peremptum eſſe adſeueres: vt effectus ſucceſſionis eius tibi non auferatur, mortem eius vlciſci [s] te neceſſe eſt. Licèt enim hæreditatem eorum, qui clandeſtinis inſidijs perimuntur, hi qui iure vocantur, adire non vetantur: tamen ſi interitum non fuerint vlti, ſucceſſionem obtinere non poſſunt. PP.* Tyberiano & Dione Conſſ. 291.

10. Iidem AA. & CC. Syluanæ.

SOrorem [t] fratris necem iure licito vindicantem [u], euincere ab vxore ‖ rectè ‖ ſcripta ſucceſſionem non conuenit. ſecundum quæ ſi fiduciam innocentiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque aliàs indignam te ſucceſſione probari ‖ poſſe ‖ confidis: aduerſus omnem calumniam maximam habes ſecuritatem. Dat. 12. Cal. Maij, Sirmij CC. Conſſ.

[a] Epiſtola vel codicillis hęreditas adimi non poteſt. Iniuſte tamē nō adimitur quod adimitur indigno.
[b] Epiſtola, in digno hæreditas adimi poteſt ꝟ. *Pap.* 1. *Notar.* 7. *ca. de nullite.*
[c] Quod indigno adimitur plerumq; cedit fiſco ꝟ. *Rolan. à Valle* 1. *conſil.* 56. *num.* 2.
[d] Libertas per epiſtolā conferri pōt.
[e] cur ita? collige ex lege 19. *inf. ff. de reg. iur.*
[f] Hæres ineptam defuncti voluntatem circa ſepulturæ ſumptus negligēdo, indignus non intelligitur *l.* 5. ⁊. *de religioſis: adde l.* 14. §. 5. *ff. de religioſi. l.* 113. §. 5. *ff. de leg.* 1. *l.* 7. *ff. de annuis. l.* 27. *ff. de condit. inſtit. l.* 16. *ff. de ꝟſufr. leg. l.* 4. *ff. de adminiſ. rer. ad ciuit.* alias, notatur qui non ineptam defuncti voluntatem negligit *facit l.* 33. §. 1. ⁊. *de inof.* Hodie negligenti eripitur hæreditas, nō tamē quaſi indigno *Nouel.* 1.
[g] Minori nō obijcitur crimen inultæ mortis defuncti *l.* 1. ⁊. *in quib. cau. in integ. reſt.* [h] Crimen inultæ mortis *ꝟt hic.* & *l.* 1. ⁊. *eodem. l.* 7. 9. 10. ⁊. *eodem.* crimen ingrati hæredis *l.* 22. *inf. ff. de Silaniano.* Pertinet hæc conſtitutio ad Silanianum vt & 10. ⁊. [i] non vindicatæ *l.* 10. ⁊. *eod.* [k] non tamen eſt neceſſarium. [l] Maior XX. annis, non poteſt adire hæreditatē, niſi & reo cædis poſtulato rem perduxerit ad ſententiam vnam atque alteram, interpoſita appellatione à priori *l.* 9. ⁊. *eod.* ꝟ. *Cuiac.* 18. *obſ.* 6. [m] *dixi ad l.* 6. ⁊. [n] Nemini imputatur, qui quod potuit præſtitit *l.* 16. *inf.* ⁊. *de inoff.* [o] Pœna ſine culpa non infligitur. [p] *l.* 47. *ff. de hær. pet.* [q] Accuſans teſtamentum de falſo, ita demum perdit quod in eo relictum eſt, ſi perſeuerauerit in accuſatione vſque ad ſententiam definitiuam ac ſuccubuit. ſecus ſi deſtitit *l.* 8. §. 14. *ff. de inoff.* Is quem pœnitet eius quod per errorem fecit, venia dignus eſt *l.* 38. §. 7. *ff. de adult.* [r] Hæres veneno interempti, hæreditatem adire poteſt antequam mortem exequatur atque vindicet, *ꝟt hic.* aliud eſt, ſi occiſus ſit vi aperta *l.* 6. ⁊. *eod. l.* 1. §. 21. *l.* 5. *inf. l.* 21. *ff. de Silaniano. Paul.* 3. *ſent.* 5. §. 2. vt hinc colligas, hanc conſtitutionem ad Silanianum pertinere vt & 6. ⁊. *eod.* [s] *dixi ad l.* 6. 7. ⁊. *eo.* [t] Soror fratris necem poteſt vindicare *ꝟt hic.* Poteſt ne frater illatam fratri iniuriam vindicare, puta crimen adulterij in defuncti fratris vxorem perſequi atque vindicare? Paponius Alexandrum ſecutus aduerſus Caſtrenſem, negat poſſe. & ita iudicatum refert apud Burdegalenſes 22. *Areſt.* 9. *numero* 16. [u] *l.* 6. 7. & 9. ⁊. *eod. adde l.* 47. *inf. ff. de bon. libert.*

Dilatio

*Dilatio ad vindicandum necē defuncti, non nocet hæredi interim morienti, nec ſeruis libertate donatis, nec alijs legatarijs. Salyc.*

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præf. præt.

CVm Silanianum ſenatuſconſultum à nobis tā laudandum, quàm corroborandum eſt, necnon diui Marci oratio, quæ circa [a] id facta eſt: inuenimus aūt nullam in ea mentionem libertatis factam, & veteres mouit quædam de libertatibus [b] relictis in teſtamento necati teſtatoris quæſtio: neceſſarium nobis viſum eſt & hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc teſtamēto donati, ſi eam accepiſſent, lucrum quod eis in medio ‖tēpore‖ accidit, poterant ſibi acquirere. Interea autem procraſtinatione propter necis vindictam habita, hoc minimè ad eos peruenit, & poſtea in libertatem deducti periclitabātur. ‖Sed‖ ne mediū tempus fieret eis damnoſum, & maximè ſi ancillæ in medio pepererint, & poſtea hæreditas adita ſit: belliſſimū nobis videtur, diui Marci prudentiſſimi principis orationem & in libertatibus producere, ne princeps [c] philoſophiæ plenus aliquid videatur imperfectum ſanxiſſe: ſed ita in hæreditatibus [d], & legatis, & fideicommiſſis, & maximè in libertatib⁹, quas ſemper philoſophia [e] amplectitur, extendatur eius oratio: vt & lucrum quod in medio accidit, eis poſt libertatem acceptam reſtituatur: & partus liber & ingenuus eſſe intelligatur: nulláque machinatione huiuſmodi præpeditio damnum aliquod irrogare concedatur: ‖vt‖ & libera eorum poſteritas, ſi in medio fuerint ab hac luce ſubtracti, ſuorum genitorum commodum conſequatur. Meritò enim nobis ſacratiſſimi Marci per omnia conſtitutionem replere placuit. nihil etenim [f] actum eſſe credimus, dum aliquid addendum ſupereſt. Dat. 2. Cal Maij, Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

12. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

TAlis de antiquo iure dubietas noſtræ ſerenitati ſuggeſta eſt propter ſenatuſconſultum Silanianum, & ſeruos qui ſupplicio afficiuntur, ſub eodem tecto commorantes, & non ſuum auxilium domino per inſidias occiſo præbentes. Veteres enim certum non faciunt, quis intellectus [g] de verbis, *Sub eodem tecto* [h], ſignificatur: ſiue in eodem cubiculo, ſiue in triclinio, vel porticu, vel in aula hæc appellatio accipi debeat: adijcientes, ſi dominus in via, [i] vel in agro fuerit interfectus, eos ſeruos puniri qui præſto erant, & non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt, nulla diſtinctione ſuper qualitate præſentiæ vtentes. Nos igitur omnem eis occaſionem ad declinanda ſupplicia ſuper negligentia ſalutis domini ſui amputātes, ſancimus [k], omnes ſeruos, ex quocunque loco, ſiue in domo, ſiue in via, ‖ſiue in agro,‖ poſſint clamorem exaudire, vel inſidias ſentire, & non auxilium tulerint: ſupplicio ſenatuſconſulti ſubiacere. Oportet enim eos vbicunque ſenſerint dominum periclitantē, ad prohibendas inſidias concurrere. Dat 15. Calend. Nou. Conſtantino. poſt cōnſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 531.

## DE CODICILLIS [l],

## Tit. XXXVI.

*Natiuitate poſthum. præteriti rumpitur teſtamentum, & etiam codicilli ab eo dependentes. Alex.*

1. Imp. *Alexander* A Mocimo, & alijs.

RVpto quidem teſtamento poſthumi agnatione, codicillos [m] quoque ad teſtamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed cùm poſt ruptum teſtamentum patrem pupillorum veſtrorum literas [n] emiſiſſe proponatis, quib. præcedens iudicium confirmauit: prætor nihil contra ius fecit, ſi nouiſſimam eius voluntatem ſecutus, relictum teſtamento reipublicæ fideicommiſſum vt ex codicillis relictum, præſtandum eſſe pronuntiauit, PP. 3. Cal. Iul. Maximo 3. & Paterno Conſſ. 234.

2. Imp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Aſclepiodotæ.

HAEreditatem [o] quidem neque dari neque adimi codicillis poſſe, manifeſtum eſt. Verbis tamen precarijs [a] per huiuſmodi etiā nouiſſimi iudicij ordinationem iura non faciunt irritas voluntates. Vnde inefficaciter te codicillis rogatam eſſe, vt quibuſdam rebus contenta portionem, quam teſtamento fueras conſequuta, alijs reſtitueres, falsò tibi perſuaſum eſt. PP. Idib. Octob. Peregrino & Aemiliano Conſſ. 245.

*Per ſequentes codicillos non derogatur præcedētibus, niſi quatenus inuicem ſunt contrarij. Alex.*

3. Impp. *Diocletianus* & *Maximianus*, AA. Hyacintho & alijs.

CVm proponatis pupillorum veſtrorum matrem diuerſis temporibus ac diſſonis voluntatibus duos [b] codicillos ordinaſſe: in dubium non venit, id, quod priori [c] codicillo inſcripſerat, per eum, in quem poſtea ſecreta [d] voluntatis ſuæ contulerat, ſi à prioris tenore diſcrepat, & contrariam [e] voluntatem continet, reuocatum [f] eſſe. PP. 6. Idib. Septembr. ipſis IIII. & III. AA. Coſſ.

4. Iidem AA. & CC. Stratonico.

NOn idcirco minus, quòd inteſtato [g] te abſente codicillos mater tua fecit: hi, quibus precarijs verbis adſcripta ſunt, relicta capiunt. Sine die & conſule.

5. Iidem AA. & CC. Flauiæ.

NE codicillos quidem furentem [h] poſſe facere, certiſſimi iuris eſt. Si igitur ſcriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, vt aliquid ex hac peti poſſit: adſeuerationi tuæ, mentis eum compotem fuiſſe negantis, fidem adeſſe [i] probari [k] conuenit. Datum 6. Kalend. Decembr. Diuelli. CC. Coſſ.

6. Iidem AA. & CC. Demoſtheni.

SIue [l] initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, ſiue nouiſſimè relicta ſeruari mandauerit: confirmatione munitus, nullam iuſtam gerere ſolicitudinem potes. Dat. 3. Idus Decēb. Nicomediæ CG. Conſſ.

7. Imperator *Conſtantinus* A. ad Maximum. PP.

---

[a] fuit igitur Marci oratio poſt Sc. Silanianū. Quando Silanianū factū fuerit, dixi in epigraphe *huius ti. ad ti. ff. de Sc. Silaniano.* Fuit quoque huiuſce quæſtionis cura Adriano, vt Spartian⁹ author eſt. adeo curæ fuit Imperatoribus dominorū ſecuritas.

[b] Mora hæredis non vindicantis necē defuncti, nō officit libertatibus in teſtamento datis.

[c] Marc⁹ princeps philoſophię plenus.

[d] Mora hæredis necem defuncti nō vindicantis, non nocet legatarijs.

[e] Philoſophia libertates amplectitur.

[f] Nihil actū credimus, dū aliquid addēdū ſupereſt *l. 1. ff. de orig. iur. adde leg. 139. in fi. ff. de verborum ſignificat.*

[g] *l. 1. §. 26. §. 27. ff. eod.*

[h] *Paul. 3. ſent. 5. §. 3.*

[i] *Paul. d. loco.*

[k] *l. 1. §. 28. ff. eod. 6. Harmenop. 12.*

[l] *dixi ad 29. ff. 7.*

[m] Poſthumi adgnatione rumpitur teſtamentum, ergo & codicilli ex teſtamento depēdentes.

[n] ruptum teſtamentum cōfirmari poteſt à teſtatore corā quinque teſtibus, valebitq; eo caſu teſtamētum iure codicillorū *adde l. 38. ff. de condit. & demonſtr.*

[o] Hæreditas per fidei cōmiſſum dari aut adimi codicillis poteſt: directò nō pōt *l. 2. in f. l. 10. ff. eo. §. 2. Inſt. eo. l. 4. ſ. ti. prox. l. 5. §. 1. ſ. de neceſ. l. 77. ff. de hæred. inſt. l. 27. in f. ff. de cōdi. inſt. l. 76. ff. ad Trebel. l. 14. ſ. de teſtam. 2. Cai. 7. §. vlt.* niſi à milite *l. 19. ff. de teſt. mil.* codē modo hæreditas liberis nō datur *l. 17. ff. de iur. cod.* nec adimitur *l. 4. ſ. de his quib. vt indig.*

[a] quæ & fideicommiſſaria & παρακλητικὰ dicuntur, nuſquam obliqua. Fideicōmittere his verbis poſſumus, Fideicommitto, peto, volo dari *Vlp. 25. §. 2. §. vltimo, Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. Paul. 4. ſent. 1. §. ſexto.* Volo hæreditatem meam Titij eſſe *lege 118. ff. de lega. 1*: rogo, mando, *Inſtit. dicto loco: Paul. dicto loco*: deprecor, iniūgo, impero, *Paul. 4. ſent. 1. § ſexto*: cupio *Paulus dicto loco*: cupio des *l. 115. ff. de legat. 1*: opto, credo te daturum *dicta lege 115*, exigo *l. 118. ff. de legat. 1*: deſidero *Paul. dicto loco*: deſidero vti des *d. lege 118.* ſcio hæreditatem meam te reſtituturum Titio *dicta lege centeſima decimaoctaua*, Iubeo *lege vigeſima octaua. §. penultimo, ff. de liberat. legat*: Quid *Relinquo*? Paulus *d. loco* negat eſſe precarium. Scæuola precarium facere videtur *l. 78. §. 8. ff. ad Trebell.* Quid, *Commendo*? Paulus etiam *dicto loco* negat precarium verbum eſſe. quod & alibi confirmatur *lege 12. ſ. de fideicommiſſ. libert. l. 11. §. 2. ff. de legat. 3.* niſi fortè probetur, teſtatorem eo verbo fideicommittere voluiſſe: & hæc quidem iuriſconſulti. Interpretes verò ita, Verborum alia ſunt directa, alia obliqua, alia communia ſeu mixta ex vtriſque. Directis, non ab alio quis capit, ſed à ſeipſo: obliquis ab alio. Mixta ſeu communia, quæ vtrique inſtitutioni poſſunt adaptari, *vide Graſſum ex communi opinione lib. ſententiarum §. ſubſtitutio quæſt. 4.* Directa ſunt, vt Inſtituo, hæres eſto, accipiat, accreſcat, capiat, dominus eſto, reuertatur, moriatur. Obliqua, Detur, lego, reſtituat. Communia, Competat, deueniat, deoluatur, habeat, pertineat, petat, relinquo, remaneat, ſubſtituo, ſuccedat, veniat, *Graſſ. ibidem ex communi opinione quæſt. 5.* [b] Plures codicillos facere poſſumus *l. 6. §. 1. ff. eod*: *§. vltimo Inſtit. eodem.* Quid ſi eadē die facti reperiantur: & in vno fundus Tuſculanus legetur Titio: altero, eidem non legetur. Codicillus cui legatū fuit adſcriptum, prior fuiſſe exiſtimabitur. Nam præſumimus id ſemper prius fuiſſe, quod de iure prius eſſe debuit. De iure priore loco legamus, poſteriore adimimus. nec adimi quicquam poteſt, niſi antea iam legatū, *v. Alciat. 3. præſumpt. 42.* [c] *lege ſeptuageſima, ff. de hæredibus inſtituendis: vide quæ dixi ad legem vndecimam, ſ. de teſtament. milit.* [d] Codicillus poſtremo codicillo contrario tollitur. Poſterior codicillus priori præfertur *lege decimanona ſ. de fideicommiſſ.* & hoc quidem naturale eſt etiam in legibus *lege vltima, ff. de conſtit. princip.* & teſtamentis *§. 2. Inſtit. quibus modis teſtam. 2. Caius 2. §. 5.* [e] Codicillus codicillo mutatur *vt hic*: ergo & ſuppleri etiam & emendari poterit *lege octaua, in fine, ff. eodem.* [f] Conficiuntur codicilli etiam ab inteſtato *lege 8. lege 16. ff. eod*: *§. 1. Inſtit. eodem: l. 3. ſ. de Sc. Trebel. l. 88. in f. ff. de legat. 2.* Imò non debētur fideicommiſſa ab inteſtato *l. 13. in f. ff. de inoff.* Videtur d. lex 13. abrogari. [g] Abſente hærede ab inteſtato, codicillos facere poſſumus, Abſentia hæredis non impedit codicillos fieri. [h] Furioſus codicillos facere non poteſt *lege ſecunda, §. tertio, ff. eodem.* [i] aliàs quilibet ſanæ mentis fuiſſe pſumitur. niſi contrariū probetur, & meritò. Quilibet enim præſumitur eſſe talis qualis naturaliter eſſe debuit *Baldus.* [k] Qui negat ſanæ mentis hominem, probare debet. & ita negatio plerumque probanda eſt. plerumque, inquam, Nam mera negatio probari non poteſt, *lege vigeſimatertia in fine, ſuprà de probationibus.* [l] Codicillos ante vel poſt teſtamentum facere poſſumus: vtrovis confirmentur, valent. Imò, vt neutro confirmentur valent, *§. primo in fine, Inſtitut. eodem.* cùm & alioquin nullo penitus facto teſtamento valeant. id eſt, cùm valeant ab inteſtato, *lege quarta ſupra eodem.* Poteſt etiam codicillus nuncupatiui teſtamenti appendix eſſe *lege vltima ff. de iure codicillor.*

SI idem [a] codicilli, quod teſtamenta poſſent: cur diuerſum [b] his inſtrumentis vocabulum mandaretur [c], quę vis ac poteſtas vna ſociaſſet? Igitur ſpecialiter codicillis inſtituẽdi [d] ac ſubſtituendi poteſtas iuris authoritate data non eſt. Dat. *3. Iun. Pacatiano & Hilariano Conſſ. 332.

[a] Non idem codicilli poſſunt quod teſtamenta.
[b] Quæ diuerſa habent nomina, diuerſos etiam effectus habẽt.
[c] daretur *Cuiac. 18. obſ. 9.* & ita legendũ eſſe apud Vlpianũ 22. §. 26. *in fine* monet.
[d] Codicillis inſtituere aut ſubſtituere hæredem nõ poſſum⁹. Inſtitutiones tantum fiunt in teſtamentis *lege ſecunda* ſ. *eo. le.* 13. *in fin. ff. eo.* §. *penult. Inſtit. eod. l.* 14. ſ. *de teſtam.*

*Ex eadem ſcriptura non poteſt quis petere hæreditatem ex teſtamento & ex codicillis. Salyc.*

8. Imperator *Theodoſius* A. Aſclepiodoto P.P.

SI [e] quis agere ex teſtamento quolibet modo, ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcriptura confecto, de hæreditate voluerit, ad fideicommiſſi perſecutionem adſpirare cupiens, minimè permittatur. Tantum enim abeſt, & aditum cuiquam pro ſuo migrandi deſiderio concedamus: vt etiam illud ſanciamus, ſi teſtator faciens teſtamẽtum, in eodem pro [f] codicillis etiam id valere complexus ſit: qui hæreditatem petit ab ipſis intentionis exordijs, vtrum velit eligendi habeat poteſtatem, ſciens ſe vnius [g] electione alterius ſibi aditum præcluſiſſe, ita vt ſiue bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, ſiue ſecundùm nuncupationem, cæteráſque ſimiles poſtulauerit, aut certè mitti ſe in poſſeſſionem ex more petierit: ſtatim inter ipſa huius iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanet. 1 ¶ Illud quoque pari ratione ſeruandum eſt, vt teſtator, qui decreuit facere teſtamentum, ſi id adimplere [h] nequiuerit, inteſtatò videatur eſſe defunctus: nec transducere liceat ad fideicommiſſi interpretationem, velut ex codicillis vltimam voluntatem: niſi [i] id ille cõplexus ſit, vt [k] vim etiã codicillorũ ſcriptura debeat obtinere: illo electionis videlicet iure perdurante, vt qui ex teſtamento agere voluerit, ad fideicõmiſſum migrare non poſſit. 2 ¶ Si quis verò ex parentibus vtriuſque ſexus, ac liberis [l] vſque ad quartum gradum agnationis [m] vinculis alligatus, vel cognationis nexu conſtrictus vſque ad tertium, ſcriptus hæres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet teſtamento, quod teſtator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, ſi de hæreditate ex teſtamento ſecundũ mortui voluntatẽ agens fuerit ſuperatus, vel certè ipſe ſponte voluerit, ad fideicommiſſi ſubſidium conuolare. non enim par eademque ratio videtur, amittere debita [n] & lucra non capere. 3 ¶ In omni autem vltima voluntate, excepto [o] teſtamento, quinque [p] teſtes vel rogati [q], vel qui fortuitu [r] venerint, in vno eodémque tempore debent adhiberi: ſiue in ſcriptis, ſiue ſiue [ſ] ſcriptis voluntas conficiatur: teſtibus videlicet, quando in ſcriptis voluntas componitur, ſubnotationem ſuam accommodantibus. Dat. 15. Cal Mart. Conſtantinop. Victore V. C. Coſ. 424.

[e] *l. 7. C. Theo. de teſtam. & codicill.* Ex eadem ſcriptura non poteſt quis hæreditatem petere ex teſtamento & ex codicillis.
[f] de hac clauſula vide §. *primũ* j. *eod.*
[g] Vnius electione, plerũque alterius aditũ nobis præcludim⁹ *l. 11. in fine ff. de legat. 2. ad de l. 22. in fin. ff. de damno*: licet tamen coniunctis perſonis variare §. *ſecundo*, j. *eodem.*

DE LEGATIS [t];

Tit. XXXVII.

[h] Imperfectum teſtamentum *lege 1. ff. de hæreditat. petit. lege 4 lege 29. ff. qui teſtament.* inter extraneos ſcilicet, non ſuos *lege 21. §. primo* ſ. *de teſtamentis.* vt codicillus nõ ſuſtinetur, *vt hic. & lege prima ff. eodem. lege 29. ff. qui teſtamenta, lege 11. §. primo ff. de legatis* 3. niſi teſtator pro codicillis valere iuſſerit. [i] Imò tacitè interdum hæc clauſula intelligitur *lege 38. ff. de fideicommiſſ. libert.* vtique. ſed ducta coniectura ex affectione teſtatoris. Imò vt expreſsè adijciatur hæc clauſula, teſtamentum inofficioſum non valet *lege 13. ff. de inoff.* Clauſula codicillaris minus poteſt adiecta inofficioſo, quàm imperfecto teſtamento. Cuius teſtamentum quaſi inofficioſum condemnatur, pro demente habetur. Demens autem teſtamenti factionem non habet *lege 36. ff. de legatis 3.* [k] Hæc eſt clauſula quæ vulgò codicillaris dicitur: cuius formulam *vide in lege 29. in fine, ff. qui teſtament.* fit etiam eius mentio in lege 41. §. *tertio ff. de vulgari. lege tertia ff. de teſtament. milit. lege 11.* j. *de teſtament. manumiſſion.* [l] Perſonis coniunctis licet variare: alijs non licet, vt ſæpius *dixi* ſ. *eodem.* [m] id eſt, vſque ad abnepotes, *vide Cuiacium 14. obſeru. 11.* [n] Proximis perſonis hæreditates quaſi debentur, *adde legem ſeptimam §. ſecundo ff. de curat. furioſi.* [o] puta codicillis *vt hic.* & mortis cauſa donatiõe. in qua requiri ideo volunt quinque teſtes, cùm in donatione inter viuos duo ſufficiant, *l. vlt.* j. *de dona. cauſ. mort. v. Rol. à Valle 1. conſil. 8. nu. 22.* [p] In omni vltima voluntate excepto teſtamento, quinque teſtes ſufficunt *lege 28. §. primo* ſ. *de teſtam.* [q] In teſtamento, rogati eſſe debent teſtes: in codicillo poſſunt eſſe non rogati. [r] Fortuiti teſtes eſſe poſſunt in codicillis. [ſ] Datur etiam decretalis bonorum poſſeſſio ſecundum nuncupationem *vt hic. & lege ſecunda* j. *ſecund. tabulas. lege tertia, lege vltau. ff. ſecund. tabulas.* [t] *dixi ad* 30. 31. 33. 34. *ff.* 2. *Inſt.* 10. *adde* 3. *Paul. ſent.* 6. *Vlp.* 24. 2. *Gai.* 5. *vide Graſſ. lib. ſent.* §. *legat.*

1. Imp. *Antoninus Pius* A. libertis Sextiliæ.

QVamuis verbis his, quoad [a] cum Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta vobis & veſtiarium legatum ſit: tamẽ hanc fuiſſe defuncti cogitationem interpretor, vt & [b] poſt mortem Iuſti ‖Claudij‖ eadem vobis præſtari voluerit. Sine die & conſule.

2. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Sabiniano.

QVamuis hæres inſtitutus hæreditatem vendiderit [c], tamen legata & fideicommiſſa ab eo [d] peti poſſunt: & quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fideiuſſoribus eius petere poterit. PP. X. Cal. Sept. Laterano & Rufino Coſſ. 198.

*Obligatio rei legatæ, non extinguit legatum. Salyc.*

3. Iidem AA. Victorino.

QVi poſt teſtamentum factum prædia, quæ legauit, pignori [e] vel hypothecæ dedit, mutaſſe voluntatẽ circa legatariorum perſonam non videtur [f]. Et ideo ‖etiã‖ ſi in perſonam actio electa eſt: rectè placuit, ab hærede prædia liberari. PP. 6. Calen. Maij, Gentiano & Baſſo Coſſ. 212.

4. Imp. *Antoninus* A. Sulpitio.

SEruis teſtamento dominorum non [g] data libertate, legatum ſeu fideicommiſſum [h] relictum non [i] valet: nec conualeſcere poteſt, licèt poſt [k] mortem teſtatoris libertatem aliqua ratione conſecuti ſint. PP. V. Calen. Iul. Antonino A. 4 & Balbino Coſſ. 214.

5. Idem A. Donato.

NOn eſt dubium denegari actionẽ legatorum ei pro portione competenti [l] in his rebus, quas ſubtraxiſſe [m] eum de hæreditate apparuerit. PP. V. Id. Sept. Antonino A. 4. & Balbino Conſſ. 214.

6. Idem A. Iuliano.

SI legata relicta primus [n] legatarius agnouit: ſubſtitutio eorum in perſona Pontianæ facta euanuit. PP. 8. Cal. Maij, Romæ, Læto 2. & Cereale Conſſ. 216.

*Coniuncti re faciunt ſibi partẽ per concurſum, et error in nomine, non vitiat, ſi de corpore conſtat. Bal.*

7. Idem A. Fauſto.

SI Fortidianum fundum primò pater tuus fratribus per præceptionem, ac mox [o] tibi legauit: concurſu [p] dominium eius tibi [q] quoque quæritur. 1 ¶ Error [r] autem nominum in ſcriptura factus, ſi modò de mancipijs vel poſſeſſionibus legatis non ambigitur, ius legati dati non minuit. PP. V. Id. Iul. Læto 2. & Cereale Conſſ. 216.

8. Idem A. Demetrio.

AB adminiſtratione tutelæ religio ſacramenti [ſ] Marcellum, quem vobis à patre tutorem datum ‖teſtamento‖ proponitis, eripit. Quæ res, quo minùs legatum conſequatur, non impedit. Nec enim iuſtè ab ea petitione repellitur: cũ ẽt ſi [t] vellet tutelã adminiſtrare,

[a] Debuiſti alimenta quoad eum Claudio moraret: Claudi⁹ mortuus eſt, Debes alimẽta etiã poſt mortem Claudij. Nã ſimpliciter alimenta relicta, perpetuò relinq intelligũtur *l. 20. ff. de annuis. l. 13. §. 1. l. 20. in f. ff. de alimentis.* vt hinc perſpicias, Legatum poſt mortẽ Claudij remanere, non remanere cõditionẽ. quippe nemo ita fatuus eſt, vt alicui imperet cum aliquo poſt mortem habitare. Ideóque conditio cum aliquo morandi, intelligitur eo viuo, vt conditio ad tempus vitæ reſtringatur: poſt mortem vero expiret ex tacita teſtatoris volũtate, non tamen expiret legatum.
[b] Imò non debetur poſt mortem *l. 3. l. 4.* j. *de conditionib. inſert. l. 92. in f. ff. de cond. & dem.* non debetur, ſi legatum factum fuit eius contemplatione, qui cum habitare legatarius iuſſus eſt, [c] Venditio hæreditatis facta ab hærede, nõ priuat legatarios iure ſuo. [d] non ab emptore *l. 2.* ſ. *de hæredit. vendit.* [e] Teſtator rem iam legatam poſtea obligãs, non reuocat legatũ *vt hic; & §. 12. Inſt. eo.* quemadmodum ſi vrgente neceſſitate alienauit *l. 11. §. 12. ff. de legat. 3.* donans, reuocat *l. 18. ff. de adimendis.* Quid ſi rem ſuam alteri iam obligatam legat? ſi ſciebat obligatam, luitur ab hærede: ſi neſciebat, à legatario *v. l. 6.* j. *de fideicommiſſ.* [f] Imò videtur *l. 12.* ſ. *de donat. int. vir. l. 32. §. 5. ff. de donat. int. vir.* Dictæ leges abrogatæ ſunt per Nouellam 162. *c. 1.* §. 1. [g] Sine libertate ſeruis nihil legari poteſt *l. 28.* j. *de fideic. l. 76. in f. l. 89. ff. de hæred. inſt. l. 15. ff. de opt. l. 20. ff. de adimen. l. 30. §. 15. ff. de fideicommiſſ.* [h] Seruus inſtitutus, nulla libertatis facta mentione, liber intelligitur *v. l. 5.* j. *de neceſſar.* aliud autem ſi res ei tantum legata vel fideicommiſſa *vt hic. l. 28* j. *de fideicommiſſ. l. 88. §. 13. ff. de legat. 3.* [i] Imò valet *d. l. 5. §. 2. l. 16. ff. de annuis.* Valet ex æquo & bono, valet quoque ipſo iure ſi à milite relictũ *l. 7.* ſ. *de teſtam. milit.* vel ſi ſeruus alteri legetur *l. 49. ff. ad leg. Falc.* [k] aliud, ſi viuo teſtatore. [l] i. nomine rei ei legatę. [m] & meritò. nã legatari⁹ accipere debet ab hęrede *l. 1. §. 3. ff. quod legator.* alioquin ſi autoritate ꝓpria, legatũ amittit *l. 9.* j. *vnde vi. v. Clar. 3. ſent. §. Teſtam. q. 68.* Aliud erit, ſi teſtatoris iuſſu *l. 55. ff. de leg. 1. l. 34. §. 1. ff. de leg. 2.* vel ſi executor teſtamẽti fuerit, *arg. l. 78. §. 1. ff. de contrah. ẽpt.* Quid ſi hęres poſſideat? negãt interpretes, ꝓpria authoritate capere poſſe. & ita intellige ꝙ ſcripſi *ad l. 55. adde Clar. d. loco.* [n] Legatariorũ alij primi, alij ſecundi eſſe poſſunt. i. In legatis fieri põt ſubſtitutio *l. 8. §. 4. ff. de le. 2.* Primo legatario adgnoſcẽte, ſecũdus petere nõ põt *v. l. 5.* ſ. *de imp.* [o] citra adimendi animũ §. 1. *Inſt. de adẽpt. leg.* [p] Re cõiuncti faciũt ſibi partẽ per cõcurſũ. [q] ita vt in hac hypotheſi legatari⁹ habeat ſemiſſẽ fũdi: inſtituti, aliũ ſemiſſem. [r] *vi l. 4.* ſ. *de teſtam.* [t] militaris. Qui ꝓpter militiã *l. 4.* ſ. *qui dare tutor.* mandatũ teſtatoris exequi nõ põt, nõ ꝓpterea legatũ amittit *facit l. 11. in f. ff. de adult.* Cõditio impoſſibilis de iure nõ vitiat, licet vitiatur. [ſ] *d. l. 4.*

probi-

prohibeatur. PP. VIII. Idus Mart. Romæ, Sabino 2. & Anulino Coſſ. 217.

9. Imp. *Alexander* A. Antiocho.

SI in fraudem eorum, quæ teſtamento relicta ſunt, admiſſus eſt accuſator, qui teſtamentum falſum diceret: præſes prouinciæ ſecundùm iuriſdictionis formã ſolui [a] legata iubebit interpoſitâ cautione [b], ſi euicta fuerit hæreditas, ea reſtituturum [c]: quamuis alias tunc cautioni locus ſit, cùm ſine controuerſia legata ſoluantur. PP. 7. Id. Feb. Maximo 2. & Aeliano Coſſ. 224.

*Legatum rei alienæ ſcienter factum valet, ſecus ſi ignoranter. ex Alex.*

10. Idem A. Ingenuæ.

CVm alienam [d] rem quis reliquerit, ſi quidem ſciens: tam ex legato, quàm ex fideicommiſſo ab eo, qui legatum ſeu fideicõmiſſum meruit, peti poteſt. Quòd ſi ſuam eſſe putauit: non aliter valet relictum, niſi proximæ [e] perſonæ, vel vxori, vel alij tali perſonæ datum ſit, cui legaturus eſſet, & ſi ſciſſet rem alienam eſſe. PP. V. Cal. Feb. Albino & Maximo Coſſ. 228.

11. Idem A. Albiniano.

FIlia legatorum non habet actionem, ſi [f] ea, quę ei ‖in‖ teſtamento reliquit ‖viuus [g]‖ pater, poſtea in dotem dederit. PP. V. Non. Mart. Pompeiano & Peligno Coſſ. 232.

12. Imp. *Gordianus* A. Mutiano.

CVm reſponſo viri prudentiſſimi Papiniani [h], quod precibus [i] inſertum eſt, præceptionis legatum, & omiſſa [k] parte hæreditatis vindicari poſſe declaretur: intelligis deſiderio tuo iuxta iuris formam eſſe conſultum. Verba verò reſponſi [l] hæc ſunt, Filiæ mater prædiũ ita legauit: *Præcipito, ſumito extra partem hæreditatis.* Cũ hæreditati matris filia renunciaſſet: nihilo minùs eam rectè legatum vindicare, viſum eſt. PP. Conſtitutio V. Idus Iul. Sabino 2. & Venuſto Coſſ. 241.

13. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Seueræ.

PRoprias [m] tuas res legari vel fideicommitti tibi non potuiſſe, certum eſt. PP. XV. Cal. Maij, Maximo 2. & Aquilino Coſſ. 286.

24. Iidem AA. Tatiano.

MOnumenta quidem legari [n] non poſſe manifeſtũ eſt: ius [o] autem mortuum inferendi, legare nemo prohibetur. PP. 2. Cal. Sept. Maximo 2. & Aquilino Coſſ. 286.

*Nemo relinquit quod non habet. Bald.*

15. Iidem AA. Terentio & alijs.

SI vniuerſæ facultates, quas pater veſter reliquit, debito [p] fiſcali aut priuato abſumuntur: nihil ex his, quæ teſtamento eius adſcripta ſunt, valere poteſt. Quod ſi deducto debito, in relictis bonis ſuperfluum eſt: libertates impediri iuris ratio non permittit: quin etiam legata necnon fideicommiſſa, ſalua lege Falcidia, prętanda ſunt. PP. 3. Cal. Octob. ipſis 4. & 3. AA. Coſſ. 290.

16. Iidem AA. & CC. Syllæ.

CReditor ſi à debitore ſuo rem, quam pignoris [q] nomine ſuſceperat, legatam ſibi contendit: etiam debito ab hæredibus eius oblato, quo minùs reſtituat defendi poteſt. S. 18. Cal. Febr. Sirmij, CC. Coſſ.

[a] Hæres tenetur ſoluere legata, licèt quęſtio de hęreditate moueatur, pſtita tamen ei cautione à legatario *l. 6. ff. de heredi. petit. l. 8. ff. ſi cui plus quã per l. Falcid.*
[b] qua? An, Ampliusquã per legẽ Falcidiam, vt volunt fere omnes? An, Euicta hęreditate redditũ iri vt vult Cuia. 9. *obſ.* 25.
[c] ea reſtituiri *Cuiac.* 18. *obſ.* 9. hoc innuit Non ꝙ interdum illa cautio præſtetur, nulla mota controuerſia hæreditatis *l. vlt. §. de pet. hæredit. l. 3. §. 6. l. 4. ff. ſi cui plus quam per le. Falcid. l. 9. §. 4. ff. ad exhibend.* ideo minus, imò magis mota controuerſia & perlata accuſatione falſi teſtamẽti, eſt præſtanda.
[d] legatum rei alienæ ſcienter factũ valet §. 4 *Inſtit. eo. adde Pau. 4. ſen.* 1. §. 8. 1. *Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. l. 67. §. 8. ff. de legat. 2. l. 10. inf. ff. de auro.*
[e] non quam nemo antecedit: ſed quæ iure ſanguinis, licèt remoto gradu, attingit. *Tiraquell. de retract. gentil. §. 11. gl. 1. num. 4.* [f] Filiæ 100. legaui eidem poſt teſtamentũ 100. in dotem dedi: me mortuo 200. non habet, ſed centum, *vt hic.* Idẽ erit, ſi prius 100. in dotem dedi, poſtea centum eidem legaui *l. 84. §. 1. ff. de legat. 1.* niſi filia oſtendat patrem voluiſſe legatum duplicare *l. 29. ff. de iur. dot.* [g] legata viuo teſtatore præſtari poſſunt *l. 22. ff. de legat. 2. l. 6. ff. de auro.* at non hæreditas *v. l. 1. ff. pro emptore.* [h] quædam ſimilia extãt in lege 87. ff. *de leg. 1.* [i] Antiquum morem obſerua, conſuetum fuiſſe precibus ſupplicantis reſponſa prudentũ inſerere. [k] Omittenti hæreditatem, prælegati petitio eſt *l. 17. l. 18. l. 91. §. 2. ff. de legat. 1. l. 75. in f. ff. de le. 2. l. 4. §. 11. ff. de doli mali.* [l] quiddã tale extat in d. *l. 87. ff. de legat. 1.* [m] *l. 39. §. 2. ff. de legat. 1. l. 66. §. 3. ff. de legat. 2. l. 35. ff. de legat. 3. §. 10. Inſtit. eo.* [n] ſed nec alienari & obligari *l. 2. inf. §. de religioſis.* permutari quoq; monumentorũ vſus non põt *l. 12. §. 1. ff. de religioſis.* [o] Ius inferendi mortui legari poteſt: monumentũ, nõ põt. religioſas res legare nõ poſſumus, ius in ipſas poſſum⁹. [p] Teſtator qui ſoluẽdo nõ eſt, legat inutiliter: ſi quidẽ nemo põt relinquere ꝙ non habet & legata aliter præſtari non poſſunt quàm deducto ære alieno *l. 12. §. de teſtam. milit. l. 16. j. ad leg. Falcid. l. 1. §. 18. ff. ad Trebell.* [q] Creditori meo pignus lego. hæres debitum ei offert, pignus ſibi reſtitui deſiderans? hæres non auditur *vt hic.* Vt ita pignoris legatum valeat. Quid ſi creditor, præter pignus, debitum petat? iuſta petitio eſt, niſi teſtator animo compenſandi pignus legauerit *l. 85. ff. de legat. 2.*

17. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

DAtum legatum adimi [a] tam purè, quàm ſub conditione, non libertis tantùm, ſed etiam ingenuis, placuit. Dat. 3. Non. Mart. CC. Coſſ.

18. Iidem AA. & CC. Iuſtino.

EX legato nominis [b], actionibus ab his, ‖qui‖ ſucceſſerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non poteſt: vtilibus [c] autem ſuo nomine experietur. Dat. 6. Id. Dec. CC. Coſſ.

19. Iidem AA. & CC. Niconi.

NOn tantùm duorum [d] menſium, ſed & minoris [e] temporis maritus vxoris teſtamento ſcriptus ſuccedit: nec legata vel fideicommiſſa ſeu donationes temporis huius anguſtia capi prohibet. Dat. V. Id. Dece. Nicomediæ, CC. Coſſ.

20. Iidem AA. Eutychiano.

VXor patrui tui ſi teſtata deceſſerit: res tuas, tantùm [f] vſumfructum earum habens, legare non potuit. Dat. 8. Cal. Ian. CC. Coſſ.

21. Imppp. *Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans,* AAA. ad populum.

IN legatis vel fideicommiſſis neceſſaria non ſit verborum [g] obſeruãtia: ita vt nihil prorſus interſit, quis talẽ voluntatem verborum caſus exceperit, aut quis loquẽdi vſus effuderit. Dat. Cal. Febr. Conſtantio 2. & Conſtante Coſſ. 339.

*Appellatione hæredis veniunt hæredes in infinitum. Alex.*

22. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præf. præt.

IN annalibus legatis vel fideicommiſſis, quæ teſtator non ſolùm certæ perſonæ, ſed & eius hæredibus prętari voluit, eorum exactionem omnibus hæredibus, & eorum hæredum [h] hæredibus ſeruari pro voluntate teſtatoris præcipimus. Dat. 3. Id. Dece. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. 2. Coſ.

*Si vni legatur totum, alteri poſtea pars eiuſdem totius, cenſetur illa pars de toto adempta. Alex.*

23. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm quæſtio talis de ſignificatione verborum ‖animos‖ veterum [i] mouit, ſi quis cuidam agrum Cornelianum puta, vel alium quempiam in ſolidum legauerit, deinde [k] alij partem eius dimidiam, quantam portionem primus, quantam ſecundus legatarius conſequitur: ſimili dubitatione & in hæreditate, & in fideicommiſſis habita: cúmque computationes multæ introducebantur, & multis ratiocinationibus dignæ: nos huiuſmodi computationes quaſi ſuperfluas & contrarias voluntati teſtatoris, omnes eſſe ſopiendas cenſemus. Cùm enim manifeſtum eſt, eum qui ab initio duodecim vncias rei cuidam reliquit, alij autem poſtea ſex, receſſiſſe [l] quidem à priore voluntate, voluiſſe [m] autem minui eam ſex vncijs, cum alij eas obtulit: & præſens caſus exitum apertiſſimum inueniet. Si quis itaque vel agrum vel hæreditatem reliquerit, primo [n] quidem in totum, ſecundo autem in partem dimidiam: vtrumque in ſex vncias eſſe vel dominum rei legatæ, vel hæredem. Et ſi totã re primo relicta, tertiam partem ſecundò reliquerit: ſecundùm prædictum modum octo quidem vncias vel agri vel hæreditatis apud primum remanere, tertiam autem partem, vel quatuor vncias ad ſecundum migrare. Et ſic in omnibus ſtatuendum eſt, id eſt in hæreditatibus, vel legatis, vel fideicommiſſis. veſtigia enim voluntatis teſtatoris non aliter niſi per huiuſmodi viam æſtimanda ſunt. 1 ¶ Sed & aliam diſceptationem iuris antiqui non abſimilem conſtitutam decidere nobis humanum eſſe apparuit. Agitabatur enim, ſi quis agrum Cornelianum, vel fortè alium, vel quandã rem cuidam legauerit, & poſtea iterum vel

[a] *Vide titu. ff. de adimend. legat. & Inſt. de adempt. legat.*
[b] Cui legatur nomen debitoris, ſuo nomine vtilem habet actionem: directã non habet, niſi ſit mandata vel ceſſa. Directa, ex verbis legis: vtilis, ex mẽte, *l. 47. §. 1 ff. de negotijs.*
[c] Sex caſibus vtilis actio datur ſine ceſſione, puta in legato *vt hic.* & in dote *l. 2. §. de obligat.* ſi nomen in ſolutum datum ſit *l. vlt. §. quando fiſcus*: emptori hæreditatis. *l. 5. j. de hæredi. vend.* vel nominis *l. 7. d. ti. de hæred.* pẽſionis *l. 20. ff. de pignorib. adde l. 1. §. de dona.*
[d] duum menſium *Hal.* eodẽ priſco ſermone vtitur lex 2. *Codice Theod. de decurion.* Ideò Cuiacius 18. *obſ.* 9. putat hęc verba deſumpta fuiſſe ex aliqua lege priſca, fortè Iulia & Papia, ne aliterius haberent capiendi ſolidi noui nupti inter ſe, qui infra ętatem eſſent habendi liberos lege definitã, quàm ſi vel duum menſium ſpacio vnà fuiſſent, noui caloris coercendi cauſa, quo ęſtuantes facile ſua omnia nouo coniugi elargiuntur. [e] Breuitas temporis quo matrimoniũ durauit, non impedit quominus alter coniugum alteri legare poſſit, *facit l. 12. §. 1 inf. ff. de legat. 1. vide l. 2. §. de ſecund. nupt.* [f] Vſufructuarius vſumfructũ legare non põt *vide l. 24. §. 1. ff. de legat. 1.* [g] *v. l. 2. j. comm. de legat. pars legis 15. §. de teſtam. l. vlt. §. qui admitti.* [h] Appellatione hęredis, veniunt hęredes in infinitũ *l. 4. ff. de iure imm. l. 65. ff. de verb. ſignif.* niſi vſusfructus legetur *l. 13. j. de vſufr.* [i] animos veteres. *Cuiac. 19. obſ. 9.* vt antiquos animos *l. 9. j. qui teſtam.* [k] Si vni totũ legatur, alteri pars totius, cẽſetur pars illi de toto adẽpta *l. 6 ff. de adimendis.* [l] Tacita voluntatis reuocatio. [m] *l. 13. §. 4. ff. de hæred. inſt.* [n] *adde §. 7. Inſt. de hæred. inſtit.*

ſępius [a] ei eandem rem per legatum vel fideicommiſſum dederit, poſt talia autem verba teſtamenti Sempronio eundem agrum vel aliam rem legauerit, vt ſæpius quidẽ fuiſſet Titij mentio, ſemel autem Sempronij: quid ſtatuendum eſt? & quid iuris ſit, ſi coniunctim, aut ſeparatim eis relinquatur, ſiue in legato hoc conſiſtat, ſiue in hęreditate? Huiuſmodi igitur decidentes antiquam controuerſiam, ſancimus, cuicunque ſit hæreditas, vel ager in memoratis caſibus, ſiue coniunctim, ſiue ſoli, ſiue ſæpius eidem relictus: æqua [b] lance & hæreditatẽ, & agrum, & aliam quamcunque rem diuidi & ad dimidiam partem vnumquemque vocari: niſi ſpecialiter expreſſerit, & dixerit teſtator, tantas quidem partes velle vnum, tantas aũt alterum habere. In omnibus etenim teſtatoris [c] voluntatem, quæ legitima eſt, dominari cenſemus. Dat. 15. Calen. Dec. Lampadio & Oreſte, VV. CC. Coſſ. 530.

*A ſubſtituto exhæredati non poteſt legari, vel fideicommitti, etiamſi exhæredat⁹ pater aliquid legauerit. Salyc.*

24. Idem A. Iohanni præfecto prætorio.

CVm quidam ſuum filiumfamilias impuberem exhæredatum fecit, alijs hęredibus ſcriptis, eidẽ autẽ pupillo alium ſubſtitutum reliquit, maximam ſcil. oſtendens ad filium ſuum affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, ſed poſt exhæredationis [d] iniuriam etiam ſubſtitutionem ei addidit, & ‖à‖ ſubſtituto legatũ reliquit: quærebatur, ſi huiuſmodi legatum vel fideicommiſſum poſſet valere. Sed & ſi legatum eidem exhæredato filio pater reliquerit, & ſubſtituerit ei exhæredato facto aliquem extraneum: iterum certabatur, ſi ſaltem per eundem modum fideicommiſſum poſſet relinquere. Cũ igitur antiquitas quidem hoc diuerſè tractare maluerit, nobis autem huiuſmodi iurgia ſuperuacua eſſe videantur: ſancimus, nullo legato, nullo fideicommiſſo huiuſmodi ſubſtitutum, qui [e] exhæredato pupillo datus eſt, prægrauari: nec ſi ipſam rem, quam pupillo legauit, à ſubſtituto eius vel legare vel fideicommittere voluit. Dat. 2. Cal. Maij, Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC.

*Legatarius celans teſtamentũ, priuatur legato & remanet hæredi ſcripto. Salycet.*

25. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SI legatarius, ‖vel fideicommiſſarius‖ celauerit [f] teſtamentum, & poſtea hoc in lucem emerſerit: an poſſet legatum ſibi relictum is qui celauerit, ex ‖eo‖ teſtamẽto vindicare, dubitabatur. quod omnimodo inhibendũ eſſe cenſemus, vt non accipiat fructum [g] ſuæ calliditatis, qui voluit hæredem hæreditate ſua defraudare: ſed huiuſmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quaſi pro non ſcripto apud [h] hæredem: vt qui alij nocendum eſſe exiſtimauit, ipſe ſuã ſentiat iacturam: quemadmodum ſi legatarius, cui propter tutelã gerendã, aliquid relictum ſit, non [i] ſubierit tutelam: ei quidem legatum aufertur, pupillo autem adſignatur, cui ille vtilis eſſe noluit. Dat. Cal. Nou. Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis, VV. CC. 531.

26. Idem Auguſt. Iohanni præfecto prætorio.

ILlud, quod de legatis vel fideicommiſſis temporalib. [k], vtpote irritis, à legum cõditoribus definitum eſt, emendare proſpeximus, ſancientes etiam talem legatorum vel fideicommiſſorum ſpeciem valere, & firmitatẽ habere. Cùm enim iam conſtitutum ſit, fieri poſſe temporales donationes [l], & contractus: conſequens [m] eſt etiam legata vel fideicommiſſa, quæ ad tempus relicta ſunt, ad eandem ſimilitudinem confirmari: poſt completum videlicet tempus ad hæredem iiſdem legatis vel fideicommiſſis remeantibus [n], neceſſitatem habente legatario vel fideicommiſſario cautionem in perſonam hęredis exponere, vt ‖ei‖ poſt tranſactum tempus res non culpa eius deterior facta reſtituatur. Dat. 15. Cal. Nou. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno 2. 532.

[a] V. l. 34. §. 1. ff. de leg. 1.
[b] l. 19. inf. l. 84. §. 12. ff. de leg. 1.
[c] V. l. 16. ℑ. de fideicommiſſ.
[d] Exhæredatio iniurioſa.
[e] A ſubſtituto impuberis exhæredati non põt legari, vel fideicõmitti: etiãſi exhæredato pater aliquid legauerit.
[f] Legatarius celans teſtamentum, priuatur legato idque hæredi cedit.
[g] Fructũ ſuæ calliditatis iure nemo percipit.
[h] V. quæ dixi ad l. vn. §. 13. ℑ. de caducis. Cur ita? quoties indignitas reſpicit fauorem certæ perſonæ, q̃ reo aufertur iniuriã paſſo defertur.
[i] l. 32. ff. de excuſat. tut. l. 5. §. 2. ff. de his quæ vt indig. l. 12. §. 4. ff. de veṫg. niſi tutor non idoneus ſit, puta minor: & ita per eum non ſtet l. 76. §. 6. ff. de leg. 2.
[k] Valet legatum factũ ad certum tempus, vel incertum. contrà, Hęreditas ex die vel in diẽ non datur l. 34. ff. de hæredib. inſtit. niſi à milite V. l. 8. ℭ. de teſta. milit. adde l. 9. ℑ. de hæredibus inſtit.
[l] l. 1. 2. 3. ℑ. de donationibus quæ ſub modo.
[m] Valet argumentũ à contractibus ad vltimas voluntates.
[n] Finito legali tempore, legatum ad hæredem reuertitur.
[o] dixi ad 50. ff. penult.

DE VERBORVM & rerum ſignificatione,

Tit. XXXVIII.

1. Imperator *Antoninus* A. Antipatrę.

PRædijs inſtructis [a] legatis, quamuis ex fructibus vinum & oleum in eodem fundo habuit: tamen ſi id venale [b] fuit, item ea quæ ad tempus propter incurſionem latronũ tutelę [c] cauſa in prædium tranſlata ſunt, legato non cedere, iuris auctoribus placuit. Vinum verò, quod in apothecis fuit, ſi ideo [d] illic habuit, vt cum in prædium veniſſet materfamilias eo vteretur [e], legato cedere, ignorare non debes. PP. VI. Id. Auguſt. Antonino A. 4. & Balbino Coſſ. 214.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Rufino.

FVndo ſicut [f] inſtructus [g] eſt, legato, ſiue per fideicõmiſſum relicto: villicum quidem, hominesque, & omnia quæ vel ipſe paterfamilias cum ibi ageret, vel vt fundus eſſet inſtructus, non [h] temporis cauſa in eo habuit, relicta eſſe, iuris auctoritate definitum eſt. ea etiam quæ tam fructuum colligendorum [i], quàm ſeruandorũ, item pecora [k] ſtercorandi vel paſcendi cauſa ibi conſtituta, vt de his fructus capiantur, vel vt fundus ſit inſtruct⁹: fideicommiſſo cedere, certi iuris eſt. Dat. Non. Octo. Sirmij, AA. Conſulibus.

*Cautionis verbo ſimplex cautio ſignificatur. Bal.*

3. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano P. P.

SAncimus cautionis [l] nomine vel ἀσφαλείας, i. *ſecuritatis*, non [m] eſſe fideiuſſoris dationem interpretandã [n]: niſi hoc ſpecialiter vel in Græcis vel in Latinis verbis ſcriptum fuerit. niſi enim vel generaliter de ſatiſdatione vel fideiuſſione ſpecialiter ſit nominatum [o]: cautione vel ἀσφαλείᾳ minimè fideiuſſionem, ſed nudam promiſſionem ſignificari. Dat. Cal. Mart. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte VV. CC. Conſſ. 530.

4. Idem Auguſt. Iohanni præfecto prætorio.

CVM quidam ſic vel inſtitutionem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel libertatem vel tutelam

[a] Inſtructis prædijs legatis, ea tantũ cedunt quæ ibi fuerunt ꝑpetui vſus cauſa ad tempus ibi repoſita, venalia non cedunt.
[b] l. 12. §. 30. ff. de inſtructo.
[c] i. cuſtodiæ l. 12. §. 29. ff. de inſtruct. vide Pau. 3. ſent. 6. §. 39.
[d] Vinum in apothecis duplici cauſa habetur: vel, vt eo vtamur, vt hic. vel vt in horreo, vt poſtea vendatur vt in d. l. 12. d. §. 29.
[e] illúdq; abſumeret, Pau. 3. ſent. 6. §. 42.
[f] l. 1. ℭ. eod.
[g] l. 8. l. 12. §. 27. l. 16. §. 2. l. 20. §. 8. ff. de inſtructo.
[h] Legato fundi inſtructi, inſtrumenta tam fundi quàm patris familias veniunt, veluti pecora, inſtrumenta fructuum colligendorum, villici, homines. [i] l. 8. ff. de inſtructo. [k] l. 9. ff. de inſtructo. Paul. 3. ſent. 6. §. 38. [l] l. 188. in fin. ff. eod. [m] Cautionis verbum, vel à lege, vel à contrahentibus, vel à teſtatore, vel à ſtatuto, conſuetudine, & ordinatione prolatum, nudam promiſſionem continet, non fideiuſſorẽ vt hic. niſi qui cauere debet ſit ſuſpectus (aliàs inanis cautio creditori non prodeſſet) niſi is qui promiſit, cautione antea erat obligatus (aliàs, ſecunda promiſſio priori nihil adferret vtilitatis) niſi agatur de cautione prætoria, *argum. dict. l. 7. ℑ. de prætorijs.* niſi fruſtratoria eſſet nuda cautio, niſi cautio Burgenſis (vt Galli dicũt) i. ſufficiens, competens *l. 21. ff. de iudicijs.* idonea *l. 41. ff. de petit. hæredit. l. 6. ff. de pignorat. l. 1. §. 56. ff. depoſiti. lege 59. in fin. ff. mandati. l. 4. ℑ. de precibus imp. l. penult. in fi. ℑ. depoſiti. l. 3. ℑ. de omni agro.* (Idoneè enim cauere, eſt ſatiſdatò & captis pignoribus *l. 4. §. 8. ℑ. de fideicommiſſ. libert.*) & bona debeatur. niſi rectè caueri oporteat *l. 2. ff. de vſufru. earum rerum. l. 1. §. 9.* ff. *de collat. bonor. l. 73. ff. de verborum ſignificationib.* multo magis, ſi coniunctim bonam & ſufficientem dari ſit neceſſe. Copulationũ enim ea vis eſt, vt vtrunque requiratur: & geminata qualitas cautionis, auget eiuſdem naturam. Ad hæc, Fideiuſſore mortuo, aut non ſoluendo facto, alius peti poteſt. Superioribus caſibus, idonea cautio non eſt ſimplex iuramentum, quantumuis hominis diuitis. Nam legis ac ſtatuti præceptum impleri ſolet in forma ſpécifica. Sufficiens etiã non eſt quiuis ex plebe: religioſus, quantumuis vir probus: qui nihil habet *Auth. Ingreſſi ℑ. ſacroſanct. eccleſi.* vſurarius, licèt diues, infamis manifeſtus *l. 20. ℑ. ex quibus cauſis in fine.* (qua de re dubitari tamen poteſt) aduocatus, procurator rixarum plenus, notarius fraudulentus, mulier *l. 1. & paſſim* ff. *ad Velle.* minor, furioſus, prodigus & ſimiles, qui obligari nõ poſſunt *Inſt. de inutilib. ſtipulat. l. 1.* ff. *de verborum obligationo.* milites & nobiles in eundem ordinem referunt. mobilium tantum poſſeſſor etiã idonea cautio non eſt: ſed nec is qui ſe non obligat ad inſtar principalis, putà non perſonaliter: ſi pignus nudum offertur (ſi tamen de Prætoria cautione agitur *l. 6. ff. de prætorijs*) qui recuſat cauere in inſtrumẽto publico. Sufficiens verò dici poteſt, qui ſuarum opum laudatores ſeu certificatores apud iudicem, arbitrum, aut commiſſarium ad id delectum parte præſente aut citata *l. 47.* ff. *de re iudicata*: profert. Solent enim iudices, idoneos probare etiam parte inuita. Tenetur quoque laudator ille in ſubſidium, principali non ſoluendo *l. 4. in fine ff. de fideiuſſoribus tut.* idoneus quoque intelligitur, non idoneus quidem, ſed tamen probatus à creditore *l. 3. ff. de fideiuſſ.* Quid ſi quis fideiuſſorem non reperit (eſt enim difficile fideiuſſorem reperire) decurritur ad ſequeſtrum: *V. l. 5. §. 1. ff. vt legator. Nou. 88. c. 2. §. 1. l. 33. §. 2. ℭ. de epiſcop.* Quid ſi eo loco vbi petitur cautio iuret ſe ſatiſdare non poſſe, alibi poſſe? auditur *l. 8. §. 5. ff. qui ſatiſdare. His adde Rebuffum tom. 1. tract. de ſent. execut. artic. 1. gloſſ. 16. in verbo, bonne & ſuffiſante caution.* Imò, interpretanda eſt *l. 59. in f. mandati.* Aliud teneri ad nudam cautionem, aliud ad idoneam cautionem. [o] puta in teſtamento, *vt l. 84. ff. de leg. 1. l. 32.* ff. *ad Trebell.*

ſcripſiſſet,

ſcripſiſſet, *Ille aut* [a] *ille mihi hæres eſto, vel illi aut illi do lego*, vel *dari volo*, vel *illum aut illum liberum*, aut *tutorem* [b] *eſſe volo*, vel *iubeo*: dubitabatur vtrúmne inutilis ſit huiuſmodi inſtitutio & legatum, & fideicommiſſum, & libertas, & tutoris datio: an occupantis melior conditio ſit: an ambo in huiuſmodi lucra vel munera vocentur: & an ſecundùm aliquem ordinem admittantur: an vterque omnimodo: cùm alij in inſtitutionibus primum quaſi inſtitutum admitti, ſecundum quaſi ſubſtitutum, alij in fideicommiſſis poſteriorē ſolum acceptu-rum fideicommiſſum exiſtimauerint, quaſi recētiore voluntate teſtatoris vtentem. Et ſi quis eorum altercationes ſigillatim exponere maluerit: nihil prohibet non leue libri volumen extendere, vt ſic explicari poſſit tanta auctorum varietas: cùm non ſolùm iuris auctores, ſed etiam ipſę principales conſtitutiones, quas ipſi auctores retulerunt, inter ſe variaſſe videntur. Melius itaque nobis viſum eſt, omni huiuſmodi verboſitate exploſa, & coniunctionem *Aut* [c], pro *Et* accipi: vt videatur copulatiuo modo eſſe prólata, & magis ſit παραδιάζευξις [d] vt & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat. Quemadmodum enim (verbi gratia) in interdicto [e], *Quod vi aut clam, aut* coniunctio pro *&* apertiſſimè poſita eſt: ita & in omnibus huiuſmodi caſibus ſiue inſtitutionum ſiue legatorum, ſiue fideicommiſſorum, vel libertatum, ſeu tutelarum hoc eſt intelligendum, vt ambo veniant æqua lance ad hęreditatem, ambo legata ſimiliter accipiāt: fideicommiſſum in vtrumque diuidatur, libertas vtrumque capiat: tutoris ambo fungantur officio: ‖vt‖ ſic nemó defraudetur à commodo teſtatoris: & maior prouidentia pupillis inferatur: ne dum dubitatur apud quem debeat eſſe tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed hæc quidem ſancimus, cum in perſonas huiuſmodi proferatur ſcriptura. Sin autem vna quidem eſt perſona: res [f] autem ita derelictæ ſunt *Illam aut illam rem illi do lego*, vel *per fideicommiſſum relinquo*: tunc ſecundùm veteres regulas & antiquas definitiones, vetuſtatis iura maneant incorrupta, nulla innouatione eis ex hac cōſtitutione introducenda. Quod etiam in contractibus locum habere cenſemus. Dat. Prid. Kal. Maij, Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Relictum familiæ debetur gradatim perſonis appellatione familiæ contentis, & in hac lege deſcriptis. Sin autem fiat de familia intelligitur de rebus. Salyc.*

5. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SVggeſtioni Illyricianæ aduocationis reſpondentes, decernimus familiæ [g] nomen talem habere vigorem, parētes & liberos, omnéſq; propinquos, & ſubſtātiā, libertos etiam & patronos, necnon ſeruos per hanc appellationem ſignificari. Et ſi quis per ſuum elogium fideicōmiſſum familię [h] ſuæ reliquerit, nulla ſpeciali adiectione ſuper quibuſdam certis perſonis facta: non ſolùm propinquos, ſed etiam his deficientibus, generum [i] & nurum. Eos enim nobis humanum eſſe videtur ad fideicommiſſum vocari: ita videlicet, ſi matrimonium morte [k] filij vel filiæ fuerit diſſolutum. nullo etenim modo poſſunt gener vel nurus filijs viuentibus ad tale fideicōmiſſum vocari: cùm hi proculdubio eos antecedant. & hoc videlicet gradatim fieri, vt poſt eos liberti veniant. Hoc eodem valente & ſi quis rem immobilem cuidam legauerit vel fideicommiſerit, eamque alienare prohibuerit [l], adijciens, vt ſi hoc fideicommiſſarius præterierit, familiæ [m] ſuæ res acquiratur. In alijs autem caſibus nomen familiæ [n] pro ſubſtantia oportet intelligi: quia & ſerui & aliæ res in patrimonio vniuſcuiuſque eſſe putantur. Dat. 15. Kal. Nouembr. Conſtant. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo 532.

[a] Disiunctiua poſita inter perſonas honoratas vel grauatas, fauore pupillo rū, tam in vltimis voluntatibus q̃ cōtractibus, accipitur pro coniunctiua: non ſi inter res ſit appoſita. [b] *adde l. 23. ff. de teſtam. tut.* [c] *Aut* pro *Et* accipitur. & ita diſiunctiua pro coniunctiua ſumitur *l. 53. ff. eod.* & è contrà *d. l. 53. &* 29. ff. *eo. l. 11. §. 5. in fin.* ff. *quod vi.* [d] Alciatus 9. *Parerg.* 18. legit συνάφεια & malè v. *Cuiac. ad l. 27.* ff. *de pactis: & ad l. 133.* ff. *de verb. obligat.* παραδιάζευξις, quoties quid ita diſiungitur, vt tamen coniūctim intelligatur. quę loquēdi forma etiam παρασιώπησις dicitur, cùm quid ita reticemus, vt tamē tacitis nobis intelligatur. διάζευξις diſiūctio ἐπαμφοτερισμὸς alteratio. [e] *l. 11. §. 5. inf. quod vi aut clam.* [f] diſiunctiua inter res diuerſas poſita pro coniunctiua non habetur: inter perſonas poſita interdum habetur ꝫ. *eod.* [g] Relictum familiæ, debetur gradatim perſonis appellatione familiæ comprehenſis *De familia adde l. 195. §. 2. l. 196. ff eo: l. 32. §. 6. ff. de leg. 2. l. 14. ff. ad Treb.* [h] De relicto familię. Familiæ relinquo *vt hic*: & *l. 32. §. 6. ff. de leg.* 2. familiæ volo adquiri *inf. ꝫ. eod.* addatur & illud, ne de nomine familiæ meæ exeat *l. 88. §. 6. ff. de legat.* 2. [i] Gener & nurus numerātur in familia. [k] Gener & nurus dicuntur etiā diſſoluto matrimonio. & ita affinitas dicitur durare diſſoluto quoque matrimonio. In edicto de poſtulādo, affinitates præſentes intelligūtur nō quæ fuerūt *l. 3. §. 1. ff. de poſtulādo*: in nuptijs etiā nō prę́ſentes intelligūtur §. 8. *ibi, ſi fuit nurus inſt. de nupt.* Ita ſeru⁹ teſtari nō pōt ꝓ ijs domi nis, quorū antea fuerit *l. 14. ꝫ. de quaſt.* Quare quod à Gallis dicitur. *Morte ma fille, mort eſt mon gendre.* refertur ad amorem potiùs quàm ad pudorem & honeſtatem morte filiæ deminuitur quaſi neceſſitudo, at nō honeſtas & reuerentia. [l] Plerūq; teſtatores vetāt, res extero alienari *l. vlt. ꝫ. de reb. alien. non alienandis.* [m] De relicto familiæ dixi ꝫ. *cod.* [n] Familiæ nomen pro ſubſtantia, vt eo loco, Adgnatus proximus familiam habeto *l. 195. §. 1. ff. eod.*

## SI OMISSA [a] SIT CAVSA [b] teſtamenti,

### Tit. XXXIX.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Ianuariæ.

SI in fraudē legatorū tranſmiſſam hæreditatem ad ſubſtitutū [c] probatura es: vtilis actio aduerſus eū cū quo fraudis conſiliū participatū eſt, ‖tibi‖ competit. Planè ſi pecunia [d] accepta omiſit [e] aditionē: legata & fideicōmiſſa prȩſtare cogitur. Accep. Kal. Octob. Fuſco & Dextro Conſſ. 226.

*Si hæreditas quæ adiri poterat repudietur in fraudem legatorum habet locum hoc edictum. Bald.*

2. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Victoriæ.

EVm qui cùm teſtamento poſſet obtinere hæreditatem, ab inteſtato ius ſucceſſionis voluit amplecti, libertatibus [f] eodē teſtamento datis obeſſe non poſſe, iam pridem placuit. Quod ſi cum iam neq; adiri ex teſtamento hæreditas, neque bonorum poſſeſſio peti poſſit, iudiciū defuncti non [g] vſurpabitur, ſed ad irritū iuris ratiōe reuocatū eſt: petitio relictorū nullo iure ꝓcedit. Si verò iure facto teſtamēto: ceſſante hærede ſcripto, alter ab inteſtato adijt hęreditatē: neque libertates [h] neque legata ex teſtamento poſſe præſtari, manifeſtū eſt. PP. Kal. Ian. Philippo A. & Titiano Conſſ. 246.

3. Impp. *Dioclet. & Maxim.* AA. & CC. Apro & Piæ.

SI Proculiana patri veſtro, cuius eſtis hæredes, teſtamento quid reliquit, & ſcripti iure ſecundùm eius iudicium, vel omiſſa cauſa teſtamenti ſucceſſerunt ab inteſtato: aditus competens iudex, quatenus legis Falcidiæ [i] modus patitur, vobis relicta reſtitui iubebit. Dat. 15. Kal. Ian. Sirmij, AA. Conſſ.

## DE INDICTA VIDVITATE [k], ET lege Iulia Miſcella [l] tollenda; †

### Tit. XL.

1. Imp. *Gordianus* A. Bono.

LEGATVM alij [m] ſub conditione ſic relictum, ſi vxor [n] nuptui ſe poſt mortem mariti non collocauerit [o], contractis nuptijs conditione deficit, ideoque peti nequaquam poteſt. PP. 13. Kal. Aug. Gordiano A. II. & Pompeiano Conſſ. 242.

*Lex Iulia Miſcella cum iuramento & cautione Mutiana, quæ præſtabatur, ceſſat. Salyc.*

2. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

AMbiguitates legis Iuliæ Miſcellæ generali lege tollentes, nullum concedimus fieri iuramentum ſecūdùm prædictam legem, ſed penitus ea vna cum Mutiana [p] cautione ſuper hac cauſa quieſcente, licere mulieribus etiam maritorum [q] ſuorum [r] interminatione ſpreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato ſacramento, procreandæ ſobolis gratia tantùm ad ſecundas migrare nuptias, pœna huiuſmodi ceſſante, ſiue habeat liberos ſiue non: & ea percipere †, quæ maritus dereliquit. Quorum omnium manifeſtiſſimum eſt, dominiū minimè eas liberis exiſtentibus habere, vſufructu [ſ] tantummodo

[a] 29. ff. 4. *adde* 44. *Eclog.* 26. Omittere eſt negligere iudicium defuncti, repudiare, abſtinere, ceſſare. [b] Cauſa teſtamenti, ipſum teſtamentū, ſeu hęreditas teſtamento delata. [c] *l. 1. ꝫ. de fideic omiſſ. libert.* Subſtitutus cui defertur hęreditas legata ſoluit. [d] *l. 3. 4. ff. eod.* [e] Tenetur, q̃ omiſit aditionem, licèt nō poſſideat. [f] *l. 22. ff. eod.* [g] nō inſuper habitum &c. Cuiac. 3. *obſ.* 22. *inf.* vbi notionē verbi inſup habere explicat. Inſuperhabere, vt idē author notat 11. *obſ.* 11. eſt παρορᾶν vel πλημμελεῖν. Nā & πλημμελήσει Hieronymus interpretatur, Inſuperhabebit: & eodem ſenſu Agelli⁹ 1. Eam confidentiam non inſuperhabē dā intelligit. & Symmach⁹ ſcribendi munus nō inſuperhabitum *his adde quæ dixi ad l. 43. inf. ff. de religioſ. l. 17. ff. de his quæ vt indign. adde alia ex Mureto 11. Variar.* 17. [h] *v. l. 17. ff. eo.* [i] Falcidia detrahitur, etiā quando legata ex hoc edicto debentur *adde l. 6. ff. eod.* [k] id eſt de legatis viro aut mulieri relictis ſub conditione viduitatis & cœlibatus. [l] de qua dixi ad Nouellā 22. *c.* 43. Cur ita dicitur? *v. l. 3. ꝫ. eod.* † id eſt de remittenda conditione viduitatis à teſtatore indictæ. Hodie non remittitur. *Nouell.* 22. *c.* 44. Huius ergo tituli interpretatio deſumenda eſt ex *d. c. 43. &* 44. [m] extraneo ſc. [n] mea. [o] id eſt, ſi vxor mea vidua permanſerit. hoc igitur innuit, ſi extraneo legauero ſub conditione, Si vxor mea vidua permanſerit, conditionē non remitti: quia nulla viduitas iniungitur *l. 74. ff. de cond. & demonſt.* aliud erit ſi vxori vel alij mulieri legauero ſub hac conditione, Si vidua permanſerit. Eo. n. caſu conditio remittitur *l. 2. ꝫ. de inſtit. & ſubſtit.* [p] *v. l. 3. ꝫ. eo.* [q] Quidam hinc colligunt, Legem Iuliam Miſcellam pertinuiſſe ad condiciones adſcriptas ſolius mariti teſtamento. Sed mercator 1. *Notar.* 2. ait etiā pertinere ad conditiones adſcriptas extranei teſtamēto. idq; euidenter ꝓbat ex Iuſtiniani Nouella 22. *c.* 44. *inf.* [r] Robertus hinc colligit, Legē Iuliā Miſcellā pertinere ad ſolas viduas. Mercator 1. *Notar.* 2. ait pertinere etiā ad virgines. eo ſenſu, multo magis remittendā conditionē cœlibatus aut viduitatis virginibus q̃ viduis. † Hodie mulieres nō poſſunt legatū accipere ſi nubant Nouell. 22. *c.* 44. [ſ] *l. 3. verſ. nec quicquā ꝫ. de ſecund. nupt.*

apud eos remanente, & ad liberos prioris tori proprietate eorum deferẽda, ſecundùm ea quę de ſecundis nuptijs, & lucris quę ex his mulieribus ‖obueniunt,‖ ſtatuta ſunt: ne ex neceſſitate legis & ſacramẽto colorato [a] periurium committatur. Cum enim mulieres ad [b] hoc natura progenuerit, vt partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc conſtituta ſit: quare ſcientes prudentéſque periuriũ committi patimur? Tale igitur iuramentũ conquieſcat, & lex Iulia Miſcella cedat cum Mutiana [c] cautione ſuper hoc introducta, à ‖noſtra‖ republica ſeparata. Augeri [d] etenim magis noſtram rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequẽtari, quàm impijs periurijs affici volumus: cum ſatis eſſe inhumanum videatur, per leges [e] quæ periuria puniunt, viam periurijs aperiri. Dat. X. Kal Mart. Conſtantin. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Auth. ex Nouell. 22. c. 43.*

*CVi relictum quid fuerit à coniuge, vel à qualibet perſona ne ſecundas ineat nuptias: intra annum quidem non petat, niſi ſpes nuptiarum deficiat: poſt annum verò capiat, præſtita cautione rei cum fructibus reſtituendæ, ſi contra fecerit. Pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis: pro mobili (ſi perſona ſit idonea) eadem ſit cautio: alioqui & fideiuſſor exigitur, ſi præſtari poteſt. Contractis nuptiis res data vindicari poteſt: quod ſic admittitur, ac ſi ei relictum vel ordinatum non eſſet.*

*Lex Iulia Miſcella correcta in muliere, eſt correcta in viro, & conditio in viduitate appoſita, ſi perſeuerantiam non requirit, eſt exſpectanda. Bald.*

5. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEgem Iuliam Miſcellam quemadmodum in fœminis ſuſtulimus, ita & in [f] maſculis eſſe ſublatam, pertinere quidem ad ſenſum noſtræ legis, quam ſuper hoc promulgauimus, non eſt incertum, ne tamen quædã ambiguitas ſimplices [g] animos moueat, etiam expreſſim ſancimus legem Iuliam Miſcellam & ſenatuſconſultum [h] quod circa eam factum eſt, nec non Mutianam cautionẽ, quæ ſuper talibus nuptijs introducta eſt, nõ ſolùm in fœminis, ſed etiam in maſculis ceſſare. Sed quia apud Vlpianum in libris Sabinianis inuenimus quædam verba, quæ effugiunt legis Miſcellæ obſeruationẽ: ne quis & ea ſublata eſſe putauerit, ſancimus, cum huiuſmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, *Si* [i] *vidua erit*, vel *quotiens vidua erit*, vel *cum vidua erit*: vel è contrario maribus, *Si amiſerint vxores*, vel *quando ad cœlibatum peruenerint*: non vetari ea vindicare, vel legitimo modo ſumere, quæ eis derelicta ſunt. Neque enim vt permaneant vel fœminæ in viduitate, vel maſculi in cœlibatu, videtur eſſe relictum: vt locum ante noſtram legem habeat lex Iulia Miſcella, quę iam perempta eſt: ſed cum primum hoc euenerit, ilico competat talibus perſonis eius quod relictũ eſt, perſecutio: quia ſub conditione relictum eſſe videtur, ſiue ſemel, ſiue in annos ſingulos hæc liberalitas fuerit cõſcripta, quaſi pro ſolatio ſuæ triſtitiæ [k]. Dat. Kalen. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

## DE HIS QVAE POENAE [l] NOMINE in teſtamento vel codicillis ‖ ſcribuntur vel ‖relinquuntur,

### Tit. XLI.

*Relictum vel in alium translatum pœnæ nomine, valet, niſi ob turpem cauſam vel impoſſibilem cõditionem relinquatur.*

1. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SVPERVACVAM obſeruationem veterũ ‖ legum, ‖ per quam teſtatorum volũtates ad effectum duci impediebãtur, amputamus, pręcipientes nullum valere dicendo pœnæ nomine quædam eſſe relicta [m] vel adempta in ſupremis teſtãtium voluntatibus, eas infirmare: ſed licere teſtanti pro implenda ſua voluntate vel pecunias dari præcipere, vel aliam pecuniariam pœnam inferre quibus voluerit tam in adimendis hæreditatibus vel legatis vel fideicommiſſis vel libertatibus, quàm in præcipiendo ad alias perſonas eas transferri ab eo cui relicta ab initio ſunt, vel aliquid ab eo dari, ſi minus diſpoſitionibus ſuis hæres vel legatarius vel libertate donatus paruerit. Quòd ſi aliquid facere vel legibus [a] interdictũ, vel aliàs probroſum, vel etiam impoſſibile [b] iuſſus aliquis eorum fuerit: tunc ſine vllo damno, etiam neglecto teſtatoris præcepto, ſeruabitur. Dat. Kal. Ian. Conſtantinop. Domino noſtro Iuſtin. A. PP. II. Conſ. 528.

[a] Ex colorato ſacramento periuriũ cõmittitur. [b] Mulieres ad id natura progenitę, vt partus edant. [c] v. l. 3. j. *eod.* [d] Rempublicã multis hominibus augeri intereſt. [e] Legibus via periurijs non aperitur cum periuria legibus ipſis puniantur. [f] Ideo lex Iulia Miſcella dici exiſtimatur, ꝙ pertineat tã ad mares, q̃ ad fœminas quib[us] viduitas iniũgitur *l. 79. in f. ff. de cõd. & demonſt. dixi plenius ad Nouell. 22. c. 43.* [g] vt alibi veteres animos & antiquos. [h] Senatuſcõſulta quæ circa eam facta ſunt *Cuia. hic* vt intelligas Pernicianum & Caluitianũ de quibus v. Vlpianum. [i] Conditio, Si vidua erit, Cum vidua erit, Si vxorẽ amiſerit, Cũ cœlebs erit, non remittitur: nec n. indicat viduitatem, ſed ſolatium viduitati præbet [k] Solatium. triſtitiæ. [l] v. 34. ff. 6: *Vlp. 24. §. 17: §. 36. Inſtit. de lega: l. 12. ff. de cond. & dem.* hoc tandem, conſtituit valere omnia quæ teſtamẽto vel codicillis pœnę cauſa relinquũtur, vt ſuprema voluntas teſtatoris potior ſit ratione iuris, niſi ſi quid teſtator fieri iuſſerit impoſſibile aut quaſi. [m] Relictũ vel adẽptũ pœnę nõine valet: niſi turpis vel impoſſibilis conditio adiecta ſit.

## DE FIDEICOMMISSIS [c],

### Tit. XLII.

1. Imp. *Antoninus* A.

SI probaueris Demetrium petijſſe [d] de matre heredéque ſua, vt tibi alimenta menſtrua & veſtiariũ annuũ præſtaret, eámque ſecutam voluntatem filij ſui per multum [e] temporis, id eſt, non minus in tali cauſa triennio [f], ea præſtitiſſe: vt in [g] futurum quoque ea præſtentur, & ſi qua in præteritum præſtita non ſunt, vt exoluantur, impetrabis. PP. 17. Kal. Sept. Duobus & Aſpris Conſſ. 213.

*Agnoſcens minus ſolennem voluntatem & ſoluens, non repetit. Bald.*

2. Idem A. Eupatrio.

ETſi inutiliter [h] fideicommiſſum relictum ſit: tamen ſi hæredes, comperta [i] voluntate defuncti, prædia ex cauſa fideicommiſſi auo tuo præſtiterunt [k]: fruſtra ab heredibus eius de ea re quæſtio tibi mouetur, cùm nõ ex ea ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia [l] relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactum eſſe videatur. PP. 6. Kal. Aug. Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

3. Idem A. Rufino.

CVm ſecundùm voluntatem defunctæ Chryſidem puellam ab hæredibus manumiſſam, cámque priuſquam ei reſtitueretur hæreditas [m] inteſtato vita functam proponas: ad manumiſſores [n] eius ſucceſſio pertinet. Qui ſi adierint eius hæreditatem: confuſis [o] actionibus, fideicommiſſo ſunt liberati. PP. V. Idib. Decemb. Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

4. Imp. *Alexander* A. Victorino.

VOluntas [p] patris prohibentis liberos fundos extra [q] familiam vendere, vel pignori dare, fratrem ſorori [r] donare [ſ] prohibuiſſe non videtur. PP. 5. Kal. Iul. Maximo II. & Aeliano Conſſ. 224.

5. Idem A. Reginæ.

SI frater tuus poſtquàm patri hæres extitit, pubes [t] iã ‖factus‖, ſine liberis deceſſit: ex pupillari ſubſtitutione tibi hæreditas eius delata non eſt. Sed [u] ſi verbis fideicommiſſi aliqua parte teſtamenti confirmata eſt: fideicommiſſum ab hæredibus petere non prohiberis. PP. 15. Kal. Feb. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

6. Idem A. Nilio.

PRædia obligata [x] per legatum vel fideicommiſſum relicta, hæres luere debet: maximè cum teſtator conditionem eorum non ignorauit. aut, ſi ſciſſet, legaturus tibi aliud, quod non minus eſſet, fuiſſet. Si verò à creditore diſtracta ſunt: pretium hæres exſoluere cogitur, niſi contraria defuncti voluntas ab hærede oſtendatur. PP. 16. Kal. Mart. Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

7. Idem A. Septimo.

VOluntatis [y] defuncti quæſtio in æſtimatione [z] iudicis eſt. PP. 15. Kal. Mart. Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

[a] Legibus interdicta, non natura, ſed iure impoſſibilia. [b] §. *vlt. in fin. Inſt. de legat.* [c] 30. 31. 32. ff. *eo. adde 2. Inſtit. 23.* [d] teſtamento ſcilicet, idq; per fideicommiſſum. [e] Multum tẽporis, triennium. [f] Triennio ſolutũ annuũ legatum in futurum perpetuo debetur *v. quæ dixi ad 28. s. de pactis: l. 6. ff. de vſur: adde l. 88. §. 5. ff. de legat. 2.* [g] v. *d. l. 28.* [h] Agnoſcens minus ſolennem voluntatem, & ex ea ſoluens nõ repetit. [i] comparata *Hal.* [k] voluntarię *l. 23. j. eod: l. 16. s. de teſta. l. 38. ff. de fidei commiſ. libertatib. l. 9. §. 5. ff. de iuris & facti ignor.* [l] Conſcientia relicti. [m] Fideicommiſſum vniuerſale trãſmittitur, licet non facta ſit reſtitutio. vt hinc conſtet pertinere etiam hunc titulum ad fideicommiſſa vniuerſalia. quod preterea euincitur lege 5. 12. 14. 15. 16. 30. & *vlt. j. eod.* [n] *l. 17. ff. de bon. liber: Inſtit. de ſucceſſ. libert.* [o] Debitori ſuccedente creditore, confunditur actio *l. 7. s. de pactis: l. 6. j. ad leg. Falcid. l. 95. §. 2. ff. de ſolutionib.* [p] v. *l. vlt. s. de reb. alienis.* [q] *facit l. vlt. s. de verbor. & rer. ſignif. l. 88. §. 6. ff. de legat. 2.* [r] Quod ſorori donatur, non alienatur extra familiam *d. l. vlt. in fin.* [ſ] ſi ita eſt, prohibitus alienare, poterit donare? non ita eſt. Nam de nuda donatione hîc non agitur, ſed de donatione facta ſorori. Perſona, non genus cõtractus huic conſtitutioni priuilegium facit: aliàs, nõ quemadmodum donare licet quod vendi poteſt *l. 163. ff. de reg. iur.* ita donare poſſumus quod vendere prohibemur. [t] Directa pupillaris expirat pubertate *adde l. 8. s. de impub. & aliis.* [u] Fideicommiſſaria ſubſtitutio non expirat pubertate. [x] hîc agitur de re obligata poſtea legata vel fideicõmiſſa, *vt & alibi l. 57. ff. de legat. 1: §. 5. Inſtit. de legat*: vt & in lege 3. s. *de legatis*: de re legata poſtea obligata. hoc tandem innuit, Res obligata, ſi à ſciente teſtatore relinquitur, hæres tenetur eam luere: aut eius loco pretium ſoluere. [y] *l. 15. j. eod: l. 95. ff. de leg. 3.* [z] *l. 12. inf. l. 69. inf. ff. de legat. 3. l. 168. inf. ff. de reg. iur.*

8. Idem

8. Idem Maſculo.

QVi fideicommiſſariam [a] libertatem meruit, legata ſeu fideicommiſſa à defuncto ſibi data ſuo iure perſequitur. P.P. 15. Kalend. Iun. Fuſco II. & Dextro Conſſ. 226.

*Quem non honoro grauare non poſſum. Bald.*

9. Imp. *Gordianus* A. Paulinæ.

AB eo qui [b] neque legatum [c] neque fideicommiſſum, neque hæreditatem vel mortis [d] cauſa donationem accepit, nihil per fideicōmiſſum relinqui poteſt. P.P. 17. Kal. Octob. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

10. Idem A. Firmo.

VErbum *volo* [e] licèt deſit: tamen quia additum perfectum ſenſum facit, pro [f] adiecto habendum eſt. 3. Id. Decemb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

11. Idem A. Papyriano.

QVotiens ab omnibus [g], qui alienatione facta ad fideicommiſſi petitionem adſpirare poſſunt, venditio celebratur, aut quibuſdam vendentibus alij cōſenſerint: [h] contractus auctoritas conuelli nequaquam poteſt. PP. 2. Kalend. Ianu. Gordiano A. II. & Pompeiano Conſſ. 242.

12. Impp. *Philippus* A. & *Philippus* C. Rufino.

POſt mortem ſuam rogatā reſtituere hæreditatē, defuncti iudicio, & [i] antequā fati munus impleat, poſſe ſatisfacere, id eſt reſtituere hæreditatē quarta parte vel retenta vel omiſſa, [k] ſi voluerit, explorati iuris eſt. PP. Id. Octob. Peregrino & Aemiliano Conſſ. 245.

*Inſtitutus non præſtat legata à ſubſtituto relicta. Bal.*

13. Iidem A. & C. Sempronio.

QVoties principali [l] loco hæres inſtitutus teſtatori ſuccedit: legata ſeu fideicōmiſſa à [m] ſubſtituto data poſci iure non poſſunt. PP. 8. Kal. Mart. Præſente & Albino Conſſ. 247.

14. Impp. *Valer.* & *Gallien.* AA. Falconi.

EAm [n] quā frater tuus inſtituerat, ſiue quæſita ſiue non quæſita hæreditate deceſſerit: cùm tamen ſimpliciter [o] antequam [p] duodecimum ætatis annum impleuiſſet, verbis precarijs [q] teſtamento facto nonnullos ei voluerit ſubſtitutos: nihil prohibet fideicommiſſum petere, vel ab ipſius hæredibus [r] ‖vel ab his‖ qui bona inteſtati tenent. [s] Tunc enim locū habet, quòd regulariter, [t] traditur, ea quę in teſtamēto relinquūtur, ſi ex teſtamēto non adeatur hęreditas, nō valere: cū verbis relicta ‖directis‖ adiri potuit hęreditas, nō cū illa ipſa ſic data eſt, vt eſſet ab inteſtato ſucceſſorib⁹ poſtulāda. Quod reſcripſimus ſequentes adſeuerationē tuā, quaſi ſcripta hęres nō fuerit iure adoptata. [u] alioquin ſi in familia relicta hæres facta deceſſerit: & conſequenter ipſius hęredes petitione fideicōmiſſi reſpōdere coguntur. PP. 14. Kal. Sept. Valeriano III. & Gallieno II. AA. Conſſ. 256.

*Qui vult antecedens, vult conſequens quod ſequitur ad illud, non ſolum ex ordine ſed ex ſenſu diſponentis. Bald.*

15. Iidem AA. Philocrati.

QVamuis ſimpliciter te ac fratrē tuum aliquis inſtituerit hæredes, eiuſq; hæreditatis commodum pater ex tua fratriſq; perſona pro portionibus veſtris poteſtatis ratione quæſierit: tamē quia inferioribus verbis teſtamenti vos ſui [x] iuris facere teſtator curauit, intelligi poteſt reſtituendæ hæreditatis commodo fideicōmiſſo patrem obſtrictum eſſe. PP. 6. Id. Octobr. Romæ Maximo II. & Glabrione Conſſ. 257.

16. *Carus, Carinus* & *Numeria.* AAA. Iſidoræ.

CVm virum prudentiſſimū Papinianum reſpondiſſe non ignoremus, etiā legata huiuſmodi fideicōmiſſo cōtineri, id eſt, vbi [a] hęres rogat⁹ fuerit quidquid ex hæreditate ‖ad eū‖ peruenerit, poſt mortē reſtituere: animaduertimus etiam præceptionis [b] compendium teſtatoris verbis comprehenſum eſſe [c]. Sanè quoniam in fideicommiſſis voluntas [d] magis quàm verba plerumque [e] intuenda eſt: ſi quas pro rei veritate præterea probationes habes ad cōmendandā hāc patris voluntatē, quā fuiſſe adſeueras, apud pręſidē ‖prouincię‖ experiri nō vetaris. PP. prid. Id. Nouemb. Caro & Carino AA. Conſſ. 283.

*Diſpoſitio liberationis de futuro inducit exceptionem [*] de præſenti. Bald.*

17. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. Fortunato.

SI creditoris voluntas iure ſubnixa liberari [f] te debito volentis doceri pōt: etiā antequā ſolēniter tibi liberatio à ſucceſſore pręſtetur, [g] exceptionē [h] tibi ex [i] volūtate defuncti deſcendentē competere, manifeſtū eſt. PP. 12. Kal. Maij, Maximo II. & Aquilino Conſſ. 286.

18. Iidem AA. Apolauſto.

CVm neceſſitatem reddendæ [k] rationis defunctus remittendam tibi eſſe petierit: manifeſti iuris eſt, voluntatem defuncti immutatam [l] eſſe debere. PP. Idib. Mart. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ.

19. Iidem AA. Ampliato.

CLari & aperti iuris eſt, in fideicōmiſſis poſteriores [m] voluntates eſſe firmiores. PP. 8. Id. Septembr. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ.

20. Iidem AA. Iuliano.

ETiam [n] à pupillorum tutoribus, velut ab ipſis [o] relicta fideicommiſſa debentur. PP. III. Non. Decemb. ipſis IIII. & III. AA. Conſſ.

21. Iidem AA. & CC. Tiberio.

SI in perſonam patris tui, cui te ſucceſſiſſe proponis, fideicommiſſi dies vtiliter [p] ceſſit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum [q] te natum ‖fuiſſe‖ probetur: vxorem patrui ‖tui‖, quem contendis rogatum fuiſſe patri tuo ſi ſine liberis deceſſerit, ab auo ‖tuo‖ relicta reſtituere: ſi ei ſucceſſerit, de fideicommiſſo conuenire debes. Nam ſi patrui etiam hæreditas tibi quæſita eſt: non de fideicommiſſo quærendum, ſed hæreditas ab ea vindicanda eſt. Dat. 6. Id. Feb. AA. Conſſ.

22. Iidem AA. & CC. Plautiano.

ET in epiſtola [r] vel libello vel ſine ſcriptura, immo etiam nutu [s] fideicommiſſum relinqui poſſe adhibitis teſtibus, nulla dubitatio eſt. Datum Idib. April. Byzantij, AA. Conſſ.

*Ex minus ſolenni voluntate non debentur fideicommiſſa, niſi per hæredē ſciēter fuerint agnita. Sal.*

23. Iidem AA. & CC. Stratonico.

SI [u] veritas vel ſolennitas [x] iuris deeſt, nec [y] amplexus parentis voluntatem relicta dediſti, vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus [z] promiſiſti, negotiúmque integrum eſt: abſolutionem vrgere non potes. Datum 5. Kal. Febr. AA. Conſſ.

24. Iidem AA. & CC. Menoſtrato.

INſtrumenta [a] prædiorum per fideicommiſſum relictorum, quæ ad probationem originis eorum

[a] Fideicōmiſſum relictū ſeruo, cui libertas eſt legata, cedit eo tēpore quo libertas. vt ita legatū nō ſit inutile *l.*91.§.2. ff. *de legat.* 1. *l.* 9. *l.* 19. ff. *de manumiſſ. teſtam.* [b] Quem non honoro grauare non poſſum *l.* 1. §. 17. ff. *ad Trebell.* [c] A legatarijs, fideicōmiſſarijs, donatarijs mortis cauſa legare & fideicommittere poſſumus: ijſdē poſſum⁹ ſubſtituere *l.* 50. *l.* 77. §. 32. ff *de legat.* 2. *l.* 36. §. 1. *l.* 77. ff. *de condit. & demonſt:* *l.* 10. ff. *de mort. cauſa donat.* [d] *l.* 8. §. 5. *inſi.* ff. *de trāſact.* *l* 77. §. 1. ff. *de leg.* 2. [e] *dixi ad l.* 4. §. 6. j. *de arbitris.* [f] Senſus intellectualis, orationis defectū ſupplet [g] Si alienationi conſentiūt hi quorū intereſt rē non alienari, alienatio reuocari nō poteſt *l.* 120. §. 1. ff. *de leg.* 1. *l.* 77. §. 27. ff. *de leg.* 2. 2. *No.* 159. *c.* 3. [h] Pacto vel conſenſu fideicommiſſum remitti poteſt. [i] Quod in diē debetur, ante diem ſolui poteſt *l.* 137. §. 2. *inf.* ff. *de verb. oblig.* [k] V. *l.* 9. j. *ad l. Falcid.* [l] Principe loco. ita legitur in vetuſtis *Cuiac.* 18. *obſ.* 9. vt in illo verſu, Lubrica per vacuū poſui veſtigia princeps. [m] Inſtituto adeunte, relicta à ſubſtituto non debentur *l.* 20. ff. *ſi quis omiſſa.* [n] σύλληψις pro *Ea quā.* de qua dixi ad *l.* 17. s. *ſoluto.* [o] id eſt generaliter. his verbis, ſi intra pubertatē decedat *Gouean.* 1. *Lect.* 1. [p] ſit hęc hypotheſis, Siue quæſita, ſiue nō quęſita hęreditate adoptiua mea intra pubertatē deceſſerit, hęreditatē Titio & Caio reſtitui volo. Quid iuris eſt? Quæſitā adoptiuę filiæ hęreditatē reſtituēt adoptiuę hęredes: nō quęſitā, legitimi teſtatoris hæredes. atq; ita legitimi hęredes rogari poſſunt. Alias interpretationes vide apud Alciat. 1. *Diſpūct.* 9. Duarenū 2. *diſpur.* 5. Gouean. 1. *variar.* 1. [q] Adoptiuis liberis ſubſtitui pōt pupillariter. [r] ſi adoptiuę quęſita fuit hęreditas. [s] ſi adoptiuę quęſita nō fuit hęreditas. [t] Nō adita hęreditate relicta nō valēt v. *l.* 12. §. 5. ff. *de bon. liber.* niſi teſtator voluerit relicta ſolui per hęredes ſuos ab inteſtato. [u] Iure nō adoptata, vt adoptata adire nō pōt *adde l.* 1. j. *de hæred. inſt.* [x] filium tuū hæredē inſtituo, ſi eum emancipaueris *vt l.* 70. *l.* 93. ff. *de condit. & demon.* Cuinam debetur hæreditas? An filio qui hęres inſtitutus eſt? an patri conditionem implenti? filio. Ideoque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de reſtituenda ei hęreditate, Salycet. vt qui antecedens voluerit, conſequens voluiſſe intelligatur *Bald.*

[a] Nota regul. [b] His verbis, quidquid ex hęreditate ad te peruenerit reſtituito, cōtinetur quoque pceptionis cōpendiū ſeu legatū: niſi cōtraria doceatur teſtatoris voluntas. idq; ita ſtatuitur ꝓpter verbū, *Quidquid, vt hic* Quod cū ita erit, Prælegata venient in fideicommiſſum. Idē dicēdū, ſi cohęres indefinitè portionē ſuā (nō hęreditariā tamē) reſtituere iuſſus ſit *l.* 5. §. 4. ff. *ad Trebel.* dixi nō hęreditariā, nā hęreditatis appellatione legatū nō cōtinetur *l.* 96. *inſi.* ff. *de leg.* 3. Ergo p̄legata ꝑpetuò ad ſubſtitutū deferūtur? nō ita eſt. deferuntur. n. in ſubſtitutione fideicōmiſſaria *vt hic*: at non in vulgari *l.* 32. *inf.* ff. *de legat.* 3. in donatione inter viuos *l.* 68 ff. *de legat.* 2: In iure ad ereſcēdi *l.* 18. ff. *de* *l.* 1. *l.* 75. *inf.* ff. *de leg.* 3. [c] Imo nō eſt. hæreditatis appellatione non continetur legatū *l.* 96. *inf.* ff. *de leg.* 3. [d] *l.* 7. s. *eo.* *l.* 23. s. *de leg.* *l.* 7. *inf.* ff. *de ſupellect.* [e] Hoc rectè additū eſt. Nā plerunq; ſola verba ſpectantur *l.* 19. *inf.* ff. *de vſufr. legato*: nonnunquā etiā vtrūq; conſideratur *l.* 67. *inf.* ff. *de leg.* 2. *l.* 52. §. 4. ff. *de leg.* 3. [f] Liberatione legata, debitori cōpetit actio & exceptio. [g] te agente ſc. *l.* 7. *inf.* ff. *de hæred. leg.* §. 13. *Inſt. de leg.* [h] *l.* 3. §. 3. *l.* 22. ff. *de liberat.* [i] *l.* 4. §. 10 ff. *de doli mali.* [k] Neceſſitas reddendæ rationis teſtamento remitti poteſt, *vt hic*: ſi tamen legatarius dolo quid adminiſtrauerit, nō ꝓdeſt ei liberatio *l.* 5 §. 7. ff. *de adminiſt. tut.* *l.* 9. *l.* 20. *inf.* *l.* 28. §. 9. ff. *de liberat.* [l] Immutilatā *Cuiac.* 18. *obſ.* 9. [m] V. *l.* 3 s. *de Codicil.* *l.* 87. ff. *de condi. & demon.* [n] *pars legis* 5. s. *de reb. credit.* [o] Relictū à tutore, intelligitur relictū à pupillo *d. l.* 5. *l.* 69. §. 2. ff. *de leg.* 2. [p] Aliud, ſi ei nō ceſſiſſet *l.* 67. *l.* 75. §. 1. §. 6 ff. *de leg.* 2. *l.* 4. ff. *de alimēt.* *l.* 3. j. *quādo dies leg.* *l.* *vlt.* s. *ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.* *l.* *vn.* §. 7. j. *de cadu.* [q] Si dies fideicōmiſſi cedit viuēte fideicōmiſſario, fideicōmiſſū trāſit ad ei⁹ hęredē, etiā tūc in rerū natura nō exiſtētē. [r] *l.* 1. s. *de codic.* *l.* 75. ff. *de leg.* 2. aliud in hęreditate *l.* 17. ff. *de iure codici.* [s] *l.* 32. j. *eo.* *l.* 5. j. *de ſc. Treb.* *l.* 5. §. 1. ff. *de re iudic.* [t] V. *l.* 21. ff. *de leg.* 3. *Vlp.* 25. §. 3. Nutu tamē poſſum⁹ iubere hęreditatē adiri *l.* 93. *ff. de adqui. hære.* *l.* 65. §. 3. ff. *ad Treb.* & ſi hęres nutu inſtitui nō poſſit *l.* 29. s. *de teſtā.* Quę nutu cōſiſtāt, aliàs dixi, *ad l.* 52. *inf.* ff. *de oblig.* [u] Ex min⁹ ſolēni volūtate nō debētur fideicōmiſſa, niſi p hęredē ſciēter fuerint adquiſita. [x] V. *l.* 29. j. *eo.* [y] Amplex⁹ volūtatē defuncti videtur, q legata tradidit, q trāſactiōis cauſa ꝓmiſit *l.* 2. s. *eo.* [z] Fideicōmiſſū in ſtipulationē deduci pōt *l.* 62. ff. *de condi. indebiti.* [a] Inſtrumēta emptionis p̄dij p fideicōmiſſum relicti, apud hęredē teſtatoris remanēt, p̄ſtita cautione de illis exhibēdis quoties fuerit neceſſe.

pertinent, hæredes præſtare neceſſe non habent, cautionem [a] tamen præſtare debent, quòd ſi opus fuerit, legatario ſeu fideicommiſſario, ipſa, ſi habeant, proferant [b]. Dat. Kal. Decemb. Sirmij, AA. Conſſ.

25. Iidem AA. & CC. Iulianæ.

HAEredum [c] etiam res proprias per fideicommiſſum relinqui poſſe, non ambigitur. Dat. 2. Kalend. Mart. CC. Conſſ.

*Repudiatio patris non nocet filio cui eſt legatũ. Salyc.*

26. Iidem AA. & CC. Fortunato.

EX repudiatione [d] fideicommiſſi, doli [e] mali exceptio iuſta cauſa intercedēte tunc opponitur, quãdo ipſe, cui fideicommiſſum relictum eſt, repudiatione vſus fuerit. Vnde cùm hoc non te, ſed [f] patrem feciſſe adſeueres, qui tibi nocere non potuit: nihil tibi obeſſe poteſt. Dat. 2. Id. April. Sirmij, CC. Conſſ.

27. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

FIdeicommiſſum eius qui reliquerat, pœnitentia [g] probata ſucceſſores nunqãm præſtare compelluntur. Datum V. Kalend. Octobr. Viminacij, CC. Conſſ.

28. Idem AA. & CC. Tiberio.

EX fideicommiſſo ſub conditione ſine [h] libertate ſeruis proprijs inutiliter dato libertas peti non poteſt. Datum 15. Cal. Nouemb. Trans mare, CC. Conſſ.

29. Iidem AA. & CC. Achilleo.

EX teſtamēto, quod iure [i] non valet, nec fideicommiſſum quidem, ſi nõ ab inteſtato [k] quoque ſuccedētes rogati probentur, peti poteſt. Dat. 8. Cal. Decemb. CC. Conſſ.

30. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prætorio.

CVm acutiſſimi ingenij vir, & meritò ante alios excellens Papinianus in ſuis ſtatuerit reſpõſis [l], ſi quis filium ſuum hæredē inſtituit, & reſtitutionis poſt mortem oneri ſubegit, non aliter hoc videri diſpoſuiſſe, niſi [m] cùm filius eius ſine ſobole vitam ſuam reliquerit: nos huius ſenſum meritò mirati, pleniſſimum ei donamus euentum: vt [n] ſi quis hæc diſpoſuerit, non tantùm filium hęredem inſtituens, ſed etiam filiam, vel ab initio nepotem vel neptem, pronepotem vel proneptem, vel aliam deinceps poſteritatē, & eam reſtitutionis poſt obitũ grauamini ſubiugauerit: non aliter hoc ſenſiſſe videatur, niſi ij qui reſtitutione onerati ſunt, ſine filijs vel filiabus, nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus fuerint defuncti: ne [o] videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere. Recitata ſeptimo [p] in nouo cõſiſtorio palatij Iuſtiniani. Dat. 3. Cal. Nouemb. Decio V. C. Conſ. 529.

*Legata & fideicommiſſa relicta à filio præterito, non debentur. Salyc.*

31. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

QVidam filium ſuũ à ſacris paternis remiſit, & poſtea teſtamento condito eum præterijt [q], nullo ei penitus relicto, alijs hæredibus derelictis. ipſum autem, quem neque hęredem, neque exhęredatum fecit, fideicommiſſo prægrauauit. quærebatur ſi vtile eſſet huiuſmodi fideicommiſſum. Tota igitur antiqua dubietate ſuper hoc exploſa, nobis in hoc caſu placuit, vt emancipatus (vtpote iniuria [r] à patre adfectus) non compellatur fideicõmiſſum à ſua perſona relictum pręſtare. Quod etiam in alijs perſonis quas exhęredari neceſſe eſt, locum habere cenſemus. Dat. Prid. Cal. Mart. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis, VV. CC. 531.

[a] Nota genus cautionis de quo dicam j. cod.

[b] id eſt exhibeant. *l.* 5. ff. *familiæ l.* 48. *in fi. l.* 52. *in fi. pr.* ff. *de act. empti.* Apud quem inſtrumenta emptionis eſſe debeant *l.* 7. s. *de edendo* V. *l.* 4. *in fine, familiæ. l. vlt.* ff. *de fide inſtrument. l. vlt.* ff. *de reb. auth. iud.*

[c] Res hæredum pignorare poſſumus, perinde ac proprias §. 4. *Inſtit. de legat.* § 1. *Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. l.* 67. §. 9. ff. *de lega.* 2.

[d] V. *l.* 38. *in fi.* ff. *de legat.* 1.

[e] Dolo facit, qui legatum petit quod iã repudiauit, *facit l.* 36. ff. *ad l. Aquil.*

[f] Repudiatio patris, filio non nocet V. *l.* 11. s. *de iure deliberandi.* V. *Hotoman.* 8. *conſil.*

[g] Pœnitentia fideicommiſſum reuocari poteſt. V. *l.* 3. *in fi.* ff. *de adimendis.*

[h] Seruis proprijs citra libertatis dationē fruſtra fideicommittimus. V. *l.* 4. s. *de legat. l.* 88. §. 13. ff. *de legat.* 2.

[i] *l.* 23. s. *eod. l.* 8. §. 1. s. *de codicillis: l.* 1. *in fin.* ff. *de hæredit. petit. l.* 4. *l.* 29. ff. *qui teſtam. l.* 11. §. 1. ff. *de fideicommiſſ.*

[k] Legata in teſtamento inualido non debentur, niſi fuerint repetita ab inteſtato *Salycet. adde l.* 13 ff. *de inoff.* ab inteſtato dari dicimus, ſi teſtamento clauſula codicillaris ſit iniecta V. *l.* 11. j. *de teſtam. manumiſſ. l.* 41. §. 3. ff. *de vulgari:* V. *in hunc locum Paponem* 20. *Areſt.* 1. *nu.* 5. [l] Id eſt libro nono reſponſorum, vti conſtat ex lege 102. ff. de condit. & demon. [m] Liberi grauati hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam, intelliguntur grauati ſi deceſſerint ſine liberis *d. l.* 102. *l.* 6. j. *de inſtit.* V. *Papon.* 20. *Areſtor.* 3. *numer.* 1. [n] Nota regulam. [o] Filio de reſtituenda hęreditate grauato, ſubintelligitur clauſula *Si deceſſerit ſine liberis*, vt eo caſu teſtator plus dixiſſe, minus ſcripſiſſe præſumatur, ne alioquin videatur alienos & extraneos ſucceſſores ſuis præpoſuiſſe V. *Alci.* 1. *præſump.* 9. [p] V. *quæ dixi ad l.* 30. s. *de iure dotium.* [q] Legata & fideicommiſſa relicta à filio præterito non debentur *l.* 2. ff. *de legat.* 3. dic idem à patrono præterito *l.* 31. §. 3 ff. *de fideicommiſſ. libert.* [r] Præteritio patris ignominioſa. Sic præteriti à cenſore Senatores, ignominioſi, V. *Feſtum in Præteriti in fi.*

*Vbi teſtator eſt confiſus de ſola fide hæredis, cogitur hæres ſoluere legatum: & negãs fideicommiſſum cogitur iurare vel ſoluere. Salyc.*

32. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

QVæſtionem ex facto emergentem reſecantes, & voluntati mortuorum proſpicientes, ſancimus, ſi ſine [a] ſcriptura & præſentia teſtium fideicommiſſo derelicto fideicommiſſarius elegerit: hæredis iuramentum, vel forſitan legatarij, vel fideicommiſſarij, quotiens ab eo relictum eſt fideicommiſſum, ſiue vniuerſitatis ſiue ſpeciale: neceſſe [b] habere hęredem vel legatarium ſeu fideicommiſſarium, priùs iureiurando de calumnia [c] pręſtito vel ſacramentum ſubire, & omni inquietudine ſeſe relaxare: vel ſi recuſandum exiſtimauerit ſacramentum, aut certam ‖partem vel‖ quantitatem manifeſtare fideicommiſſario derelictam noluerit, ſi forſitan maiorem fideicommiſſarius expetat: omnimodo exactioni fideicõmiſſi ſubiacere, & eum ad ſatisfactionem compelli: cum ipſe [d] ſibi iudex & teſtis inueniatur, cuius religio & fides à fideicommiſſario electa eſt, nullis teſtibus, nulliſque alijs aduentitijs probationibus requiſitis. Sed ſiue quinque ſint teſtes, ſiue minores, vel nemo: cauſam per illius ſacramentum vel dandum vel recuſandum ſuam habere tam firmitatem, quàm exactionem, ſiue pater ſit qui fideicommiſſum dederit, ſiue extraneus: vt æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cùm enim res per teſtium ſolennitatem oſtēditur: tunc & numerus [e] teſtium, & nimia ſubtilitas requirenda eſt. Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat per duos [f] fortè teſtes compoſitum teſtamentum [g], maiorem numerum teſtium expoſtulat: vt per ampliores homines perfectiſſima veritas reueletur. Cùm autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti lucratur, (& maxime ipſe hæres [h] cui ſumma auctoritas totius cauſæ commiſſa eſt) dicere compellitur veritatem per ſacramenti religionem: qualis locus teſtibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneã fidem decurratur, propria & indubitata ‖ fide ‖ relicta? cùm & in leges reſpeximus quæ iuſtis diſpoſitionibus teſtatorum omnimodo hæredes obedire [i] compellunt: & ſic ſtrictius cauſam exigunt, vt etiam amittere [k] lucrum hęreditatis ſanciãt eos, qui teſtatoribus ſuis minimè paruerint.

*Auth. ex Nouell. 1. cap. 1.*

*HOc amplius qui defuncti iudicium lege nõ repræſentatum monitus à iudice intra annum non implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eodem iudicio: hoc autem cum onere ſuo, danda ſuper hoc cautione, defertur primo ſubſtitutis, mox ordine ſeruato cohæredibus adeuntibus, vel generali fideicommiſſario, vel legatario ſoli, vel ex pluribus in parte potiori, vel ſpeciali fideicommiſſario, vel legatario maioris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in teſtamento donatis, prout quiſque eorum prior nominatus eſt: exhæredatis ne hic quidē reſpectis: poſtremo defertur extraneo vel fiſco.*

COMMVNIA DE LEGATIS, ET fideicommiſſis, & de in rem miſſione tollenda,

Tit. XLIII.

CVm hi qui legatis vel fideicommiſſis honorati ſunt, perſonalem actionem plerunque habere noſcãtur: quis vel vindicatiõis [l], vel ſinēdi [m] modo, aliorúmque [n] generum legatorum ſubtilitatem prono animo admittat, quam poſteritas optimis rationibus vſa nec facilè ſuſcepit, nec inextricabiles circuitus laudauit? quis in rem [o] miſſionis ſcrupuloſis vtatur ambagibus? Rectius igitur eſſe cenſēmus, in rem quidem miſſionem penitus aboleri: omnibus verò [g]

[a] Poteſt enim ſine ſcriptura relinqui *l.* 22. s. *eo.*

[b] Negans fideicommiſſum, cogitur iurare vel ſoluere. §. 12. *Inſtit. de fideicommiſſ.*

[c] Qui defert iuramētum, prius iurat de calumnia V. *l.* 1. s. *de iureiur. propter calum. l.* 9. s. *de rebus creditis. l.* 34. §. *quarto*, *l.* 37. ff. *de iureiurand. lege* 11. §. *primo*, §. *ſecundo*, ff. *rer. amotar.*

[d] Quoties de iudicãdi munere agitur ſimul nemo teſtis & iudex eſſe debet. Hæc tamen duo in eius perſonam cuius iureiurando res ab aduerſario cõmittitur, coire videntur, *adde Cuiac.* 12. *obſeruat. decimanona*, ideoque in cauſa propria poteſt quis eſſe teſtis & iudex conſenſu aduerſarij. *Baldus hic.*

[e] In his quæ teſtibus neceſſariò probari oportet, certus numerus & ſolemnitas exigitur.

[f] Teſtamētũ duobus tãtũ teſtibus pręſentibus cõpoſitũ quaſi falſum.

[g] Hanc vocem interpũgit editio Haloandri, probatur interpunctio à Cuiacio 18. *obſeruat. nona*, vt hic ſit ſenſus, Ne quid falſi teſtes fabricent & committant, (quod facilius ex cõpoſito facturi ſunt duo teſtes quàm plures) ideo plures teſtes deſiderari in fideicommiſſis, putà quinque, vt plures rem communicent, vti loquitur lex 32. ff. de furtis: vt efficiant voluntatem. *l.* 22. s. *de teſtam.* [h] Hæredi ſumma authoritas totius cauſæ commiſſa. [i] *Nouell.* 1. *c.* 1. *Nouell.* 48. *c.* 1. [k] tanquam indignos *Paul.* 3. *ſent.* 5. §. 10: *adde quæ dixi ad l.* 4. *Cod. de his quæ vt indign.* Hodie quidem amittit non tamen quaſi indignus. *Nouel.* 1. [l] *Vlp.* 24. § 3. §. 7. [m] *Vlp.* 24. §. 5. [n] putà ex damnatione, per præceptionem *Vlp.* 24. §. 2. §. 4. §. 6. §. 8. §. 11. [o] In rem miſſionis ſolennitas ſublata, *l. vlt.* §. 2. j. *eod.*

Legata fidei tam legatarijs quàm fideicommiſſarijs vnam [a] naturam imponere: & non [b] ſolum perſonalem actionem præſtare, ſed & in rem: quatenus eis liceat eaſdem res ſiue per quodcunque genus legati, ſiue per fideicommiſſum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione inſtituenda: & inſuper vtilem Seruianam, id eſt hypothecariam ſuper his quæ fuerint derelicta, in res mortui præſtare. Cum enim iam hoc iure noſtro increbuit, licere [c] teſtatori hypothecam rerum ‖ſuarum‖ in teſtamento quibus voluerit dare, & iterum nouellæ conſtitutiones in multis caſibus & tacitas [e] hypothecas introduxerunt: non ab re eſt etiam nos in præſenti [f] caſu hypothecariam donare ‖actionē,‖ quæ‖ etiam ‖ nonnullo verbo præcedente poſſit ab ipſa lege induci. Si enim teſtator ideo legata vel fideicommiſſa reliquit, vt omnimodo perſonæ ab eo honoratę ea percipiāt: apparet ex eius voluntate etiam præfatas actiones contra res teſtatoris eſſe inſtituendas, vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat: & præcipuè cùm talia ſint legata vel fideicommiſſa, quæ pijs [g] actibus ſunt deputata. Et hæc diſpoſuimus non tantum ſi ab hęrede fuerit legatum derelictum, vel fideicommiſſum: ſed & ſi à [h] legatario vel fideicommiſſario vel alia [i] perſona quam grauare fideicōmiſſo poſſumus, fideicommiſſum cuidam relinquatur. Cùm enim non aliter valeat, niſi [k] aliquid lucri adſerat ei à quo derelictum eſt: nihil eſt graue, etiam aduerſus eum, non tantum perſonalem, ſed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem in rebus quas à teſtatore conſecutus eſt. In omnibus autem huiuſmodi caſibus in tantum & hypothecaria vnumquemq; conueniri volumus, in quantum perſonalis actio aduerſus eum competit: & hypothecam eſſe non [l] ipſius hæredis, vel alterius perſonæ quæ grauata eſt fideicommiſſo rerum, ſed tātummodo earum quæ à teſtatore ad eum peruenerint. Data decimoquinto Kalend. Octobris Chalcedone, Decio viro clariſſimo Conſule. 529.

*Exæquata ſunt legata & fideicommiſſa verborum varietate reiecta. Salyc.*

2. Idem A. Iuliano P.P.

OMne [m] verbum ſignificans teſtatoris legitimū ſenſum legare vel fideicommittere volentis, vtile atq; validum eſt, ſiue directis [n] verbis, quale eſt *Iubeo* [o] fortè: ſiue precarijs vtatur teſtator, quale [p] eſt *rogo, volo, mando, fideicommitto*: ſiue iuramentum interpoſuerit: cùm & hoc nobis audientibus ventilatum eſt, teſtatore quidem dicente ἐνόρκῳ [q] partibus autē huiuſmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (ſecundum quod diximus) ex omni parte verborum non efficax voluntas, ſecundum verba legantis, vel fideicommittentis: & omnia [r] quæ naturaliter inſunt legatis, & fideicommiſſis inhærere intelligantur: & contra quidquid fideicōmittitur, hoc intelligatur eſſe legatum: & ſi quid tale eſt quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommiſſis accommodetur: & ſit omnibus perfectus euentus, & ex omnibus naſcantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus perſonales. vbi autem aliquid contrarium in legatis & fideicommiſſis eueniet, hoc fideicommiſſo quaſi humaniori aggregetur, & ſecundum eius dirimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimam voluntatē reprobari, ſed noſtro ſemper vtetur adiutorio. & quemadmodum viuentibus prouidimus, ita & morientibus proſpiciatur. & ſi ſpecialiter legati tātum faciat teſtator mētionem, hoc & legatū & fideicommiſſum intelligatur: & ſi fidei hæredis vel legatarij † aliquid committatur, hoc & legatum eſſe videatur. Nos enim non [s] verbis, ſed ipſis rebus leges imponimus. Data X. Kalend. Mart. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

[a] Legata fideicōmiſſis exæquātur *l.* 1. *ff. de legat.* 1.
[b] Legatario tres cōpetūt actiones, ex teſtamento, rei vindicatio, hypothecaria *l.* 2. *j. eo.* § 2. *Inſt. de legat. l. vlt.* § 2. *j. eod.*
[c] Teſtator res ſuas poteſt hypothecæ ſubiicere.
[d] *l.* 1. § 1. *ꝟ. de rei vxor. act.*
[e] *tit. j. in quib. cau. pign. tacitè.*
[f] Legatarijs competit tacita hypotheca in bonis teſtatoris.
[g] Legata pijs actibus deputata, fauorabilia.
[h] Ab hærede legatario, fideicommiſſario fideicommittere poſſumus *v. l.* 9. *j. de fideicom.*
[i] putà donatario mortis cauſa *dixi ad d. l.* 9. *adde l. vn.* § 7. *j. de caducis.*
[k] inutile eſt legatū, quod legatario nō prodeſt *v. d. l.* 9.
[l] *l.* 4. *ff. de ſeparationibus.*
[m] *l.* 21. *ꝟ. de legatis adde l.* 11 *ff. de leg.* 3.
[n] De directis & precarijs *dixi ad l.* 2. *ꝟ. de codicil. adde Cuiac.* 11. *obſ.* 25.
[o] Iubeo eſt verbum directum. non omnino tamen *j. eo.* ibi fortè quaſi diceret. de hoc verbo dubitari poſſe *v. Cuiac.* 11. *obſ.* 25. 17. *obſ.* 25.

[p] Verba precaria § *vlt. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicom. Vlp.* 25. § 2: *Paul.* 4. *ſent.* 1. § 6. [q] lege ἐνορκῶ, vnica dictione, quod interp̄tari poſſum⁹, adiuro, vel iureiurādo cōuenio, eadē forma qua ἐνορκῶ, id eſt, loquendo iuro. Eſt enim frequens teſtatori cum iuriſiurandi religione hæredes onerare legati aut fideicommiſſi præſtatione *l.* 77. § 23. *ff. de leg.* 2. *vt in* § 3. *ff. de iure fiſci.* Per deū rogo te & § 1. *Inſt. de fideicom. libert.* Per ſalutē Principis: vt malè Alciatus 4. *diſpunct.* 12. exemplū ponat hoc modo, Iuro, me daturū 100. Nā ex hac ſcriptura, neq; legati, neq; fideicōmiſſi petitio eſt. Et hoc quoq; perperā Accurſi⁹, Si hæres iurauerit ſe daturū. Nā hæc cōditio iure remittitur. *v. Cuiac.* 16. *obſ.* 25. [r] *l.* 1. *ff. de legat.* 1. § 3. *Inſt. de legat.* † olim à legatario legari nō potuit, à fideicommiſſario potuit. *Gaius* 2. *tit.* 7. § 4. *Vlp.* 24. § 20. [s] Non verbis, ſed rebus leges imponuntur *l.* 3. *j. de liber. præteritis. l.* 1. *j. de Latina libertate*; *l.* 3. § 9. *ff. de adimend.*; *l.* 9. *j. quæ res pignori.*

*Vbi plures, quibus optio eſt relicta, diſcordant in eligendo, ſorte dirimitur. Bald.*

3. Idem Auguſt. Ioanni præfecto prætorio.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus fortè optio ſerui vel alterius rei fuerit relicta, vel ‖ſi‖ vni quidem legatario optio ſerui vel alterius rei relicta eſt, ipſe autem moriens plures ſibi reliquerit hæredes: dubitabatur inter veteres ſi inter legatarios, vel hæredes legatarij fuerit certatum, & alter alterum ſeruum, vel alteram rem eligere velit, quid ſit ſtatuendum. Sancimus itaque in omnibus huiuſmodi caſibus rei iudicem fortunā eſſe & ſortem [a] inter altercantes adhibendam: vt quem ſors prætulerit, is quidem habeat poteſtatem eligendi, cæteris autem æſtimationem præſtet contingentium eis partium: id eſt, ſeruis quidem & ancillis maioribus decē annis, ſi ſine arte [b] ſint, viginti [c] ſolidis æſtimandis: minoribus verò decem annis, non amplius quàm in decem ſolidos computandis. ſin autem artifices ſint: vſque ad triginta ſolidos æſtimatione eorum procedere, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint: exceptis notarijs, & medicis vtriuſque ſexus: cum notarios quinquaginta ſolidis æſtimari velimus, medicos autem & obſtetrices [d] ſexaginta. Eunuchis [e] minoribus quidem decem annis vſque ad triginta ſolidos valentibus: maioribus verò vſque ad quinquaginta, ſin autem artifices ſint, vſque ad ſeptuaginta.

1 ❡ Sed & ſi quis optione ſerui vel alterius rei reliquerit non ipſi legatario, ſed [g] quem Titius fortè elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, ‖vel non potuerit,‖ vel morte fuerit præuētus: & in hac ſpecie dubitabatur apud veteres quid ſtatuendum ſit: vtrumne legatum exſpiret, an aliquod ei inducatur adiutorium, vt viri boni arbitratu procedat electio. Cenſemus itaque, ſi intra annale tēpus ille qui eligere iuſſus eſt, hoc facere ſuperſederit, vel minimè potuerit, vel quandocūque deceſſerit: ipſi legatario videri eſſe delatam electionem: ita tamen, vt [h] non optimum ex ſeruis, vel alijs rebus quidquam eligat, ſed mediæ æſtimationis: ne dum legatarium ſatis eſſe fouendum exiſtimamus, hæredis commoda defraudentur.

2 ❡ Sed quia noſtra maieſtas per multos caſus legatarijs & fideicommiſſarijs proſpexit, actioneſque tam [i] perſonales, quàm in rem & hypothecarias dedimus, & in [k] rem miſſionis tenebroſiſſimus error abolitus eſt: & ad hāc legem peruenimus. Nemo † itaque ‖hæres‖ ea quæ per legatum vel purè vel ſub certo die relicta ſunt, vel quæ reſtitui alijs diſpoſita ſunt, vel ſubſtitutioni ſuppoſita, ſecundum veterem diſpoſitionem putet in poſterum alienanda [l], vel pignoris vel hypothecæ titulo adſignanda, vel mancipia manumittenda: ſed ſciat ‖hoc‖ quod alienum [m] eſt, non ei licere, vt pote ſui patrimonij exiſtens, alieno iuri applicare: quia ſatis abſurdum eſt, & irrationabile, rem quam in ſuis bonis purè non poſſidet, eam ad alios poſſe transferre, vel hypothecæ pignoriſve nomine obligare vel manumittere, & alienam ſpem decipere.

[a] Vbi plures quibus optiō eſt relicta, diſcordes ſunt in eligendo, ſorte res dirimitur *vt hic*: & § 23. *Inſtit. de legat.* vt & alijs caſibus; putà ſi de deponendis apud aliquē inſtrumentis *l.* 5. *inf. ff. familiæ*: de diuiſione bonorum inter cohæredes facienda agitetur *l.* 2. *j. quando & à quibus quarta pars lib.* 10: ſi dubitatur quínam priores cauſam dicere debeant *l.* 14. *ff. de iudicijs*: ſi de ſeruis manumittendis *l.* 24. § 17. *ff. de fideicommiſſ. hæred.*: aut de liberis diuidēdis quæſtio ſit *Nou.* 162. *c.* 3. *in f.* Olim quoq; ſortitione dabantur iudices. Contrà, epiſcopus ſortibus eligi prohibetur, *l.* 47. *ꝟ. de epiſcop.* His adde Mynſinger. 4. *obſ.* 37. vbi quærit, quomodo diuiſionē inter fratres fieri oporteat, An ſorte, An potius diuiſio ſeniori fratri cōmittenda ſit, electione iuniori data. [b] Qui ſine arte ſunt, ſerui maiores 10. annis 20. ſolidis æſtimantur: minores 10. annis, 10. ſolidis: Notarij, 50. Medici & obſtetrices 60: reliqui artifices 30. Eunuchi minores decem annis, 30: maiores annis 10 ſine artificio, 50: cum artificio 70. [c] De prædio communi ſeruorum dicam ad *l.* 1. § 5. *j. de comm. ſeru. man.* [d] Hic locus pertinet ad medicorum commendationem, quòd plurimum æſtimentur. Nam quòd minus hic æſtimentur quàm Eunuchi, vitium temporis fuit, non artis. *adde Forner.* 2. *ſelect.* 8. Poſſis & hinc obiter etiam colligere, Seruos medicinam exercuiſſe, qui tamē teſtes *l.* 20. § 7. *ff. qui teſtam.*: & tabularij *l.* 3. *j. de tabulis*: patroni cauſarum *arg. l.* 2. *ꝟ. de poſtulando*: & iudices eſſe non poterant *l.* 3. *ff. de off. prætor.* Puto id medices vſui neceſſario datum fuiſſe, cùm & alias mulieres medicæ eſſe poſſint *l.* 2. *j. de comm. ſeruo.* An ſerui epiſcopi, clerici & monachi eſſe potuerint. vide Nouel. Leonis 9. 10. 11. De ſeruis plura dixi *ad l.* 3. *in fin. ff. de cap. minut.*: *l.* 32. *l.* 209 *ff. de regu. iur.* [e] De obſtetricibus medicis *adde l. penul. ꝟ. de poſth. hæredib.*: *l.* 9. *ff. ad legem Aquiliam.* [f] Eunuchorū pretia *adde tit. ꝟ. de Eunuchis.* [g] Quoties optio rei legatæ cōmittitur tertio: illo non eligente intra annum, vel morte præuento, electio transfertur in legatarium *vide l.* 28 *ff. de condit. & demonſtr.* [h] Legatarius eligere non debet rem optimam, ſed modicæ æſtimationis *l.* 37. *ff. de legat.* 1. [i] *l.* 1 *l.* 2. *ꝟ. eodem.* [k] *dicta lege prima*: *Nouell.* 39. *in princip. Paulus* 4. *ſentent.* 1. § 15. In rem miſſio fiebat fideicommiſſorum nomine, hęrede non exiſtente ſoluendo aduerſus extraneos poſſeſſores rerum hęreditariarum. † Rei reſtitutioni ſubiectæ purè, vel certa die alienatio, pignoratio & manumiſſio, non tenet ipſo iure *vt hic*: niſi certis caſibus iure nouo, *Authentica proxima infra eodem*: *Nouella* 39. *capite primo*, [l] *adde l.* 15. *ff. de rebus dubijs*: *l.* 70. *ff. ad Trebellian.* [m] *vide j. de rebus alienis.*

1 ¶ Sin autem ſub [a] conditione vel ſub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicommiſſum vniuerſitatis, vel ſpeciale, vel ſubſtitutione, vel reſtitutione: melius quidē faciet, ſi & in his caſibus caueat ab omni venditione, vel hypotheca ne ſe grauioribus oneribus euictionis nomine ſupponat. Sin autem auaritiæ cupidine propter ſpem cōditionis minimè implendæ, ad venditionem, vel hypothecam proſiluerit: ſciat quod conditione impleta ab initio cauſa in irritum deuocetur: & ſic intelligēda eſt, quaſi nec ſcripta nec penitus fuerit celebrata: vt nec vſucapio, nec longi temporis præſcriptio contra legatarium vel fideicommiſſarium procedat. Quod ſimiliter ‖obtinere‖ cenſemus in huiuſmodi legatis ſiue pure, ſiue ſub die certo ſiue ſub cōditione, ſiue ſub incerta die relicta ſint. Sed in his omnibus caſibus legatario quidem vel fideicommiſſario omnis licentia pateat rem vindicare, & ſibi adſignare nullo obſtaculo ei à detentatoribus opponendo.

*Authent. ex Nouell. 39. c. 9.*

*Res quæ ſubiacent reſtitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed ſi [b] liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam cauſam alienare vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, his quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus.*

*Finis Authenticæ.*

*Sequitur textus legis Codicis.*

4 ¶ Emptor autem ſciens [c] rei grauamen aduerſus venditorem actionem habeat tantum ad reſtitutionem pretij, neque duplæ ſtipulatione neque melioratione [d] locū habente: cùm ſufficiat [e] ei ſaltem pro pretio, quod ſciens dedit pro aliena re, ſibi ſatisfieri. Creditori nihilo minus pignoratitia contraria actione aduerſus debitorem competente: vt ex omni parte omnique ſtudio id quod ſemper properamus ad effectum perducatur, & vltima [f] elogia defunctorum legitimum finem ſortiantur, bonæ [g] fidei proculdubio emptoribus integra iura, & nullo modo ex hac conſtitutione deminuta, contra venditores habētibus. Dat. Kalend. Septemb. Conſtant. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

[a] Res ſub cōditione, vel ſub die incerta reſtitutioni obnoxiæ, poſſunt interim alienari vel obligari: ſed tamen adueniēte caſu reſtitutionis, fingitur retro nulla alienatio vel obligatio *d. l. 15: l. 17. ff. quibus modis vſusfr.*

[b] Res quę ſubiacent reſtitutioni poſſunt hodie certis caſib⁹ perpetuò alienari *v. in hanc authent. Rolan. à Valle 1. conſil. 85. num. 5. & ſequen.*

[c] Scienter emens rem reſtitutioni ſubiectā, re euicta, habet actionē ad precium tātum nō ad duplū etiāſi duplū promiſſum fuerit.

[d] Qui rem alienam ſciēs cōparat, meliorationes factas amittit.

[e] quaſi diceret, potuit ſummo iure pretiū ipſum quoque amittere.

[f] Vltima elogia legitimū finem ſortiri debent.

[g] Bonæ fidei emptor re euicta nedum duplam promiſſam recipit ſed ipſas quoque meliorationes.

## DE FALSA [h] CAVSA [i] ADIECTA legato vel fideicommiſſo,

### Tit. XLIIII.

1. Imp. *Antoninus* A. Septimo.

VERBA teſtamenti quę inſeruiſti, aut ſolutā [k] pecuniam debitā teſtatori declarant, aut voluntatem eius liberare volentis debitorē maniſeſtè oſtendunt. Et ideò aut peti quod [l] ſolutū eſt, nō poteſt: aut ex cauſa fideicommiſſi, vt debitor liberetur, agendum eſt: niſi [m] liquido poſtulari poſſit cū non liberari debitorē voluiſſe, ſed errore [n] lapſum ſolutam ſibi pecuniam exiſtimaſſe. PP. 7. Cal. Maij, Antonino A. IIII. & Balbino Conſſ. 214.

2. Imp. *Alexander* A. Fauſtinæ.

ETiam ſi veritas debiti [o] non ſubeſt, falſa tamen demonſtratio [p] non perimit legatum: & ex teſtamento eius quoque nomine competit actio. PP. 7. Id. Nouemb. Alexandro A. Conſ. 223.

*Si maritus legat dotem vxori certa quantitate non expreſſa, oportet vxorem probare numerationem. Salyc.*

3. Idem A. Verinæ.

SI non [q] deſignata certa quantitate dotem tibi legauit maritus, ſed quodcūq; ad eum dotis nomine perueniſſet, peruenturúmve eſſet, & id ex teſtamēto petis: neceſſaria probatio eſt numeratæ pecuniæ. Quod ſi quantitatem [a] expreſſerit, debetur [b]. & ſi in dotem datum non [c] eſt: quaſi aliud legatum, non eo iure quod dos, fungitur. PP. Non. Maij, Maximo II. & Aeliano CC. Conſſ. 224.

[h] Falſa cauſa legandi, legata non vitiat *l. 12. l. 17. §. 2: l. 72. §. 6. ff. de cond. & dem. §. 31. Inſt. de legat: Vlp. 24. §. 19.* niſi probetur, teſtatorem, ſi ſciuiſſet cauſam falſam non fuiſſe relicturum *vide Vuormſerum 1. practic. 39. obſeru. 20.* [i] *adde 35. ff. 1:* Cauſa, eſt ratio legandi præteritum aliquid præſupponens *lege duodecima in fine, ff. de cond. & demon.* Quatuor hæc ſeparantur. Condicio, Demonſtratio, Cauſa, Modus, *αἵρεσις, δήλωσις, αἰτία καὶ τρόπος 44. Eclog. 29.* [k] His verbis, *Soluta eſt mihi pecunia,* liberatio relinquitur *l. 4. §. eod: v. l. 31. ff. de liberat. legat.* [l] Quod ſolutū eſt, peti non poteſt. [m] aliàs præſumitur pro qualibet diſpoſitione *vide Alciat. 3. præſump. 21.* [n] Erronea teſtatoris confeſſio non nocet. [o] Demonſtratio ea fuit. Decem quæ Titio debeo. [p] *l. 3. l. 5. §. eod: l. 17. l. 33. ff. de cond. & demonſt. § 30. Inſtit. de legat. Vlpian. 24. §. 9.* [q] Si dos incerta ſimpliciter vxori prælegatur, vxor dotis quantitatem probare debet: aliàs legatum eſt inutile: ſi certa, non debet, eſtque remiſſo probationis onere legatū vtile *vt hic: & §. 15. Inſt. de legat: l. 6. ff. de dote prælegata.*

4. Imp. *Gordian.* A. Alexandro.

SI dotem (vt proponis) defuncta [d] in matrimonio vxore tua patri [e] eius reddidiſti, vel etiam ea non reddita, teſtamenti verbis (vt adſeueras) munitus es, quibus ſe recepiſſe [f] dotem vniuerſam quondam ſocer tuus ſignificauit: ne hoc nomine conueniaris, ſolicitè agere nō debes: cùm aut ſoluta dote, nulla ſuperſit actio: aut non reddita, aduerſus petentem iuxta defuncti voluntatem parata ſit exceptio. PP. 15. Kal. Iun. Sabino II. & Venuſto CC. Conſſ. 241.

*Si legatur dos facta relatione ad inſtrumentum dotis, nihil aliud requiritur, niſi quod inſtrumentum loquitur. Bald.*

5. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. & CC. Seueræ.

REfert [g] largiter ‖an‖ dotē tibi reddi maritus an quę [h] inſtrumento dotali conſcripta ſunt, legati ſeu precarijs verbis ſtatuit: quippe ‖cum‖ ſuperiore quidē caſu datum probanti repeti tantum, poſteriore verò nihil [i] nocente falſa demonſtratione ‖quod‖ ſignificatum ‖eſt‖ inſtrumento, poſtulari poſſit. Script. 14. Kalend. Decembr. CC. Conſſ.

## DE HIS QVAE SVB MODO [k] legata vel fideicommiſſa relinquuntur,

### Tit. XLV.

1. Imp. *Antoninus* A. Saturninæ.

IN legatis quidem & fideicommiſſis etiam modus adſcriptus pro [l] conditione obſeruatur [m]. Sed ſi per te non ſtat quo minus volūtati teſtatoris pareas, ſed per eum cui [n] nubere [o] iuſſa es, quo minus id quod tibi relictum eſt, obtineas, non oberit. PP. 5. Kal. Ian. Gentiano & Baſſo Conſſ. 212.

2. Imp. *Gordianus* A. Ammonio præfecto prætorio.

EX [p] his verbis, *Titio decem millia, vel inſulam relinquo, ita vt [q] quinque millia ex his, vel eandem inſulā Mænio reſtituat:* licet antea [r] neque legati neque fideicommiſſi petitio naſcebatur, tamen in libertate [s] à diuo Seuero hoc admiſſum eſt. Sed & in pecuniarijs cauſis [t] voluntatis tuendę gratia non immerito recipiendum eſt, vt etiam ex huiuſmodi verbis, ſiue [u] ad conditionem, ſiue ad modum reſpiciant, ſiue ad dandum vel faciendum aliquid: fideicommiſſi actio omnifariam naſcatur, videlicet in [x] conditionibus poſt exitum earum. Sin verò legato aut fideicommiſſo relicto, teſtator legatarium ſeu fideicommiſſarium prohibuerit, vel hæredem ſuum, vel aliū quendam debitum exigere: habet debitor aduerſus legatarium ſeu fideicommiſſarium agentem, vſque ad quantitatem ‖relicti, ſiue‖ fideicommiſſi, ſiue legati exceptionem [y]. PP. 6. Idus Aug. Sabino II. & Venuſto Conſſ. 217.

## DE CONDITIONIBVS [z] INSERTIS [a] tam legatis quàm fideicommiſſis & libertatibus,

### Tit. XLVI.

*Conditio, ſi quis deceſſerit ſine liberis, deficit ex mente ſolum vno nepote ex filia exiſtente. Salyc.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Claudiæ.

CVM teſtatorem fideicommiſſum Tralliano [b] ab eo, quem pro parte hæredem inſtituerat, ita reliquiſſe proponas, ſi [c] ſine liberis inſtitutus diem obijſſet: iſque nepotem, quem ex filia ſuſce-

[a] Demonſtratio ea fuit, Decē quę in dotem accepi: [b] Imò nō debetur *l. 1. §. 7: ff. de dote prælegata.* [c] Falſa demonſtratio his verbis innuitur *de qua v. l. 2. §. eod.* [d] Mortua filia in matrimonio, dos patri, eiúſve hæredibus reddi debet. [e] Pater liberationem dotis legare poteſt [f] His verbis liberatio relinquitur, *vt l. 2. §. eod.* [g] Si legatur dos, facta relatione ad inſtrumētū dotis, ſtatur inſtrumento: ſi ad dotē, inquiritur veritas. [h] Demonſtratio ea fuit, Quæ inſtrumento dotali cōſcripta ſūt do lego. [i] *l. 2. §. eodem. l. 75. §. 1. ff. de legat. 1. l. 33. ff. de condit: & demonſt.* [k] *adde 35. ff. 1.* Modus eſt finis propter quē legatur, vel cauſa legandi collata in futurum. [l] Modus eſt quaſi conditio. & ita ſæpius appellatur *l. 8. §. 7. ff. de conditionibus inſti: l. 21. §. 3. ff. de annuis: l. 71. §. 1. l. 108. ff. de cōdi. & demōſt. l. 3. inf. l. 4. ff. de donationibus.* Non eſt tamen propriè conditio *l. 17. §. 2. l. 44. inf. ff. de manumiſſ. teſt. ā.* Modus eſt, cū ita legamus vti aliquid fiat *l. 2. §. eo: l. 17. inf. ff. de cond. & demōſt.* [m] id eſt impleri debet, quemadmodum & conditio. [n] *l. 31. ff. de condit. & demonſt.* [o] modus is fuit, vt Saturnia nuberet Titio. [p] *v. in hanc leg. Cuiac. 14. obſ. 25.* [q] nota genus modi. [r] olim ex modo non oriebatur actio, hodie oritur. [s] finge ita legatū fuiſſe, vt ſeruum manumitteres *vt l. 48. ff. de fideicōm. liber.* [t] quod olim nō fuit. [u] *l. 21. § 3. ff. de annuis.* [x] *v. Cuia. d. loco.* [y] Pro legatis ſub modo relictis competit actio & exceptio. [z] 35. ff. 1. [a] incertis *Hal.* [b] Trallianis *Hal.* [c] Si Titius ſine liberis deceſſerit, partē hæreditatis Trallianis reſtituito. Titius nepotē ex filia heredē inſtituit. num debetur Trallianis fideicommiſſum? non debetur. Nec enim decedit ſine liberis, qui nepotem ex filia relinquit hæredem. *facit l. 48. ff ſoluto.*

lia ſuſceperat, hæredem inſtituerit: conditionem adſcriptam fideicommiſſo defeciſſe, manifeſtum eſt: niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur. P.P. Non. Decem. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

*Argumentum à contrario ſenſu nõ ſumitur, Vbi reſultat prauus intellectus contra legem. Bald.*

2. Iidem AA. Galliano.

CVm patremfamilias fideicommiſſi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cauere præcepiſſe proponas, ſi [a] a marito non [b] diuertiſſet: iuriſdictionis [c] originem perinde ſeruari æquum eſt, ac ſi nihil ſuper ea re ſcriptum fuiſſet. Nec [d] exemplum legati, vel hæreditatis, in quibus conditio diuortij nonnunquam remitti ſolet, huic rei comparandum eſt: cùm abſurdum ſit ideo perpetui edicti negligi formam, quia patris ſui voluntati nõ obtemperatur. P.P. Antiochiæ, 11. Kal. Aug. Antonino A. II. & Geta II. Conſſ. 206.

3. Imp. *Antoninus* A. Aurelio militi.

SI ea conditio Aulazanus [e] legata teſtamento præſtari voluit, ſi cum focaria [f] ſua matréque eius moraretur, & per eum ſtetit, quo minùs voluntati teſtatoris parêret: cùm ‖ſua‖ ſponte ſcripturæ teſtamenti non [g] obtemperauerit, ad petitionem non admittitur. P.P. 6. Idus Iul. Læto II. & Cereale Conſſ. 216.

4. Imp. *Alexan.* A. Liciniæ.

LEgatum ſiue fideicommiſſum à patruo tuo relictum tibi ſub conditione, ſi [h] filio eius nupſiſſes: cum mortuo [i] filio, priuſquam matrimonium cum eo cõtraheres, conditio defecerit: nulla ratione deberi tibi exiſtimas. P.P. Kal. Dec. Alex. A. II. & Marcello Conſſ. 227.

5. Impp. *Diocl. & Maxim.* AA. & CC. Fauſtino.

SI vxorem tuam tempore [k] nuptiarum in [l] patria poteſtate fuiſſe monſtretur: fideicommiſſi commodũ ei relictum, cùm [m] nupſerit: nullo alio diem eius cedere prohibente, patri quæſitum non ambigitur. Quod ſi a patre ante nuptias emancipata fuerit, ac poſtea deceſſerit, ſuperſtite patre & marito ac liberis: actionem fideicõmiſſi ſibi competentem ad hæredes ſuos tranſmiſit. S. 6. Kalen. Februa. Sirmij, Cæſaribus Conſſ.

*Impletio conditionis nõ prodeſt niſi implenti. Bald.*

6. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

SI plures perſonæ vnam conditionem implere fuerint iuſſæ: apud Vlpianum dubitabatur, vtrũmne omnes ſimul eandem facere debeant, an ſinguli quaſi ſoli implere eam compellantur. Videtur autem nobis vnumquemq; [n] neceſſitatem habere conditionẽ implere, & pro portione ſibi contingente accipere quicquid ex hoc commodi eſt: vt hi quidem, qui compleuerint iuſſa, ad lucrum vocentur: qui autem neglexerint, ſibi imputent ſi ab huiuſmodi commodo repellantur. Dat. 3. Kal. Aug. Conſtantin. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. 531.

*Iuſſus liber eſſe ſi certũ quid hæredi dederit, illo pereunte caſu fortuito, ſtatim liber efficitur, & pro re perempta ad æſtimationem tenetur. Salyc.*

7. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm quidam teſtamento condito libertatem ſeruo ſuo dereliquit ſub conditione, ſi ſuo hæredi certum numerũ ſolidorum præſtaret, vel aliam quandã ſpeciẽ, vel vicarium ſeruum, ille autem ſeruus non in eodem [o] loco conſtitutus vbi etiam hęres fuerat, herili teſtamento cognito properabat ad hæredẽ cum ipſo, ꝗ iuſſus erat dare hæredi, ſed in medio latronũ vel hoſtium incurſione, ‖ vel alio fortuito caſu‖ peremptũ eſt, quod portabat: quærebatur inter antiquos, ſi præpediretur libertas, quia hoc dare ſeruus non poteſt propter memoratum fortuitum caſum. Itaq; veterũ dubietate quieſcente, nobis placuit, vt & libertas omnimodo competat, & commodum quod hæredi vel extraneo relinquitur, non [a] abſtrahatur. Ex quacunque igitur cauſa impediatur, ſiue per hæredẽ, ſiue per eum cui dare‖aliquid‖ iuſſus eſt, ſiue per fortuitos caſus: in libertatem quidem ipſe omnimodo perueniat, niſi ipſe ſeruus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen conſtituatur poſt libertatem hæredi, vel ei cui dare aliquid iuſſus eſt, (niſi [b] & ipſe oblatas pecunias non ſuſceperit. quod enim ſemel [c] repudiatum ab eo eſt, redintegrari minimè concedimus) quatenus hoc quod dare iuſſus eſt, omnimodo implere compellatur: vel ipſo mancipio ‖præſtando‖ ſi exiſtat: vel [d] in æſtimatione eius non amplius quàm in quindecim [e] ſolidos computanda: vel in alia re, ſi & ipſa appareat: vel ſi non exiſtat, vera eius æſtimatione præſtanda. Dat. prid. Kal. Maij, Conſtantinop. poſt conſulat. Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

## DE VSVRIS [f] ET FRVCTIBVS LEGATOrum, ſeu fideicommiſſorum,

### Tit. XLVII.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Maximo.

LEGATORVM ſeu fideicommiſſorum vſuras ex eo tempore quo lis [g] conteſtata eſt, exigi poſſe manifeſtum eſt: ſed & fructus rerum, & mercedes ſeruorum qui ex teſtamento debentur, ſimiliter præſtari ſolent. Propoſita prid. Kal. Aug. Æmiliano [h] & Frontone Coſſ. 200.

2. Imp. *Antoninus* A. libertis Caſſiani.

ADuerſus eos [i] qui ſub obtentu legis Falcidiæ legata [k] morantur, notiſſimum eſt iuris auxilium. Si igitur propoſita ſtipulatione cauere [l] cum ſatiſdatione poteſtis vos reſtituturos quanto amplius quàm per eam legem licet, acceperitis: iudex qui de fideicommiſſis ius dicit, ſolida vobis legata præſtari iubebit. Quòd ſi ſatiſdationem implere non potueritis: arbitro [m] dato certum diem vobis præfiniet, intra quem altera parte ceſſante partibus ſuis fungetur. Et ſi [n] conſtiterit legi Falcidiæ locum nõ eſſe: & vſuras & fructus poſt litem conteſtatã percipietis. P.P. 16. Kal. Iun. Duobus & Aſpris Coſſ. 213.

3. Imp. Alexan. A. Paterno.

SI homines certi per fideicommiſſum tibi relicti fuerint, poſt moram periculo [o] debitoris fideicommiſſi ſunt. Propoſita 12. Kalend. Aprilis, Iuliano II. & Criſpino Conſſ. 225.

4. Imp. *Gord.* A. Dionyſio.

IN legatis & fideicommiſſis fructus [p] poſt [q] litis conteſtationem, non ex die mortis conſequuntur [r]: ſiue in rem, ſiue in perſonam agatur. PP. Non. Septemb. Gordiano A. & Auiola Conſſ. 240.

[a] Hæres legatario ſatiſdat legati ſub cõditione vel in diem relicti nomine *l. 1. ff. Vt legat.* niſi teſtator cautionem remiſerit *l. 7. ĩ. Vt in poſſeſ. lega.* His ita conſtitutis, teſtator ita cõſtituit, *Filia poſt xx. annũ Sempronio fundũ dato.* eidem Sempronio caueatur ſub hac cõditione *Si nõ diuerterit.* Sempronius ſibi caueri petit. Cautio denegatur Semp̃nio. Mouetur filia, ꝗ ſuperiori cõditione à patre cohortata videatur ad diuertẽdũ, quũ diuortij conditio turpis natura ſua ſit. Sempronius admittit turpem quidẽ eſſe cõditionẽ, ſed hoc adijcit, Turpes conditiones pro nõ adiectis haberi. cauendũ igitur. [b] Cui contraria eſt, ſi à marito non diuerterit *l. 5. ſ. de inſtitutio.* [c] id eſt edicti, quo hæredes legatorũ nomine cauere iubẽtur, ne alioquin edictũ aliquod nouum putes quo relicta ſub conditione ita demũ capiantur, *ſi conditio conſumata ſit.* quale nunquã auditum fuit. [d] Ratio dubitandi. *de qua vide Cuiaciũ 9. obſ. 6.* [e] Puto legendũ *Aulazano*, eo ſenſu, Aulazano centũ do lego, ſi cum focaria eiuſq; matre morabitur? Per Aulazanũ ſtetit, quominus voluntati teſtatoris fieret ſatis, Aulazanus fruſtra legatũ petit. [f] De focaria V. *l. 2. ſ. de donationi. int. vir l. 12. §. 5. 6. l. 15. ff. de inſtruct. Paul. 3. ſent. 6. §. 37.* [g] Legatari⁹ faciendi debitor, ſi nõ facit, Legatum non accipit *l. 1. ſ. de inſt. l. vn. §. 2. ĩ. de caducis.* [h] Luciæ centum do lego, ſi filio meo nupſerit, filius moritur, Luciæ nõ debetur legatũ V. *Cuia. 17. obſ. 22.* [i] *l. 31. ff. de condi. & demonſt.* [k] Titiæ centũ do lego, cùm nupſerit. Nupſit Titia in patris poteſtate adhuc poſita. Cuinã legatũ quæſitũ eſt, Titiæne an eius patri? patri *l. 14. in fi. ff. quãdo dies legat. l. 78. ff. de verbo. obliga.* nã legati dies ceſſit tẽpore nuptiarũ quo Titia nondũ fuit emãcipata. [l] Nuptæ etiã filiæ in parentũ poteſtate eſſe poſſunt *l. 12. ſ. de collat.* Quid mariti? ſunt etiã in eiuſdẽ poteſtate, ꝗ ad ſeruitia V. *VVurmſer. 1. prac. 36. obſ. 9.* [m] De legato cùm nupſerit. [n] Plurib. iniecta cõditione, impleta conditio nõ p̃deſt, niſi implẽti *l. 44. in fi. ff. de hæred. inſt.* Faciẽdo, quiſq; ſibi conditionem implet non alteri *l. 13. ff. de manumiſſ. teſta.* Interdum neceſſe eſt ab omnibus conditionem impleri, puta quoties factum eſt indiuiduũ *l. 13. §. 2. ff. de ſtatu liber.* [o] Hinc colligitur, Eum qui quid deferre ad domum creditoris tenetur proprio ſumptu & periculo deferre teneri non creditoris V. *Molin. de vſur. quæſt. 9. num. 138.*

[a] Et ita cõſtat caſu fortuito non excuſari debitorem. Rei interitu neminẽ liberari ab implenda cõditione adde *l. 11. ſ. ſi cert. petat. l. 3. l. 20. ff. de ſtatu lib.* [b] *l. 3. §. 1. Vlp. 2. §. 5.* [c] Semel repudiatum redintegrari non poteſt. [d] Æſtimatio, rei loco eſt. [e] *l. 35. §. 3. ĩ. de donationib.* de vulgari ſeruorum precio V. *l. 1. ĩ. de comm. ſeruo.* [f] *l. 3. in fi. ff. de annuis, Paul. 3. ſent. 8. §. vlt. Cuia. 2. tit. 7. in fi.* De vſuris teſtamẽtarijs v. Molineum *quæſt. 73. de vſur.* Hotomanum. 2. *de vſur. 4.* [g] Vſuræ legatorum debentur a lite conteſtata *vt hic & l. 4. ĩ. eod. l. 91. in fin. ff. de legat. 10.* Mora fit ex die litis conteſtatæ. Mora fit cùm poſtulanti non datur. Pau. *3. ſen. 3. §. vlt.* [h] Anulino. [i] Hæredes ſc. [k] Id eſt legatorum præſtationem. [l] *Paul. 3. ſent. 8. §. 2.* [m] Nota de arbitro dato ad ineundã Falcidiã. [n] Hæres legati ſolutionẽ denegat, veritus ne creditorib. aliquando imminentib. non habeat vnde poſtea Falcidiã detrahat. Dupliciter eo caſu legatarijs conſultũ eſt. Primò cauere poſſunt ſe reſtituturos quanto ampliusꝗ per legem Falcidiam licuerit, acceperint. Secundò ſi cauere non potuerint, Prætor fideicommiſſarius dabit arbitrũ ad ineundã rationẽ legis Falcidiæ & diem intra quem ineatur, partib. præſentib. & ſecundum eam de fideicommiſſo pronunciabit, vel hęrede nõ veniente ad diem, damnabit eum vt ſolidum legatũ præſtet cum onere vſurarum & fructuũ a die litis conteſtatæ *l. 3. ff. de vſur. l. 78. ff. de legat. 2. l. 6. in fi. ff. ſi cui plus quàm per leg. facit l. penul. ff. de vſur. l. 88. in fi. ff. ad l. Falcid.* [o] Moroſus, tenetur de caſu fortuito *l. 39. §. 1. l. 47. in fi. ff. de legat. 1.* [p] V. *l. 1. ſ. eod.* [q] De fructib. legatorum. [r] Legatarij ſc. Quæſtio eſt vtilis Cui ſ. cedant fructus rei legatæ. Alij hunc locum ita interpretantur. Rei alienæ legatæ fructus non pertinere ad legatarium niſi à lite conteſtata: rei teſtatoris, pertinere *Accur. hic* Alij (Galli ſc.) hæredem non teneri de percipiendis, ſed de perceptis V. *Bartol. hic.* Vlpianus de percipiendis etiam teneri hæredem ait *l. 39. §. 1. ff. de legat. 1.* Paul. *3. ſent. 6. §. 46.* ita diſtinguit; Fructus qui ſolo cohærebant mortis teſtatoris tempore, ad legatarium pertinere: ante perceptos, non pertinere. Alij negant fructus perceptos ante aditam hęreditatem deberi, alij deberi, aiunt. V. *Graſſum. li. ſenten. § legatum quæſt. 71.* Cuiacius *c. 18. de præſcriptionibus*, putat fructus deberi a tempore moræ ſi per damnationem, à tẽpore aditionis, ſi per vindicationem res legata ſit. Subtiliter dici poteſt (non loquor de vſuris certæ pecunię legatę) ad eum pertinere qui rei ſit dominus *l. 42. ff. de vſuris: l. 86. §. 2. ff. de leg. 1.* ergo ad legatarium, cùm recta via dominium rei legatæ tranſeat in legatarium *l. 64. ff. de furtis*, Verius eſt autem, fructus rei legatæ deberi tantum ex mora *vt hic:* cùm ſingulari priuilegio fructus rei ad pias cauſas legatæ, à tempore mortis debeantur *l. 46. §. 4. ĩ. de vſuris Nouell. 131. c. 12.*

## DE INCERTIS [a] PERſonis, Tit. XLVIII.

1. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

*Huius conſtitutionis meminit Iuſtinianus inſti. de legatis.§.poſtumo & inſtit. De bon.poſſeſſ.in princ. ex quibus locis hoc argumentum confeci.*

CVM olim incertis perſonis nec legata,[b] nec fideicommiſſa relinqui poſſent, nec libertas, nec poſtumo[c] alieno, qui nec inſtitui poterat, hæc omnia correxit Iuſtinianus, ita tamẽ vt incertus[d] tutor nec hodie dari poſſit.

*Photius quoque & Balſamon in Nomocanone non vno in loco eius meminerunt, aiúntque eſſe titu.48.lib.6.conſtitutionem vnam. Ex his igitur & ſequentes quoq; epitomas confeci.*

NVmerat hæc conſtitutio varia themata, variáſque ſpecies, quibus, docet id quod illicito[e] collegio relictum eſt, non valere, niſi ſingulis è collegio legatum ſit: contrà autem quicquid licito collegio legatur, valere. *Nomocanonis titu.12.capit.9.*

Item aliud argumentum.

DIcit conſtitutio valere quod relinquitur licito collegio aut corpori[f], vel clericis, vel collegijs, vel curiæ vel cohorti præſidis, vel medicis vel doctoribus vel aduocatis vel militibus vel eiuſdem artificij opificibus, ſeu artificibus, vel ſacerdotibus vel cuipiam alij corpori: & ait relictum diuidi viritim, & ex æquis partib. inter eos qui tempore mortis teſtatoris fuerint deſcripti in albo, præterquàm ſi certam quantitatem teſtator vnicuique attribuerit. Dicit quoque ad extremum ea conſtitutio, quòd ſi ſemel, aut annuum quid in pios vſus relictum ſit, aut eccleſijs aut xenonibus, aut ptochijs, aut venerabilibus domibus, aut communi clericorum, aut ad captiuorum redemptionem, aut ipſis pauperibus, vel captiuis, valeat defuncti voluntas. *Nomoca. Tit.2.c.1.*

*Hæc excerpſi ex vtraq; Nomocanonis Latina tranſlatione, in quibus editionibus & cæteris einſdem farinæ ſunt permulta nobis valde ſuſpecta. Itaque peſſimè mihi videntur de nobis omnibus mereri, beneuole lector, qui cum Græca habeant, vel Βασιλικῶν vel Nomocanonis exemplaria, & cætera ad ius pertinentia, ſuppreſſis Græcis ſuas futiles & indoctas tranſlationes duntaxat edunt, quò minus eorũ fœdiſſima pleraque peccata ex Græcorum collatione coargui poſſint.*

## AD SENATVS CONSVLTVM[g] Trebellianum[h], Tit. XLVIII.

*Hæres qui ſoluit creditorib. poſt hæreditatem reſtitutam à fideicommiſſario repetit pro rata. Bald.*

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Probo.

SI ex ſenatuſconſulto quartam partem hæreditatis retinuiſti, & dodrantem fideicommiſſario reſtituiſti: quod creditoribus hæreditarijs pro[i] nouem vncijs præſtiteris, à fideicommiſſario petere potes. P.P.15.Kal.Apr. Laterano & Rufino Coſſ.198.

2. Imp. Philippus ‖A.‖ & Philippus C. Iuliano.

AD eum, cui ex Trebelliano ſenatuſconſulto pars hæreditatis reſtituitur, ſucceſſionis onera ſeu legatorum[k] præſtationem pro competenti portione ſpectare, indubitati iuris eſt. PP.18.Kal. Nouemb. Peregrino & Æmiliano Coſſ.245.

3. Imppp. *Carus, Carin. & Numeria.* AAA. Zotico & alijs.

SI per fideicommiſſum hæreditas reipublicæ[l] relicta eſt: ex Trebelliano ſenatuſconſulto (quod ab inteſtato[m] quoq; locum habet) quartæ partis & fructus[n] eius vobis reſtitutio[o] competit. Sine die & conſule.

4. Impp. *Diocletia. & Maximian.* AA. & CC. Quintianæ.

[a] περὶ ἀφανῶν προσώπων *35. Eclog.18.§.25.§.27. Inſti. de legat. Vlp. 24.§.18. Paul. 3.ſent.6.§.13.*
[b] *d.§.25.d.§.18.d.§.13.*
[c] *Inſtit. de bonor.poſſeſſ. in pr.§.28. Inſtit. de legat.*
[d] *d.§.27.l.20. l.30.ff.de teſtam.tut.*
[e] Illicito collegio legari non poteſt. ergo licito poteſt *l.1.ſ̃.de ſacroſ.eccleſ.l.8.j̃. de hæredib. inſtit. v.l.38.§.6.ff.de legat.3.l.20.ff. de reb.dubijs.*
[f] *d.l.20.*
[g] Quo tempore factum fuerit v.*l.1.§.1.ff. eod.* §.4. *inſtit. eo.* verba ſenatuſcõſulti, Vide *ibidem* §.2. Trebelliano recentius eſt Pegaſianum. §.5.*inſtit. eod.* Trebelliano, transferebantur actiones in fideicommiſſarium. Pegaſiano, deducendæ quartæ ex fideicommiſſo ius datum eſt. Authore Iuſtiniano, hodie Pegaſianum in Trebellianũ trãſfuſum eſt.
[h] *dixi ad 36. ff. 1.2. inſtit. 23.*
[i] Deducta quarta ab hærede, onera creditorum diuidũtur inter hæredem & fideicommiſſariũ pro quadrante & dodrante *vt hic:* non deducta, omnia transferãtur in fideicommiſſarium.
[k] Fideicommiſſarius pro rata tenetur ad onera & legata *vt hic: & l.1.§.penult.§.vlt.ff. eod.§.5.§.6.inſti.eod.l.1.§.9.l.15.§.2.ff.vt legat. Paul.4.ſent.3.§.1.*
[l] Etiam de hæreditate reipublicæ reſtituenda quarta detrahitur, *facit l.1.§.15.l.3.in fi.ff.ad l.Falcid.*
[m] Trebelliano ſc. & legi Falcidiæ ab inteſtato etiam locus eſt *l.5.j̃. eod. l.6.§.1.ff.eod. l.6.j̃. de Codicill. l.vlt.j̃. quando dies legat.l.13.ff.de inoff.* & meritò, cùm fideicommiſſum ab inteſtato dari poſſit *l.5.j̃.eod.l.22.j̃.de fideicommiſſ.v.VVurmſer.1.pract.39. obſ.17.*
[n] *l.22.§.1.ff.eod.*
[o] Alij legunt *inſtitutio.* Cuiacius 18.*obſ.9.* legit *Retentio.*

NOn[a] iuſtam te gerere ſolicitudinem per fideicommiſſum relictæ portionis hæreditatis perſpicimus, verẽtem ne fructum amittas relicti fideicommiſſi, quoniam auia teſtatoris ex parte hæres ſcripta, & tibi rogata reſtituere, calliditate ac fraude[b] repudiauit, vt ad alium nepotem, eundémque cohæredem deuoluatur portio, à quo tibi nominatim non fuerat fideicommiſſum relictum, & coacta[c] ſuſpectam hæreditatẽ adire; priuſquàm pro[d] hærede gereret, rebus ſit humanis exempta: cùm diuo Antonino parenti noſtro deberi etiam à[e] ſubſtitutis fideicommiſſum contemplatione iudicij teſtatoris, quaſi tacitè ab his repetitum, iamdudum placuerit. Neque enim quartæ retentionem quam illa, quæ repudiauit, hæreditatẽ adire coacta[f] vt ſuſpectam retinere nõ potuit, timere debes. S.6.Id.Iul. Philippop. AA. Conſſ.

*A ſuccedentib. ab inteſtato fideicommiſſum poteſt relinqui, & ab eiſdem quarta retineri. Salyc.*

5. Iidem AA. & CC. Veriſſimo.

ET[g] ſine ſcriptura per fideicommiſſum hæreditas rectè relinquitur. Igitur ſi vxor tua te & priuignum ſuum in diſcrimine mortis conſtituta deſignauit velle ſucceſſionem obtinere vſque ad dodrantem: eius voluntatem ratam ſeruari conuenit: cùm ‖ab‖ inteſtato[h] ei ſuccedentes, de reſtituendo fideicommiſſo conuentos, vltra quartam, ære alieno[i] deducto, quantum penes eos ſententia ſenatuſconſulti relinqui præcepit, tantum[k] obtinere[l] poſſe præſtiterit. S.5.Kal.Maij. Sirmij, Cæſ. Conſſ.

*Liberi primi gradus non tenẽtur ſibi fructus computare in quarta, nec tenentur ſatiſdare de fideicommiſſo, niſi in certis caſib. Sal.*

6. Imp. *Zeno* A. Dioſcorio præfecto prætorio.

IVbemus quotiens pater vel mater, filio ſeu filia, filijs vel filiabus, ex æquis vel inæquis partibus hæredibus inſtitutis, inuicem ſeu ſimpliciter quoſdam ex his,[m] aut quendam rogauerit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hæreditatis ſuæ ſuperſtiti ſeu ſuperſtitibus reſtituere: vt omnibus modis retenta quarta pro auctoritate Trebelliani ſenatuſconſulti, non † per imputationem redituum (licèt[n] hoc teſtator rogauerit vel iuſſerit) ſed de ipſis rebus hæreditarijs, dodrans[o] reſtituatur. Idémque in retinenda legis Falcidiæ portione obtinere iubemus. & ſi pater vel mater filio ſeu filia inſtitutis (ſicut ſuprà dictum eſt) hæredibus, rogauerit eos eáſve nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel proneptibus ſuis, ac deinceps reſtituere hæreditatem. 1 ¶ In ſupradictis autem caſibus fideicommiſſorum ſeruandorum ſatiſdationem[p] ceſſare iubemus, ſi non ſpecialiter eandem ſatiſdationem teſtator exigi diſpoſuerit, & cum pater vel mater ſecundis[q] exiſtimant nuptijs non abſtinendum. In his enim duobus caſibus, id eſt cùm teſtator ſpecialiter ſatiſdari voluerit, vel cùm ſecundis ſe pater vel mater matrimonijs iunxerit, neceſſe eſt, vt eadem ſatiſdatio pro legum ordine præbeatur. 2 ¶ Sin autem is qui fideicommiſſaria reſtitutione grauatus eſt, vno[r] filio ſuperſtite, vel nepote ex filio ſeu filia nato, vel pronepote vel poſthumo relicto deceſſerit:

[a] v. *Cuia. in hanc leg. 18. obſ.11.*
[b] Id eſt in fraudẽ fideicommiſſarij v. *Cuiac. d. loco.*
[c] Hæres coactus adire hæreditatẽ, falcidiam amittit *vt hic: & j̃. eo. in fin.* idq; ex Pegaſiano in Trebellianũ tranſlatũ eſt *adde l.14.§.3. l.28.ff.eod.*
[d] Pro hærede geſtio ſeqtur aditionẽ *l.14.§.3.ff.eod.*
[e] *l.74.ff.de legat.1.l.61.in fi.ff.de leg.2.*
[f] *dixi ſ̃. eod.*
[g] *l.22.j̃. de fideicommiſſ.*
[h] *dixi ad l.3. ſ̃.eod.*
[i] Quarta intelligitur deducto ære alieno.
[k] Nihil obtinere *Cuiac. 18.obſ.9.*
[l] id eſt retinere *vt in l.9.j̃. de his quæ vt indig. lege 1.j̃. de his quæ ſub modo.*
[m] Fratribus ſc. & ita teſtator prohibere non poteſt quominus liberi primi gradus quartam Trebellianicam detrahãt. 3.*ſent. §. Teſtamentum quæſt.65.* (niſi forte hæreditatẽ reſtitui iubeat deſcẽdentib. grauati *Clar. d. loco.*) ſiue vnã, ſiue duas quartas poſſint detrahere *Clar. d. loco ex cõmuni opiniõe Rolã. à Valle* 1.*cõſ.12.nũ.*8. Quid, liberi ſecũdi gradꝰ, poſſúntne ꝓhiberi quominꝰ quartã detrahãt? poſſũt, vt ex hac cõſtitutione colligũt interpretes. ergo & extranei multo magis, quib. nulla legitima debetur, *Cla. ex cõmuni opinione d. loco & q.62.* etiãſi pupillo alias ſubſtituti ſint *Cla. d. loco q.72.* † Liberis beneficio ſingulari datũ eſt, vt in eorũ Falcidiã non imputẽtur fructꝰ medio tẽpore, id eſt pendẽte cõditione fideicõmiſſi, ꝑcepti: ꝙ olim nõ fuit. & ita abrogatur lex 18. lex 22.§.4.ff.eo. Superior regula habet ne locũ quoties nõ alicui teſtatoris deſcẽdẽti, ſed alicui extraneo reſtituẽda eſt hæreditas? Rolãdꝰ 1.*cõſ.30.nu.7. & conſ.78.nu.11. & ſequẽtib.* imꝓbata Salyceti opinione, negat. Mouetur §.3.j̃.eo. vbi negatur, beneficiũ huiꝰ legis porrigi ad alias ꝑſonas, alióſve caſꝰ, q̃ qui hac lege cõprehenſi ſunt. Mouetur etiã, ꝙ plenior vſus fratri in fratrẽ ꝑmittatur q̃ in extraneũ.
[n] Liberis interdũ licet patris voluntatẽ negligere.
[o] Et ita octo vnciæ. Si ita eſt, Penes liberos grauatos reſtitutione, vna tantũ quarta remanebit iure ciuili. Rolandꝰ à Valle 1.*cõſ.30.nu.7.* negat eã opinionẽ cõmuni vſu receptã eſſe. idq; ꝓpter authoritatẽ c. Raynutiꝰ, de teſtamẽtis. Subtiliter & illud adijcit *d. loco: &* 1.*cõſ.12.nu.*8. hîc dodrantem reſtitui ex eo ꝙ ſupereſt poſt iã deductã legitimã. Dodrantẽ aſſis hîc intelligit relictũ poſt detractionẽ legitimæ. Contrariã opinionẽ defendit Hotomanꝰ elegãtiſſimè 36.*Illuſt.* adde Cuia.8.*obſ.3.* vbi de duarũ quartarũ deductione.
[p] Filio rogato reſtituere fratrib. ſuis, nepotib. defuncti, remittitur onꝰ cautionis, exceptis duob. caſib. puta ſi parẽs iuſſerit caueri, vel ſi trãſeat ad ſecũdas nuptias *vt hic:* Filio verò rogato reſtituere fratribus ſuis, nõ remittitur onus cautionis *Nou.128.c.2. adde l.54.in fi.ff.eod.*
[q] *dixi ad Nou.22.c.41.*
[r] Nõ videtur ſine liberis mortuꝰ, qui vnũ tantũ reliquit *l.101.§.1.ff.de condit. & demonſt.l.6.j̃.de inſtitution.l.30.ſ̃.de fideicõmiſſ.l.1.j̃.de cõditionib.inſert.l.vlt.ff.de pollicita.l.148.l.149.ff.de regu.iur.*

ſerit:

ſerit: non [a] videtur extitiſſe conditio: & ideo deficit fideicommiſſi petitio. 3 ¶ Illud etiam admonemus, ea, quæ de Falcidiæ portione non per reditus [b], ſed per ipſas res hæreditarias retinenda, & de ſatiſdatione fideicommiſſorum (ſicut ſupradictum eſt) concedenda diximus, non [c] vlterius quam in his perſonis & caſibus, quorum ſuperiùs mentio facta eſt, oportere produci. PP. Kal. Septem. Conſtantinop. Probino & Euſebio Conſſ. 489.

*Authent. ex Nouel. 123. c. 37.*

*NIſi rogati reſtituere datum dotis cauſa vel propter nuptias donationis, vel relictũ ſub conditione nuptiarũ vel liberorum, monaſterium [d] vel alium locum venerabilem ingrediatur: ſiue reſtitutio aut ſubſtitutio fiat ſub prædictis conditionibus, ſiue in redemptionem captiuorum, ſeu in egentium alimenta.*

*Authent. ex Nouell. 108. c. 1.*

*COntrà cùm rogatus fuerit quis, vt ſine liberis decedens, quod tunc ex hæreditate ſupereſt, reſtituat, vel alijs huiuſmodi fideicommiſſi verbis grauatus: quartã [e] inſtitutionis fideicommiſſario reſtituere cogitur. Super hoc igitur & cautionem [f], niſi à defuncto remiſſa ſit, exponet. Quòd ſi contingat eam deminui: aut ex ipſius ſubſtantia ſuppletur, aut ea deficiente, in rem actione & hypothecaria fideicommiſſario vti permittitur aduerſus rerum acceptores. Ex [g] cauſa tamen dotis ſeu propter nuptias donationis, ſeu captiuorum redemptionis, vel ſi non habeat vnde faciat expenſas, huius quarta permittitur deminutio.*

*Soli tutori poteſt hæreditas reſtitui, ſi pupillus neſcit fari: idem in curatore furioſi. Salyc.*

7. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano præfecto prætorio.

SAncimus, licentiam eſſe etiam ſoli tutori [h] rectè fieri fideicommiſſi nomine vniuerſitatis reſtitutionem, quod pupillo relictum eſt, & ſine onere fideiuſſionis: vbi tamen pupillus fari non poſſit, vel abeſſe noſcitur: ne dum nimia [i] ſubtilitate vtimur circa res pupillares, ipſa ſubtilitas [k] ad perniciem eorum reuertatur. Idemque iuris eſſe oportet, & ſi furioſo [l] fideicommiſſaria debeatur hæreditas: vt reſtitutio curatori eius ſoli nomine ſcilicet furioſi celebretur. Quis enim ſenſus [m], quæ vox certa furioſo eſſe intelligitur, cùm ‖in‖ vtroq; caſu reſtituentes [n] pleniſſimam conſequantur ex noſtra lege ſecuritatem? hoc eodem obſeruando & ſi ipſi pupilli vel furioſi reſtitutione grauati [o] ſunt. 1 ¶ Cùm autem aliquis hæreditatem reſtituere iuſſus eſt, & dolo malo vel poſt litem conteſtatam vel antea ſeſe contumaciter celauerit: vel ſi ſuppoſitus fideicommiſſariæ reſtitutioni, antequàm reſtitueret hæreditatem, ab hac luce ſubtractus eſt, nullo hærede vel ſucceſſore ‖ei‖ exiſtente: vel fideicommiſſarius cui reſtituta eſt ex Trebelliano ſenatuſconſulto hæreditas, alij per fideicommiſſum reſtituere iuſſus fuerit res hæreditarias: quemadmodum actionum tranſlatio celebretur in tribus iſtis caſibus, apud veteres dubitabatur. & Domitius Vlpianus conſtituendum eſſe ſuper his putauit. Sancimus itaque, vt ſiue per contumaciam [p] abfuerit is cui reſtitutio impoſita eſt, ſiue morte [q] præuentus nullo relicto ſucceſſore fuerit, ſiue à primo fideicommiſſario in ſecundum tranſlatio celebrari iuſſa eſt: ipſo iure vtiles actiones [r] transferantur. Dat. 10. Kal. Nou. Conſtantin. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

*Rogatus de reſtituendo fideicommiſſum vniuerſale & ſpeciale, totum debet reſtituere abſq; ſpeciali detractione. Salyc.*

8. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

QVidam teſtamento condito iuſſit hæredem omnẽ [s] hæreditatem quam ei dereliquit, alij reſtituere: ſpeciale etiam fideicõmiſſum alteri adſcripſit. & quærebatur, ſpecialis fideicommiſſarius, id quod ei derelictũ eſt, à quo conſequi debeat: vtrúmne ab hærede, vt poſt reſtitutionem eius alias res vniuerſitatis fideicommiſſarius accipiat: an vna cum alijs rebus oporteat & hoc generali fideicommiſſario aggregari, vt ipſe ſpeciali fideicommiſſario hoc tradat, ſiue in rebus, ſiue in pecunijs fideicommiſſum ‖relictum ſit.‖ Sancimus [a] itaq; totam quidẽ ſubſtantiam ſecundùm ſenatuſconſulti Trebelliani auctoritatem reſtitui generali fideicommiſſario: illum autem ſpeciali fideicommiſſario, id quod ei derelictum eſt, dependere. Dat. 15. Kal. Nouembr. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampad. & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo 532.

[a] v. d. §. 1.

[b] dixi de hac imputatione initio huius legis.

[c] Priuilegiũ conceſſum filijs non extẽditur ad nepotes.

[d] Titius iuſſus, ſi ſine liberis mortuus fuerit, hæreditatem Caio reſtituere, ſi poſtea monaſteriũ ingreditur, non reſtituit: quia monaſteriũ filij loco illi eſſe videtur.

[e] Rogatus ſuperfluum hæreditatis reſtituere, quartam deducit.

[f] Cautio à defuncto remitti poteſt.

[g] Titius quod ex hęreditate mea illi ſupererit, poſt mortẽ Caio reſtituat, vltra quartam deducere poteſt ex illa hæreditate certis caſibus *vt hic.*

[h] Hęreditas tutori vel curatori *l. 37. inf. l. 38. l. 39.* ff. *eo.* & è contra, ab ijſdem reſtitui poteſt *in f. huius pr.* ℸ. *l.* 1. §. 12. *l.* 35. 37. §. 1. ff. *eod.*

[i] *l. vlt.* ℸ. *de legibus.*

[k] Subtilitas plerumq; in perniciẽ vtentis reuertitur. [l] *d. §. 12. d. l. 35.* [m] Furioſus, ſenſu certaq; voce caret. [n] Tutorib. & curatorib. reſtituere hęreditatẽ ſecurius eſt. [o] *d. §. 12. d. l. 35. d. §. 1.* [p] Aduerſ. cõtumaces, vel abſẽtes, vel mortuos hæredes fideicõmiſſarij poſtulãt decretũ *l. 6.* ff. *eo. Pau. 4. ſen. 4. §. 3.* [q] *l. 13. l. 14.* ff. *de teſt. milit.* [r] *l. 44.* ff. *eo.* [s] Cuiac. monet Iuſtinianũ hîc parturire prohibitionem detrahendæ Falcidiæ vetante teſtatore, quod biennio poſt hanc legem edidit, conſtitutione emiſſa ad eundem Præfectum prætorio.

## AD [b] LEGEM FALCIDIAM [c],

### Tit. XLIX.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus*, AA. Priſco.

SCIRE debes, omiſſa Falcidia, quo pleniorem [d] fidem reſtituendæ portionis exhiberes, non videri plus debito ſolutum eſſe. PP. 3. Id. Maij, Laterano & Rufino Conſſ. 198.

2. Idem A. Sactiano.

FAlcidiæ rationem aduerſus omnes [e] pro modo legatorum & fideicommiſſorum locum habere, certi & explorati iuris eſt. PP. Kalen. Iul. Laterano & Rufino Conſſ. 198.

*Ablata hæredi tanquam ab indigno, legata non minuũt neque augent. Bal.*

3. Imperator *Alexander* Auguſt. Hermagoræ.

ETiam ſi tacitum [f] fideicommiſſum hæredem adminiſtraſſe apparuerit: legata tamen ſeu fideicommiſſa, quæ teſtamento relicta ſunt, præſtanda eſſe, ambigi non oportet: ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur: cùm quartam, quæ aufertur [g] hæredi, qui contra [h] legem fidem ſuam obtulit, legatarijs proficere non placuit. PP. Id. Octobr. Alexandro A. Conſ. 223.

4. Idem A. Philetiano.

ET in legatis principi [i] datis legem Falcidiam locum habere meritò diuo Hadriano placuit. PP. 5. Ka. Ian. Alexandro A. Conſ. 223.

5. Idem A. Damaſatæ.

SI mortis [k] cauſa immodicas donationes in ſororem tuam matrem, contuliſſe probare potes: legis Falcidię ratione ſecundùm conſtitutionẽ diui Seueri aui mei vti ‖meritò‖ potes. PP. 15. Kal. Nou. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

6. Idem A. Secundinæ.

IN imponenda ratione legis Falcidiæ, omne æs alienũ deducitur, etiam [l] quod ipſi hæredi mortis tempore debitum fuerit, quamuis aditione hæreditatis confuſæ [m] ſint actiones. 1 ¶ Omnia autem legata quamuis [n] in operibus publicis conficiendis ſtatuiſque ponendis data ſint, ad contributionem dodrantis pro rata ſuæ cuiuſque quantitatis reuocantur. 2 ¶ Nec † ſi quid vltra [o] ſolidum hæres præſtiterit aut perfecerit, legitimæ computationi præiudicatur. S. 5. Kalend. Ianuar. Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

*Iure iſto ceſſat Falcidia in teſtamento militis, hæres tamẽ poteſt deducere bona ſua per defunctum poſſeſſa. Salyc.*

7. Idem Auguſt. ‖Primo &‖ P. Pomponio.

IN teſtamento quidem militis [p] ius legis Falcidiæ ceſſat.

[a] Titius omnem meã hæreditatẽ Caio reſtituat. & *poſt*, Sempronio centum dari volo. Quæritur, à quo Sempronius centum recipere debeat? An à Titio hærede: an à Caio fideicommiſſario vniuerſali? Reſpõſum eſt, à Caio.

[b] *dixi ad 35.* ff. 2.

[c] ea lata eſt ab Auguſto Suidas. Trebellianũ ſub Nerone *l. 1. §. 1.* ff. *ad Trebel.* Pegaſianũ ſub Veſpaſiano §. 5. *inſti. de fidei commiſ. hæredit.* Huius primũ caput vide in lege 1. ff. *eo.* aliud in lege 81. ff. *eod.* aliud in lege 16. ℸ. *eo.* aliud quod à Duareno adfertur 1. *diſput.* 58. non admittendum, vt quod ſecundi capitis ambitu contineatur.

[d] Indebitum non ſoluit, qui plenam ſi dẽ defuncto præſtare maluit *l. 19.* ℸ. *eodem: Paul. 4. ſent. 3. §. vlt.* vel, Soluens ſciẽter quod potuit per Falcidiam retinere, nõ dicitur plus debito ſoluere, *l. 9.* ℸ. *eod. l. 5. §. 15.* ff. *de donationi. int. vir.* [e] Falcidia minuuntur omnia legata pro rata *l. 32. §. 3. l. 89.* ff. *eod. §. vlt. inſti. eod. §. 5. verſ. inſti. de fideicommiſſ. hæredit.* excipe quoſdam caſus, de quibus dixi ad Nouellam 119. *cap. vlt.* [f] Hæres accommodans fidem tacitè de reſtituendo non capaci, priuatur omni commodo hæreditario fiſco applicando *l. 59. in f.* ff. *eod.* Fiſcus eo caſu tenetur ad legata, Falcidiámq; detrahit ad inſtar hęredis *Salycet.* [g] Hæres ex tacito fideicommiſſo nihil retinet, cùm ſolidum fiſco vindicetur, *v. in hunc locũ quædã apud Cuiaciũ 7. obſ. 31. in f. vbi Goueanũ perſtringit.* [h] In tacito fideicommiſſo hæres contra legem fidem non offert. [i] Princeps lege Falcidia ſolutus non eſt *vt hic:* nec lege Glicia *l. 8. §. 2.* ff. *de inofficioſo:* nec lege Voconia. qua de cauſa veniam legis Voconiæ in ſenatu Auguſtus petit apud Dionẽ. Solutus eſt tamen ſolennibus manumiſſionum *l. 14. in f.* ff. *de manumiſſionib.* & teſte Seruio, lege quæ vetat in vrbe mortuum ſepeliri. Caducarijs verò ſolutus eſt, ſunt enim odioſæ *l. 56.* ff. *de legat. 2. adde Cuiac. 15. obſ. 30.* [k] De donatione mortis cauſa detrahitur Falcidia, *l. 18. in f.* ℸ. *eod. l. 2. in f.* ℸ. *de mort. cauſ. l. 77. §. 2.* ff. *de leg. 2.* vt hinc colligas, mortis cauſa donationem legatis comparari. [l] Ante Falcidiam æs alienum deducitur, vel id etiam quod ſtricto iure aditionis confuſum videri poteſt *l. 8. in f. l. 14.* ℸ. *eod. l. 12. l. 87. §. 2.* ff. *eodem: §. 4. inſtit. eod. l. 51.* ff. *ad Trebell. l. 39. §. 1.* ff. *de verb. ſignif.* [m] *l. 3.* ℸ. *de fideicommiſſ.* [n] De legatis ad opera publica relictis detrahitur Falcidia. † *l. 15. §. 2. l. 16. l. 61.* ff. *eod.* id hodie abrogatum Nouell. 1. [o] vltro *Cuiac. ad Nouell. 1. c. 3.* [p] *adde l. 2.* ℸ. *de teſtam. milit. l. 1. §. 12.* ff. *ſi cui plus quàm per legem Falcid.*

Sed ſi ea, quæ ad[a] vos pertinent, defunctus tenuit, bonorum eius videri minimè poſſunt: & ideo rectè rationem eorum, vt æris alieni, haberi deſiderabitis. PP. Kal. Maijs, Alexandro II. & Marcello Conſſ. 227.

*Auth. ex Nouell. 1. cap. 2.*

[a] Etſi ceſſat Falcidia in teſtamento militis, poteſt tamen hęres deducere bona ſua per defunctum poſſeſſa.

*Sed cum teſtator hoc expreſſim[b] vetuit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonij, ceſſat Falcidia: & ſi hæres in hoc defuncto non[c] pareat, defertur hæreditas perſonis enumeratis ſub titulo de legatis & fideicõmiſſis. Item ſi hæres quædam legata, ſubſtantiæ ſuæ menſuram ſubtiliter agnoſcens, præſtat in ſolidum: neque † ex his repetitio, nec ex alijs permittitur retentio: niſi inopinatum quid emergat. His ceſſantibus locus eſt Falcidiæ, ſi fiat[d] inuentarium ſecundum modum tempusq́ ſtatutum in aditione: Hac quoq́ adhibita obſeruatione, vt in[e] præſentia omnium ipſius ciuitatis, in qua fiat, legatariorum, aut pro eis agentium, ſi perſonæ ratio ſit habenda, perficiatur: vel ſi quis abſit ex ipſis, aut intereſſe noluerit, ſuccedat præſentia trium teſtiũ itidem ipſius ciuitatis locupletum & bonæ opinionis, abſq́ præiuditio tamen veritatis inquirendæ per ſeruorum quæſtionem, & hæredis teſtiumque iuſiurandum. Quo non[f] obſeruato, ſolida legata præſtet, etſi fines hæreditarios excedant. Nulla autem quæſtionum talium vel litium excedat annum. Anno enim culpa hæredis tranſacto cadet à relictis.*

[b] Hæres Falcidiam nõ detrahit, cùm teſtator prohibuit.

[c] Pœna hæredis non obſequentis teſtatori.

† & ita abrogatur lex 6. §. *vlt. ſ. eod.*

*Authent. ex Nouel. 119. c. 11.*

*Sed & in ea re ceſſat Falcidia, quæ ita relicta eſt, ne[g] alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores eius, cui relicta eſt.*

[d] Hæres inuentarium etiã cõficiens Falcidiam detrahit.

*Auth. ex Nouell. 131. c. 12.*

*Similiter Falcidia ceſſat[h] in his quæ ad pias cauſas relicta ſunt.*

[e] Solennitas inuentarij conficiendi.

*Grauamen de reſtituendo teſtatori in morte iniunctum, nõ facit irritum eius teſtamentum. Salyc.*

8. Idem A. Aurelio.

[f] Pœna hæredis inuentariũ non conficientis.

Irritum quidem propterea[i] teſtamentum fratris tui eſſe non poteſt, quòd ex cauſa fideicommiſſi obligatus fuit, vt, ſi ſine liberis prior decederet, paternam tibi hęreditatem redderet. Sed licet te hæredem ſcripſerit: in imponenda tamen legatorum ratione, quibus te oneratum eſſe ſuggeris, fideicommiſſum debitum æris[k] alieni loco[l] deduci oportet: inſupérque in reſiduo legis Falcidiæ beneficium vindicabis. PP. Id. Sept. Maximo II. & Paterno Conſſ. 234.

[g] De re prohibita alienari non detrahitur Falcidia.

[b] olim detrahenda fuit *l.* 1. §. 5. ff. *eod.* cui tamen repugnat Paulus 4. *ſent.* 3. §. 3. repugnat quoque Nouella 131. *cap.* 12. repugnat etiam quod & apud Paulum *d. loco*, Cuiacius notat. Dei cultum poſtulare, vt nec in deorum donis valeat lex Falcidia, cùm conſtitutio iuris ciuilis, quæ inter coniuges donationem prohibet, in deorum donis non valeat *l.* 5. §. 12. ff. *de donat. int. vir.* Quæ ſententia Fornerio 2. *ſelect.* 25. diſplicet. Negat enim legatum deo tolli, cùm ad modum legitimum reuocatum aliquot vncijs delibatur. In *d.* §. 12. mutuo amore coniuges non ſpoliari, cùm id quod donetur mox in dei cultum conferatur, nec donatarij rem augeat. Ad rem non pertinere, quòd legato libertatis quadrans hæredis minuatur *l.* 8. §. 9. ff. *de inoffic.* quòd libertatis immenſa æſtimatio ſit. nec ſimilem eſſe prælegatæ dotis cauſam *l.* 81. ff. *ad l. Falcid.* cùm ſuum mulieri reddatur *Nouell.* 131. *c.* 12. Non ſimpliciter denegari Falcidiam in pijs legatis: ſed ita demum ſi in his præſtandis dolum hæres adhibeat. huc pertinere illud Auguſtini *c. vlt.* 17. *quæſtio.* 4. Si quis, inquit, eccleſiam hæredem inſtituat, filio exhæredato, alium qui ſuſcipiat, non Auguſtinum quærat. Quando hic cœpta eſt de legatis ad pias cauſas diſputatio, de pijs cauſis aliquid paucis ex communi opinione interpretum ſubnotabo. Vnumquemque teſtari ad pias cauſas poſſe, non tamen pupillum, prodigum, furioſum: Filiumfamilias verò poſſe patris conſenſu, reſpectu ſolius piæ cauſæ non aliarum v. *Clar.* 3. *ſent.* §. *Teſtamentum quæſt.* 5. In teſtamento ad pias cauſas, duos teſtes ſufficere: non requiri vt teſtes ſint rogati: mulierem in eo teſtem eſſe poſſe: in eo valere diſpoſitionem teſtatoris captatoriam: valere nutu conditum: in eo liberis relinqui poſſe citra titulum inſtitutionis: eodem ſuſtineri legata ad non pias cauſas laicis relicta *Clar.* 3. *ſent.* §. *Teſtamentum quæſt.* 6. An teſtamentum imperfectum ſuſtineatur propter pias cauſas vide Clarum *ibidem quæſt.* 7. *adde l.* 21. §. 1. *ſ. de teſtam.* De priuilegijs piarum cauſarum adde Oldendorpium *c.* 14. *de iur. ſingulari.* [i] Etiamſi quis grauatus ſit de reſtituendo, teſtari tamen poteſt. [k] *l.* 6. *ſ. eod. l.* 1. §. 12. ff. *ſi cui plus quàm per leg.* [l] Fideicommiſſum deducitur, tanquam æs alienum.

9. Imp. *Gordianus* A. Meſtriano.

Error facti[a], quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit. Is autem, qui ſciens[b] ſe poſſe retinere, ‖ vniuerſum reſtituit, ‖ condictionem non habet: quinetiam ſi ius[c] ignorauerit, ceſſat repetitio. PP. 15. Kal. Nouemb. Pio & Pontiano Conſſ. 239.

[a] Hæres per errorem facti ſoluens, non amittit condictionẽ Falcidiæ *l.* 7. *l.* 10. *ſ. de iuris & facti ignor.*

10. Idem A. Diogenio.

Qvanquàm pater tuus fratrem tuum rogauerit, vt ſi ſine liberis diem ſuum fungeretur, portionem hæreditatis tibi reſtitueret: tamen inteſtato eo diem ſuum functo, id, quod beneficio legis Falcidiæ[d] habere potuit, ad[e] ſucceſſorem inteſtati pertinere: ideóque non immeritò ſororem tuam, quæ ſimul tecum ab inteſtato ei ſucceſſit, emolumenti, quod retinere potuit, portionẽ ſibi vindicare, manifeſtum eſt. PP. 5. Id. Nouemb. Gordiano A. II. & Pompeiano Conſſ. 242.

[b] Qui ſciens ſoluit, nõ decipitur. ideóque non iuuatur *l.* 1. *ſ. eod. l.* 19. *ſ. eod. l.* 12. ff. *de fideicommiſſ. l.* 20. ff. *de donationib.*

*Teſtator non poteſt Trebellianicam prohibere. Bal.*

11. Idem A. Maximæ.

Si (vt allegas) pater tuus eam portionem, ex qua te fecit hæredem, fratribus tuis reſtituere iuſſit, certiſque ſpeciebus pro Falcidia præcepit † eſſe contentam: auxilium legis Falcidiæ, quod imploras, apud ſuum iudicẽ non † prohiberis flagitare. PP. 7. Kal. Nouemb. Attiano & Pappo Conſſ. 244.

[c] Soluens indebitum per errorem iuris, non cõdicit *leg.* 10. *ſ. de iur. & fact. ignor. l.* 9. *in pr.* & §. *vlt.* ff. *de iur. & facti.*

12. Impp. *Diocletianus & Maximianus* AA. Iuſtino

In donationibus inter virum & vxorem factis ‖ legem ‖ Falcidiam habere locum, quando fideicommiſſi partibus funguntur, nonnullis iuris placitis compræhenſum eſt. PP. 16. Kal. Iul. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ. 290.

[d] hinc colligũt, Liberos grauatos reſtitutione fideicommiſſi, vnicam tantum quartã detrahere. quã de quæſtione alias dixi.

13. Iidem AA. & CC. Zetho.

Si ea, cuius filium tuum ſeruum ſignificas, ex iudicio defuncti, quem dicis fideicommiſſariam libertatem ei reliquiſſe, aliquid conſecuta[g] eſt: ad reſtituendam fideicommiſſariam libertatem non immeritò obnoxia conſtituta debet vrgeri. Nam fideicommiſſum ei relictũ vſque ad eum modum poteſt petere, quem deducto pretio ſeruorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum ſubſtantia patitur. S. 5. Kalend. Maij, Heracliæ, AA. Conſſ.

[e] Beneficium detrahendæ Falcidiæ, trãſmittitur ad hæredem, vt *hic:* & *l.* 41. §. 3. *ff. de vulga.*

14. Iidem AA. & CC. Fauſtinæ.

Licèt adieris patris hæreditatem, & confuſione[h] pro parte, qua eidem ſucceſſeris, extinguatur actio, quã tibi ‖ adſeris ‖ competere, eo quòd ex adminiſtratione tutelæ[i] multa eum debuiſſe[k] contendis: pro reſiduis tamen partibus cohæredes conuenire non prohiberis: & fundum à[l] te relictum, eatenus quoad deductâ quartâ reſidui ſubſtantia patitur, præſtare neceſſe habes. Dat. 6. K. Octob. Viminacij, AA. Conſſ.

† Teſtator olim non potuit Trebellianicam prohibere, vt *hic* & *l.* 18. *ſ. eod.* hodie poteſt *Nouell.* 1. *c.* 2. *inf.*

*Nec de dote prædiorum, nec de inſtrumentis Falcidia detrahitur. Bald.*

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

Si prædiorum[m] dotis apud te iure remanentis inſtrumenta verbis precatijs vel teſtamento, vel codicillis vxor tibi dari mandauit, eius iudicium ſucceſſores implere compellentur: cùm inſtrumentis[n] prædiorum domino relictis, Falcidiæ nulla poſſit interuenire quæſtio. Suppoſita 16. Kal. Febr. Sirmij, CC. Conſſ.

† hodie prohibetur *dicto cap.* 2.

[f] In donationibus morte confirmatis locum habet Falcidia vt *hic: adde l.* 15. §. 5. ff. *eod.* & *l.* 32. §. 1. ff. *de donat. int. vir.*

16. Iidem AA. & CC. Diomedi.

Svcceſſores legata vel fideicommiſſa, ſi æs alienum hæreditarium defuncti ſubſtantiæ[o] fines occupauerit, legis Falcidiæ iuſſio peti, item Trebelliani ſenatuſcõſulti præceptum exigi non concedit. S. 16. Kal. Febr. Sirmij, AA. Conſſ.

[g] Agnoſcens ſibi legatum ſub ea conditione vt ſeruum manumitteret proprium, cogitur ſeruum manumittere: & tamen in legato Falcidiam patitur, licèt minus iuſto ſerui pretio conſequatur, *adde l.* 13. ff. *de minoribus: l.* 24. §. 13. ff. *de fideicommiſſ. libert.* [h] *v. l.* 6. *ſ. eodem: l.* 6. *ſ. de hæreditar. act.* [i] Pater, emancipati filij pupilli tutor legitimus. [k] Pro rata qua creditor debitori ſuccedit, confunditur actio. [l] Creditor hæres ſibi debitum deducit: ſi ab eodem poſtea quid relictum ſit, ex eo quartam deducit. & ita legatum ſpeciei minuitur per æs alienum *Baldus.* [m] Prædiorum dotes, quid *l.* 34. §. 1. ff. *de legat.* 2. *vide l.* 2. *in f.* ff. *de inſtructo. l.* 52. §. 2. ff. *de fideiuſſoribus.* [n] De inſtrumentis prædiorum, ſeu de inſtrumentis prædiorum dotis, nõ detrahitur Falcidia. [o] Si æs alienum abſorbet totam defuncti hæreditatem, fruſtra de legatis, fruſtra de Falcidia, & Trebellianica quæritur, *vide leg.* 12. *ſ. de teſtament. milit. lege* 15. *ſ. de legat.* §. *vltimo, inſtit. de lege Falcidia.*

17. Iidem

[a] A cohærede, id eſt prælegatis, detrahitur Falcidia *l.35.§.1.ff. de hæred, inſtit.*

† Teſtator Falcidiá nec directo, nec per indirectũ prohibere poteſt. hodie poſſe videtur *Nou.1.c.2.*

17. Iidem AA.& CC.Caio.

A Cohæredibus[a] relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præſtitutus patitur, poſſe peti, certiſſimi iuris eſt. Suppoſ.5.Kal. Nouem. Anchiali, CC. Cõſſ.

*Sicut teſtator iure iſto non poteſt prohibere Falcidiam directo, ita nec per indirectum. ex Salyc.*

18. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni præfecto prætorio.

SI quis quadringentorum fortè ſolidorum habens ſubſtantiam, iuſſerit, hæredem non† aliter adire hæreditatem, niſi priùs trecentos octoginta ſolidos cuidam perſoluat, vel aliam quantitatem, quæ deminuere Falcidiæ rationem poteſt: ſancimus hæredem; ſi adierit, legis Falcidiæ beneficio ſuſtentatum, replere[b] quidem, quod ad Falcidiam deeſt: & priùs eo dato vel retento, ſiue vna datio eſt, quæ celebrari diſpoſita fuerit, ſiue in multas diuiditur perſonas, præfatæ legis inmutilatum habere beneficium. Si[c] enim cum mortis[d] cauſa donatio procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, hæres poſt aditionem repetit eam pecuniam, quæ vltra modum legis Falcidiæ corporaliter[e] quidem data eſt, lege autem in patrimonio teſtatoris permanſit: quare non in præſenti caſu & viuentibus & morientibus prouidemus, & eorum vltima elogia conſeruantes, & commodum hæreditarium non minuentes? Dat. Kal. Nouemb. Conſtantin. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC.531.

[b] repleri *Hal.* hinc colligit Cuiacius 15. *obſ.*12. Falcidiam, quæ olim deducebatur p̃ exceptionem, hodie ipſo iure minora efficere legata.

*Ita agnoſcit legatum qui ſolidum promittit, ſicut qui integraliter ſoluit. Bald.*

19. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm certum ſit, hæredem, qui plenam[f] fidem teſtatori exhibet, in ſolidum legata dependentem, non poſſe poſtea rationem legis Falcidiæ prætendentẽ, repetitione vti, quia videtur voluntatem teſtatoris ſequi: iubemus hoc ſimili modo firmum haberi, & ſi cautionẽ[g] ſuper[h] integra legatorum ſolutione fecerit: quod veteribus legibus[i] in ambiguitatem deductum eſt. In vtroq; etenim caſu, id eſt, ſiue ſoluerit, ſiue ſuper hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio ſimilia ſuadere videtur. Dat.15.Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV.CC. anno ſecundo 532.

[c] nota argumentum a donatione mortis cauſa ad teſtamẽtum.

[d] De mortis cauſa donatione Falcidia detrahitur *l.5.ſ. eod.*

## DE CADVCIS[k] TOLLENDIS, Tit. L.

1. Imp. *Iuſtinianus* A. Senatui vrbis Conſtantinopolitanæ.

ET nomen[l] & materiam caducorum ex[m] bellis ortam & auctam ciuilibus, quæ in ſe populus Romanus mouebat, neceſſarium duximus, Patres[n] conſcripti, in pacificis noſtri imperij temporibus ab orbe Romano recludere: vt quod belli[o] calamitas introduxit, hoc[p] pacis lenitas ſopiret. Et quẽadmodum in multis capitulis lex Papia[a] ab anterioribus[b] principibus emendata fuit, & per deſuetudinem abolita: ita & à nobis circa caducorum obſeruationem inuidioſum ſuum amittat vigorem, qui & ipſis prudentiſſimis viris diſplicuit, multas inuenientibus vias, per quas caducum non fieret[c]. Sed & ipſis teſtamentorum conditoribus[d] ſic grauiſſima caducorum obſeruatio viſa eſt, vt & ſubſtitutiones[e] introducerent ne fiant caduca: & ſi facta ſint, ad certas perſonas recurrere diſponerent, vias recludentes, quas lex Papia poſuit in caducis: quod & nos fieri condimus. Et cum lex Papia ius antiquum, quod ante eam in omnibus ſimpliciter verſabatur, ſuis machinationibus & anguſtijs circuncludens, ſolis parentibus & liberis teſtatoris vſque ad tertium[f] gradum, ſi ſcripti fuerant hæredes, ſuum imponere iugum erubuit, ius antiquum[g] intactum eis conſeruans: nos omnibus[h] noſtris ſubiectis ſine differentia perſonarum ‖ hoc ‖ concedimus. 1. ¶ Cum igitur materiam & exordium caducorum lex Papia ab aditionibus quæ circa defunctorum hæreditates procedebant, ſumpſit, & ideo non à morte teſtatoris, ſed ab apertura[i] tabularum dies cedere legatorum ſenatuſconſulta quæ circa legem Papiam introducta ſunt, cenſuerunt, vt quod in medio deficiat, hoc caducum fiat: primum hoc porrigentes, & antiquum ſtatum renouantes, ſancimus, omnes habere licentiam à[k] morte teſtatoris adire hæreditatem: ſimilique modo legatorum vel fideicommiſſorum pure vel in diem ‖ certam ‖[l] relictorum diem à morte teſtatoris cedere.

[e] *l.1. §. 5. ff. quod legator.* id eſt naturaliter. hoc innuit, Cum hodie retentionis mod° nullus ſit, vindicari Falcidiam & reuocari à donatario *l. 77. §. 2. §. 6. in f. ff. de legat. 2. V. Cuiac.18. obſ. 2.* [f] *V. l.1. ſ. eod.* [g] ὁμολογίαν confeſſionem *V. quæ notaui ad l.25. ff. de probat. adde Nouell.*1. [h] vt qui ſciens ſoluit ſolida legata, Falcidiam non deducit *d. l.*1. ita & qui ſolida promittit *Vt hic, & l. 16. ff. eod.* Id eſt, valet conuentio, ne hæres Falcidia vtatur. alias, ſi non ſolida promiſerit, intelligitur promiſiſſe deducta Falcidia: & ad legis præſcripta ſuam voluntatem adcommodaſſe. de qua præſumptione v. Alciatum 3 *præſumpt.* 32. & tamen patronus, qui legem Papiam ſe omiſſurum fideiuſſori cauit, non tenetur *l. 20. ff. de donationib.* quo exemplo defendi poſſe Cuiacius putat *Nouell.* 18. liberos qui legem Gliciam ſe omiſſuros cauerunt, non teneri. [i] intelligi poteſt dicta *l.*20. quæ eſt Marcelli, cui fortè nullum diſcrimen fuit inter legem Papiam & Falcidiam *Vt dixi ſ. eod.* [k] *Vlp.*17. Caducum legatum dicitur, quod a legatario cadit in fiſcum, id eſt quod legatarius capere non poteſt *Vlp. d. loco.* [l] dixi de etymõ *ſ. eod.* [m] lex Papia Poppea de caducis hæreditatibus & legatis lata fuit ſub Auguſto augendi ærarij gratia, quod bella ciuilia ſuſcepta inter Pompeium & Cæſarem & inter Pompeium, Lepidum & Brutum exhauſerant *Tacit.3. Annal. l.2. ſ. de veteri iure enucleando.* eiuſdem ærarij inopis augendi cauſa viceſima hæreditatum excogitata *Plin. in Panegyrico.* Alia etiam cauſa fuit Papiæ caducariæ. incitandi ſcilicet pœnis cœlibes *Tacit. d. loco.* vt pœnas caducitatis veriti, animum ad nuptias contrahendas adijcerẽt, augerẽtque ciuibus imperium, quorum numerus incredibilis ciuilibus bellis amiſſus fuerat: adeo vt Papius & Põmpeius ipſimet orbi conſules creati, non inuentis patribus aut maritis qui eis præponerentur *Dion* 56. *dicam ad tit. de infirmandis pœnis cœlibatus j.* [n] Hac oratione Iuſtinianus legis Papiæ caducariæ authoritatem admodum reſcindit. [o] de bello v. Petrum Gregorium 31. *ſyntagm.*22. [p] Ceſſante ratione legis, ceſſat legis diſpoſitio. L. Valerius apud Liuium 34. Quas tempora aliqua deſiderant leges mortales, & temporibus ipſis mutatas video. quæ in pace latæ ſunt, plerumq; bellũ abrogat: quæ in bello, pax.

[a] de qua ſuperius dixi.

[b] ne dicas cũ Accurſio legẽ 27. *l. 28. ſ. de nuptijs.* ſſint enim vtræq; leges Iuſtinianí, non anteriorum principum. ſed ita legis Papiæ caput quo præſcripta ætas erat habendis liberis *Vlp.*26. Seuerus emendauit, vt ſcribit Tertullianus *in Apologetico.* Sic Conſtãtinus lege 1. *j. de infirman. pœnis cœlibatus.* ſuſtulit pœnam cœlibatus & orbitatis, lege Papia introductam.

2. ¶ Et cum triplici[m] modo ea quæ in vltimis elogijs relinquuntur, contingebat deficere: conſentaneum eſt & tempora eorum & nomina manifeſtè exponere: vt quod vel tollitur vel reformatur, non ſit incognitum. Ea etenim vel his relinquebantur, qui in rerum natura tunc[n] temporis, cùm condebantur vltima elogia, non fuerant, fortè hoc ignorantibus teſtatoribus: & ea *pro non ſcriptis* eſſe leges exiſtimabant. Vel viuo[o] teſtatore is qui aliquid ex teſtamento habuit, poſt teſtamentum ab hac luce ſubtrahebatur: vel ipſum relictum exſpirabat, fortè quadam conditione ſub quo relictum fuerat, deficiente: quod veteres appellabant *In cauſa caduci.* Vel mortuo[p] iam teſtatore hoc quod relictum erat, deficiebat: quod aperta voce *Caducum* nuncupabatur. 3 ¶ In primo[q] itaque ordine, vbi *Pro non ſcriptis* efficiebantur ea quæ perſonis iam ante teſtamentum mortuis teſtator donaſſet, ſtatutum fuerat, vt ea omnia bona manerent apud eos, à quibus fuerant derelicta: niſi vacuatis vel ſubſtitutus ſuppoſitus: vel coniunctus fuerat aggregatus, tunc enim non deficiebant, ſed ad illos perueniebant nullo graua-

[c] ſolent enim iuriſconſulti in dubijs cõtra fiſcum reſpondere *l.10. ff. de iure fiſci.* hinc etiá conſtat Iuriſconſultos verſatos fuiſſe in cauſa caducorum. idque alibi quoque indicatur *l. 6. in fi. ff. de iure codicillor. l.2. ff. de auro. l. vlt. in f. ff. de his quæ vt indignis: l.59. ff. de conditionib. & demonſt. l.135. ff. de verbor. ſignif.* [d] Iuriſconſultis ſc. quorum conſilio teſtatores vtebantur *l.8. in fi. ff. de legat. 2. adde l.32. ſ. de teſtam.* [e] maximè precarias *l.5. ff. de vulgari.* [f] hoc ampliatur ad omnes hæredes. [g] quod ſc. præceſſit legem Papiam caducariam *V. l. 1. §.21. tit.17. §.2. tit.18. l.5. ff. de vulgari. l.29 in f. ff. de leg.2.* [h] Quæ legata aut portiones hæreditatis Papia noluit recidere in fiſcum, ſed remanere apud liberos vel parentes inſtituti ad tertium vſque gradum, ad omnes hæredes extenduntur *hic.* [i] hoc emendatur *j. eod.* [k] Hodie quilibet hæres, ſtatim à tempore mortis teſtatoris adire hæreditatem poteſt. dies legatorum ab eo tempore cedit, nec expectatur apertura tabularum & aditio hæreditatis, nec deſideratur ſcientia legatarij *l. vlt. j. quib. dies legat.* [l] non malè hoc adiectum eſt ſicuti nonnulli arbitrantur. Eorum enim quæ ſub conditione vel in diem incertum relicta ſunt dies cedit, cùm conditio extitit, dies incertus ideo conditionem facit, quòd poſſit non cedere. [m] Triplici modo olim legata deferebantur, vel initio teſtamenti faciendi ſcilicet, vel poſt teſtamentum viuo teſtatore, vel poſt mortem teſtatoris. [n] Primum tempus, *de quo V. §.3. j. eod.* [o] Secundum tempus, *de quo V. §.4. j. eod.* [p] Tertium tempus *V. §.5. j. eod. adde l.3. j. conditionib. inſert.* [q] vt olim §.2. *ſ. eodem.* ita & hodie quæ deficiunt initio teſtamenti pro non ſcriptis habentur neque recidunt in fiſcum, nec ad ea pertinent leges caducariæ. & eleganter Plinius 2. *epiſtol.* In codicillis quæ pro non ſcriptis habentur delatori locum non eſſe, ſed pertinere ad ſubſtitutum, vel ad coniunctum id eſt cohæredem, vel collegatarium, vel ſi nullus ſit ſubſtitutus aut coniunctus, apud hæredem ſcriptum vel legitimum *l. 55. in fi. ff. de legat.2.* vel à legatario retinentur à quo relicta ſunt *l.88. §.13. ff. de legat.2.* & quidem ſine onere. quia cùm principale pro non ſcripto habeatur, conſequens eſt & onus ei iniunctum pro non ſcripto haberi. excipe tamen duos caſus, quibus legata apud eos reſident cum onere. Vnus eſt ex Sc. Liboniano *l. 5. in fin. ff. de his quæ pro non ſcript.* alter exceptus eſt fauore libertatis *l. 26. §. 6. ff. de fideicommiſſ. libertatib.* ijs adiungamus tertium ex *l. 122. §. 1. ff. de legat.* 1. quia non dicitur, Seij portionem eſſe pro non ſcripta: ſed Seium qui repudiauit pro non ſcripto habendum.

mine[a] (niſi pertaro[b]) in hoc *Pro non ſcripto* ſuperueniente: quod & noſtra maieſtas quaſi antiquæ beneuolentiæ conſentaneum, & naturali ratione ſubnixum, intactum atque illibatum præcepit cuſtodiri in omne æuum valiturum. 4 ¶ Pro ſecundo[c] verò ordine in quo ea vertũtur quæ *in cauſa caduci* fieri contingebant, vetus ius corrigentes, ſancimus ea quę ita euenerint, ſimili quidem modo manere apud eos a quibus ſunt relicta, hæredes fortè, vel legatarios, vel alios qui fideicommiſſo grauari poſſunt: niſi & in hunc caſum vel ſubſtitutus vel coniunctus eos antecedat. Sed omnes perſonas quibus lucrum per hunc ordinem defertur, eas etiam grauamen[d] quod ab initio fuerat complexum, omnimodo ſentire: ſiue in dando ſit conſtitutum, ſiue in quibuſdam faciendis, vel in modo, vel conditionis implendę gratia, vel alia quacumque via excogitatum. Neque enim ferendus eſt is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. 5 ¶ In nouiſſimo[e] autem articulo, vbi proprie *Caduca* fiebant, ſecundum quod prędiximus, etiam clauſis[f] tabulis tam exiſtere hæredes quàm poſſe adire, ſiue ex parte † ſint, ſiue ex aſſe inſtituti, cenſemus, & dies legatorum & fideicommiſſorum (ſecundum quod prædiximus[g]) à morte defuncti cedere. Hæreditatem etenim, niſi[h] fuerit adita, tranſmitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur: exceptis videlicet liberorum perſonis, dẽ quibus Theodoſiana lex[i] ſuper huiuſmodi caſibus introducta loquitur: his nihilo minus quæ ſuper his qui deliberantes ab hac luce migrant, à nobis conſtituta ſunt, in ſuo robore manſuris. 6 ¶ Libertatibus[k] proculdubio ‖&‖ poſt præſentem ſanctionem propter ſui naturam quæ aditionem hæredis expectant, ab[l] adita hæreditate vnà cum alijs quæ[m] ſeruis in teſtamento manumiſſis, vel alijs legatis relicta ſunt, competentibus. Excepto etiam vſufructu[n] qui ſui natura ad hæredes legatarij tranſmitti non patitur: quia neque à morte teſtatoris, neque ab adita hæreditate, quantum ad tranſmiſſionem, dies eius cedit. Sed hæc omnia in his obſeruari ſancimus ſecundum præfatam diſpoſitionem, quæ purè, vel in diem certum relicta fuerint. 7 ¶ Sin autem aliquid ſub conditione relinquatur vel caſuali[o], vel poteſtatiua, vel mixta, quarum euentus ex fortuna[p], vel ex honoratæ perſonæ voluntate[q], vel ex vtroque[r] pendeat, vel ſub incerto die: expectari[ſ] oportet conditionis euentum, ſub qua fuerit derelictum, vel diem: vt tunc cedat, cùm vel conditio[t] impleatur, vel dies incertus extiterit. Quòd ſi in medio is qui ex teſtamento lucrum ſortitus eſt, decedat, vel eo ſuperſtite conditio defecerit, hoc quod ideo non præualuit, manere diſponimus ſimili modo apud eos à quibus relictum eſt: niſi & hic vel ſubſtitutus relictum accipiat, vel coniunctus, ſiue hæres, ſiue legatarius hoc acquirat: cum certi iuris ſit, & in[u] inſtitutionibus & legatis, & fideicommiſſis, & mortis[x] cauſa donationib. poſſe ſubſtitui. 8 ¶ Sed vt manifeſtetur pro qua parte manere oportet hoc quod fuerit defectum, apud eos à quibus ſit derelictum: ſancimus, ſi quidem ad hæredes lucrum perueniat, pro parte hæreditaria fieri eius diſtributionẽ: cum & ab ipſis ſimili modo ſi valuiſſet, præſtaretur, niſi nominatim ab vno vel à certis hæredib. fuerit derelictũ: tunc enim quemadmodum ſolus vel ſoli præſtabunt, ita & lucrum ſentient. Sin autem legatarij vel fideicommiſſarij ſint, vel mortis cauſa donatione honorati, vel alia fortè perſona quæ fideicõmiſſo prægrauari poteſt, & hoc euaneſcat: manere hoc apud enumeratas perſonas ſancimus pro virili[a] omnimodo portione, .i. pro numero perſonarum. 9 ¶ Ne autem hoc quod non ineleganter ſummi ingenij vir[b] Vlpianus in hac parte cum omni ſubtilitate diſpoſuit, prætereatur: ſanctione noſtra hoc apertiùs inducimus. Cum enim iã ſtatuimus[c] hoc cum ſuis onerib. ad eum qui lucratur, peruenire: ſancimus, ſi quidem conditio, vel aliud grauamen in dando[d] ſit conſtitutum: hoc omnimodo lucrantes pro modo lucri agnoſcere. Sin autem in faciendo[e] aliquid impoſitum eſt: ſi quidẽ hoc per alium impleri poſſit, ſimili modo & à lucrante agnoſci: puta ſi honorata perſona iubeatur inſulam, vel monumẽtum, vel aliud tale ſuis ſumptibus facere, vel hæredi, vel legatario, vel alij fortè cui teſtator voluerit: vel rẽ ab hærede teſtatoris emere, vel locationem vel fideiuſſionem ſubire, & ſi quid huiuſmodi facti ſimile ſit. nihil enim refert, ſiue per eum de quo teſtator locutus eſt, ſiue per aliũ eiuſdem lucri ſucceſſorem adimpleatur. Sin verò talis eſt verborum conceptio, & facti natura, vt quod relictũ eſt, ab alio impleri non[f] poſſit: tunc etſi lucrum ad aliquem peruenerit, non tamen & grauamen ſequi: quia hoc neq; ipſa natura concedit, neque teſtator voluit. Quid enim ſi ‖teſtator‖ iuſſerit eum in certum locum abire, vel liberalibus ſtudijs imbui, vel domum ſuis manibus extruere, vel pingere, vel vxorem ducere? quæ omnia teſtatoris voluntas in ipſius ſolius perſona intelligitur concluſiſſe, cui & ſuam munificentiam relinquebat. Hoc videlicet in omnibus obtinente, vt pro ſimili parte & lucrum ſentiant, & grauamen, vbi hoc poſſit procedere, ſubeant. Et ‖hoc‖ locum habente omni quidem modo in his quæ *In*[g] *cauſa caduci*, vel *caduca*[h] (ſecundùm quod ſupra dictum eſt) fiebant: in *pro*[i] *non ſcriptis* autem, non omnibus, ſed quibuſdam: quia eorum quædam etſi talia ſint, tamen cum ſuo onere veniebant: quæ ‖&‖ nos in noui iuris compoſitione ſpecialiter enumerari iuſſimus, ne quis veteris iuris prolixitatem quaſi rebus neceſſariam, vel pro eorum reuoluat ſcientia. 10. ¶ His ita definitis, cùm in ſuperiore parte noſtræ ſanctionis in plurimis[k] locis *coniuncti*[l] fecimus mentionem: neceſſarium eſſe duximus omnem inſpectionem huius articuli latiùs & cum ſubtiliori tractatu dirimere, vt ſit omnibus & hoc apertiſſimè conſtitutũ. Non enim tantùm coniunctiuo[m] modo quædam relinquuntur, ſed etiam diſiunctiuo[n]. In his itaque, ſi quidem cohæredes ſunt omnes cõiunctim, vel omnes diſiunctim vel inſtituti, vel ſubſtituti: hoc quod fuerit quoquo modo euacuatum, ſi in parte hæreditatis vel partibus conſiſtat, alijs cohæredibus cum ſuo grauamine pro hæreditaria parte, etiã ſi iam defuncti ſunt, acquiratur. & ‖hoc‖ nolentibus[o] ipſo iure accreſcat, ſi ſuas portiones iam agnouerint: cùm ſit abſurdum[p], eiuſdem hæreditatis partem quidem agnoſcere, partem verò reſpuere, ſecundum quod in diuini noſtri numinis deciſionibus ſtatutum eſt. Sin[q] verò quidam ex hæredibus inſtitutis ‖vel ſubſtitutis‖ permixti ſunt, & alij coniunctim, alij diſiunctim nuncupati: tunc ſi quidem ex coniunctis aliquis deficiat, hoc omnimodo ad ſolos coniunctos cum ſuo veniat onere, id eſt pro parte hæreditatis quæ ad eos peruenit. Sin autem ex his qui diſiunctim ſcripti ſunt, aliquid euaneſcat: hoc non ad ſolos diſiunctos, ſed ad omnes tam coniunctos quàm etiam diſiunctos ſimiliter cum ſuo onere pro portione hæreditatis perueniat. hoc ita tam variè, quia coniuncti[r] quidem propter vnitatem ſermonis quaſi in vnum corpus redacti ſunt, & partem coniunctorum ſibi hæredum quaſi ſuam[ſ] præoccupant: diſiuncti verò ab ipſo teſtatoris ſermone[t] apertiſſimè ſunt diſcreti: vt ſuum quidem habeant[u]: alienum autem non ſoli appetant, ſed cum omnibus cohæredibus ſuis accipiant. Et hæc in hæredibus[x] tantummodo ſtatuenda ſunt.

[a] id eſt onere. Onus eſt præſtare legata, fideicommiſſa, libertatem, Onus eſt etiam modi, conditionis, dandi, faciendi. [b] id eſt duobus caſibus. de quibus ſ̃. dixi. [c] Olim quæ deficiebant poſt teſtamẽtũ viuo teſtatore, in cauſa erant caduci §. 2. ſ̃. *eod.* Deficiebant autem vel morte naturali hæredis vel legatarij, vel defectu cõditionis. Ea hodie in cauſa caduci non ſunt, ſed pertinent ad ſubſtitutum, vel coniũcto adcreſcunt, vel remanent apud hęredem vel legatariũ, vel alium à quo relicta ſunt. [d] In eo diſtãt quæ ſunt pro non ſcriptis *de quib.* §. 3. ſ̃. ab his quæ ſunt in caſu caduci. Illa apud eos à quibus relicta ſunt reſident ſine onere *d.* §. 3. hæc cum ſuis oneribus *vt hic.* [e] id eſt tertio. olim quæ deficiebant poſt mortem teſtatoris ab apertis tabulis, directo & proprio nomine ſunt caduca 2. *verſ. Vel mortuo* ſ̃. *eod.* Hodie nihil eorum deficit, cùm aperturæ tabularum nulla habeatur ratio *l. vn.* ĩ. *tit. proximo.* [f] & ita ante apertas tabulas hæres ſcriptus hæreditatem adire poteſt *l.* 3. ſ̃. *de iure deliberandi.* † & ita videtur abrogata lex 1. *in f.* ff. *de iur. & facti.* [g] §. 1. *in fin.* ſ̃. *eod.* *excipe* §. 6. ĩ. *eodem.* [h] Hæreditas niſi adita non tranſmittitur vt hîc: & *l.* 7. ĩ. *de iure deliber.* excipe legem 18. 19. ĩ. *de iure deliberandi:* legem vn. ĩ. *tit. prox.* legem 84. ff. *de adquir. hæredit.* legem 3. §. 31. ff. *de Silaniano.* [i] Liberi hæreditatem, etiam non aditam, tranſmittunt *lex vnica* ĩ. *titul. proxim.* [k] Legata vel fideicommiſſa purè, vel in diem certum relicta, cedunt à morte teſtatoris, excepto legato libertatis *vt hic, & l.* 8. ff. *quando dies legat.* vſufructu & quibuſdam alijs quæ cedunt a tempore aditæ hæreditatis. [l] Libertates ab adita hæreditate cedunt *l.* 14. ĩ. *qui teſtamenta: l.* 74. *in fin.* ff. *de adquir. hæredit. l.* 86. ff. *de conditionib. & demonſtr. l.* 8. ff. *quando dies legat. adde l.* 24. §. 3. ff. *qui & à quib. manumiſſi.* hinc Cuiacius 4. *obſ.* 4. colligit, Catonianam regulam non pertinere ad libertates, qua de re dixi *ad l.* 3. ff. *de reg. Caton.* [m] *l.* 7. *in fin.* ff. *quando dies legat.* [n] *l.* 2. ff. *quando dies.* [o] Conditionum, alia caſualis, alia poteſtatiua, alia mixta. [p] Ea eſt caſualis, veluti ſi fulſerit: ſi tonuerit. [q] ea eſt poteſtatiua, quæ & promiſcua *l.* 11. ff. *de conditionib. & demonſtr.* non quod ſit in facili, ſed quia nulla fere poteſtatiua eſt, quæ poſſit eſſe non poteſtatiua. [r] ea eſt mixta ſeu communis, vt ſi quis ita dixerit, Si Titio reuerſo ab hoſtib. decem dederis, Si Titio conſule capitolium aſcenderis. [ſ] *l.* 5. §. 2. ff. *quando dies legat.* [t] Quid ſi ante conditionẽ mortuus hæres? hæredẽ relinquit obligatum *l.* 65. ff. *de cond. & demonſt.* Quid ſi legatarius? eius hæredi non cedit legatũ *vt hic: & l.* 42. ff. *de obliga.* aliter quam in ſtipulationib. in quibus obligatio nõ extinguitur morte promiſſoris *l.* 57. ff. *de verbor. oblig.* §. *pen. inſtit. de inutilib.* §. 4. *inſt. de verb. obliga.* nec morte ſtipulatoris extinguitur. [u] nota regulam. [x] *v. l.* 9. ſ̃. *de fideicom. l.* 1. ſ̃. *comm. de legatis.*

[a] id eſt, pro virili, proquę ratione legati cuiuſque. [b] *de Vlpiano dixi ad l.* 2. §. 5. ff. *qui petãt tutor.* [c] §. 4. ſ̃. *eod.* [d] *adde l.* 6. §. 7. ff. *de ſtatulib.* [e] de faciendi onere quod ab alio præſtari poteſt. [f] de faciendi onere quod ab alio pręſtari non poteſt. [g] §. 2. *verſ. Vel vino in f.* §. 4. ſ̃. *eod* [h] *d.* §. 2. *in fin.* §. 5. [i] *d.* §. 2. *in pr. &* §. 3. [k] *d.* §. 3. §. 4. §. 7. *infi.* [l] *l.* 80. *l.* 89. ff. *de leg.* 3. *l.* 142. ff. *de verb. ſignif. l. vn.* ſ̃. *quando non petent.* [m] de relictis coniunctiuo modo. [n] de relictis diſiunctiuo modo. [o] Cohæredi cõiuncto vel diſiuncto adcreſcit etiam inuito & ignoranti *l.* 35. ff. *de adquir. hæredit.* [p] *l.* 20. *in fin.* ſ̃. *de iure deliberandi: l.* 1. ff. *de adquir. hæred.* [q] Hæredibus coniunctis & diſiunctis ſimul permixtis, ſi coniunctorũ aliquis deficit, pars eius ad coniunctos: ſi diſiunctorũ aliquis deficit, pars eius ad diſiunctos & coniunctos defertur. [r] Hæredes cõiuncti, quaſi in vnum corpus redacti. [ſ] Pars cõiuncti hæredis quodammodo alterius eſt cõiuncti. Partem cohæredis, ſibi coniuncti quaſi ſuam percipiunt. [t] Hæredes diſiuncti ſunt, ſermone non re. Re quidem coniuncti, ſermone diſiuncti. Coniuncti verò, hic dicuntur re, vel verbis coniuncti, neutro diſiuncti. [u] non habeant ita legunt nonnulli. [x] hic paragraphus ad hæredes tantum pertinet, vt & proximus ad legatarios.

11 ¶ Vbi

11 ¶ Vbi autem[a] legatarij vel fideicommiſſarij duo fortè vel plures ſunt, quibus aliquid relictum ſit: ſi quidem hoc coniunctim[b] relinquatur: & omnes veniant ad legatum, & pro ſua portione quiſque hoc habeat. Si verò pars quædam ex his deficiat[c]: ſancimus eam omnibus, ſi habere maluerint, pro virili[d] portione cum omni ſuo onere accreſcere: vel ſi omnes noluerint, tunc apud eos remanere, à quibus derelictum eſt. Cùm verò quidam voluerint, ‖quidam noluerint:‖ volentibus ſolummodo id totum accedere. Sin autem diſiunctim[e] fuerit relictum: ſiquidem omnes hoc accipere & potuerint & maluerint, ſuam quiſque partem pro virili portione accipiat: & non ſibi blandiantur, vt vnus quidem rem, alij autem ſinguli ſolidam eius rei æſtimationem accipere deſiderent: cùm huiuſmodi legatariorum auaritiã antiquitas varia mente ſuſceperit, in vno[f] tantummodò ‖ genere ‖ legati eam accipiens, in alijs reſpuendam eſſe exiſtimans. Nos autẽ omnimodo repellimus, vnam[g] omnibus naturam legatis & fideicommiſſis imponentes, & antiquam diſſonantiam in vnam trahentes concordiam. Hoc autem ita fieri ſancimus, niſi teſtator apertiſſimè & expreſſim diſpoſuerit[h], vt vni quidem res ſolida, aliis autem ęſtimatio rei ſingulis in ſolidum præſtetur. Sin verò non omnes legatarij quibus[i] ſeparatim res relicta ſit, in eius acquiſitionem concurrant, ſed vnus fortè eam accipiat: hæc ſolida eius ſit: quia ſermo teſtatoris omnibus prima facie ſolidum adſignare videtur, alijs ſuperuenientibus partes à priore abſtrahentibus, vt ex aliorum quidem concurſu prioris legatum minuatur. Sin verò nemo alius veniat, vel venire potuerit: tunc non[k] vacuatur pars quæ deficit, nec alij accreſcit, vt eius qui primus accepit, legatum augere videatur: ſed apud ipſum qui habet, ſolida remaneat, nullius concurſu deminuta. Et ideo ſi onus fuerit in perſona eius apud quem remanet legatum, adſcriptum: hoc omnimodo impleat, vt voluntati teſtatoris pareatur. Sin autem ad deficientis perſonam ‖ hoc ‖ onus fuerit collatum: hoc non ſentiat is qui non alienum, ſed ſuum ‖ tantum ‖ legatum imminutum habet. Sed & varietatis non in occulto ſit ratio: cùm ideo videatur teſtator diſiunctim[l] hoc reliquiſſe, vt vnuſquiſq; ſuum onus, non alienum agnoſcat. nam ſi contrarium volebat, nulla erit difficultas coniunctim ea diſponere. 12 ¶ Quæ autem antiquis legibus dicta ſunt de his quæ vt indignis[m] auferuntur, & nos ſimili modo intacta ſeruamus: ſiue in noſtrum fiſcum, ſiue in alias[n] perſonas perueniant. 13. ¶ Cùm autem in ſuperiore parte legis non[o] aditam hæreditatem minimè, niſi[p] quibuſdã perſonis, ad hæredes ‖ defuncti ‖ tranſmitti diſpoſuimus: neceſſe eſt, ſi quis ſolidam hæreditatẽ non adierit: hanc, ſi[q] quidem habeat ſubſtitutum, ad eum, ſi voluerit, & potuerit, peruenire. Quòd ſi hoc non ſit: vel ab inteſtato ſucceſſores eam ſuſcipiant: vel ſi nulli ſint, vel accipere nolint, vel aliquo modo non capiant: tunc ad noſtrum ærarium deuoluatur. 14 ¶ Hæc autem omnia locum habere cenſemus tã in teſtamentis, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis habitis, quàm in codicillis, & omni vltimo elogio, vel ſi qd ab inteſtato fuerit derelictũ, necnon in mortis cauſa donationibus. Tantum etenim nobis ſupereſt clementiæ, quòd ſcientes etiam fiſcum noſtrum vltimum[r] ad caducorum vindicationem vocari, tamen nec[s] illi pepercimus[t], nec Auguſtum priuilegium exercemus: ſed quod[u] communiter omnibus prodeſt, hoc ‖ rei ‖ priuatæ noſtræ vtilitati præferendum[x] eſſe cenſemus, noſtrum eſſe proprium ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimantes. 15 ¶ Locum autem huic legi conſtituimus in his defunctorum elogijs, quæ poſthac[y] compoſita fuerint, anteriores etenim caſus ſuo marte diſcurrere cõcedimꝰ. 16. ¶ Hæc omnia ad vos, Patres conſcripti, duximus eſſe ſancienda: ‖ ſcilicet ‖ vt nemini maneat incognitus noſtrę beneuolẽtię labor: ſed edictis ex ſolennitate à noſtris magiſtratib. propoſitis omnib. innoteſcat. Dat. Kal. Iun. Conſtantin. DN. Iuſtin. A. PP. IIII. & Paul. V.C. Coſſ. 534.

[a] dixit ſuperiori §. de hæredibus.
[b] Cõiunctim relicta duob⁹ legatarijs, æqualiter inter eos diuiduntur: pars vacãs, volentibus cũ ſuo onere adcreſcit. Collegatario pars nõ adcreſcit inuito.
[c] Collegatario diſiuncto pars diſiũcti adcreſcit inuito vt hic: cõiuncti nõ accreſcunt inuito ſ. eod. cohæredi adcreſcit etiã inuito §.10. ſ. eod.
[d] *l. 7. ff. de rebus dubijs.*
[e] *l. 61. in fin. ff. de leg. 2.*
[f] Pars collegatarij collegatario adcreſcit, ſi diſiuncti fuerint: ſublata veteri differẽtia legatorũ per damnationẽ & ꝑ vindicationem.
[g] Vna legatorum & fideicommiſſorũ eſt natura, *l. 1. ff. de leg. 1.*
[h] Res vni, alteri rei æſtimatio legari poteſt, *l. 33. l. 82. §. 5. ff. de legat. 1. l. 13. inf. ff. de lega. 2. l. 14. ff. de vſu et vſufructu.*
[i] *l. 1. §. penult. ff. de vſuf. adcreſcendo.*
[k] Ius non decreſcendi.
[l] Diſiunctim legamus, vt vnuſquiſque ſuũ onus nõ alienum adgnoſcat.
[m] *v. tit. de his quæ vt indignis.*
[n] alienas. quidã ita legũt, *adde l. 17. ſ. de donat. int. vir. l. penult. ſupra de lega.* hinc etiam obſerua, Non omne quod aufertur indigno fiſco cedere.

## DE HIS[z] QVI ANTE APERTAS tabulas hæreditatem tranſmittunt,

### Tit. L I.

*Hæreditas aſcendẽtium etiam non adita, tranſmittitur ad poſteros per liberos inſtitutos morientes, etiam clauſis tabulis: quod obtinet in legatis & fideicommiſsis. Salyc.*

1. Impp. *Theodoſius*[a] *&* *Valentinianus* AA. Hormiſdæ præfecto prætorio.

PER hanc iubemus ſanctionem in poſterum ‖valituram, ‖ filios[b], ſeu filias, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, a patre, vel matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia ſcriptos hæredes, licet non[c] ſint inuicem ſubſtituti: ſeu cum extraneis[d], ſeu ſoli ſint inſtituti: & ante apertas tabulas defuncti (ſiue ſe nouerint ſcriptos hęredes, ſiue ignorauerint) in liberos ſuos, cuiuſcunq;[e] ſint ſexus vel gradus, derelictam ſibi hæreditariam portionem poſſe tranſmittere: memoratasque perſonas (ſi[f] tamen hæreditatem non recuſant) nulla huiuſmodi præſcriptione ſibi obſtante, eam tanquam debitam[g] vindicare. Quod ſcilicet etiam ſuper legatis ſeu fideicommiſſis à patre vel à matre, auo, vel auia, proauo, vel proauia derelictis, locum habet. Siquidem perindignum[h] eſt, fortuitas ob cauſas, vel caſus humanos, nepotes aut neptes, pronepotes, aut ꝓneptes, auita vel proauita ſucceſſione fraudari, aliosque aduerſus[i] auitum vel proauitum deſiderium inſtitutum inſperato[k] legati commodo vel hæreditatis gaudere. Habeant verò ſolatium triſtitiæ[l] ſuæ, quibus eſt meritò conſulendum. Datum III. Non. April. poſt conſulatum Protogenis & Aſterij. 450.

[a] *l. 1. §. 5. ſ. de caducis.*
[b] Hæreditas aſcendentiũ, etiam nõ adita, tranſmittitur ad poſteros inſtitutos moriẽtes quantumuis clauſis tabulis: idq; obtinet in legatis & fideicommiſſis *d. l. vn. §. 5. §. 13. l. 1. §. 8. ff. de collat. bonor.*
[c] Inter liberos non præſumitur reciproca ſubſtitutio.
[d] Datione cohæredis extranei, ius tranſmittendi non impeditur.
[e] *l. 24. inf. ff. de legat. 2.*
[f] Hæreditatẽ recuſans, nihil, etiam ad ſuos, tranſmittit.
[g] Parentum hæreditas liberis debita.
[h] Fortuitus caſus liberis nocere non debet.
[i] Contra deſiderium parentum hæreditas ad extraneos deferri intelligitur.
[k] Extranei nihil habent quod ſperẽt in eius hæreditate qui liberos habet.
[l] id eſt, mortis paternæ, quæ naturaliter liberis ignota eſſe ſolet.

## QVANDO[m] DIES LEGATI vel fideicommiſſi cedit,

### Tit. L I I.

*Legata annua ab initio cuiuſlibet anni ſunt ſoluenda.*

1. Impp. *Seuer. & Antoninus* AA. Agrippæ.

SI competenti iudici annua[n] legata vel fideicommiſſa tibi relicta probaueris, ab initio[o] cuiuſq; anni exigendi ea habebis facultatem. Suppoſita 3. Kalend. Iun. Saturnino & Gallo Coſſ. 199.

*Quod libere capitur reſtitutioni non ſubiacet. Bald.*

2. Iidem AA. Priſco.

AGrum pluribus relictum nominatim animaduertimus: & cautum eſſe, vt ad eum, qui[p] ſuperfuiſſet[q], pertineret. Quicunque igitur is fuerit: ad hæredem ſuum[r] dominium tranſmittit, nec tali[s] fideicõmiſſo adſtringitur[t]. PP. V. Kal. Aug. Chilone & Libone Coſſ. 205.

3. Iidem AA. Æliæ.

SI Pontionilla ad[u] eam ætatem peruenit, cui legatum vel fideicommiſſum relictum[x] erat: petitionem ad hæredes tranſmiſit, licet ante deceſſerit, quam conſequeretur legatum vel fideicommiſſum. PP. 5. Kal. Auguſt. Chilone & Libone Coſſ. 205.

*Sufficit quod conditio in momento temporis ſit impleta. Bald.*

4. Iidem AA. Ammiæ

CVm vxori vſusfructus[y] fundi legatur, & eius ꝓprietas, cùm[z] liberos habuerit: nato filio[a] ſtatim pro-

[o] §. 5. ſ. *eodem. l. 7. ſ. de iure deliberandi.* [p] *dixi ad d. §. 5. addẽ l. vn. ſ. tit. prox.* [q] *l. 2. §. 4. ff. ſecund. tabulas.* [r] Lex Iulia caducaria vltimum locum fiſco dedit. Bonus princeps poſt omnes eſt, *Caſsiodorus in formula Comitium priuat.* [s] *l. 9. ff. de Silaniano.* [t] proſpeximus *Haloand.* [u] *l. 10. ff. de iure fiſci. vide quæ dixi ad Nouell.* 109. *cap.* 1. [x] Communiter quæ proſunt, priuatæ vtilitati bonus princeps anteponit. [y] *l. 7. ſ. de legibus.* [z] puta liberis.

[m] *dixi ad 36. ff. 2. 44. Eclog. 20. adde Vlp. 24. §. 30.* [n] Annua quo tempore ſoluenda. [o] Annua legata ab initio cuiuſque anni peti poſſunt, ſuntque ſoluenda *l. 12. §. 4. ff. eod.* aliud in ſtipulationibus *l. 42. ff. de verborum obligat.* [p] *l. 87. §. 2. ff. de legat. 2.* [q] ſuperuixiſſet. [r] etiam extraneum *l. 78. §. 3. ff. de lega. 2.* [s] alij *Cuia. 18. obſ. 16.* [t] conſtringitur. In quibuſdam codicibus adijcitur hoc quod ſequitur, vt hæredibus eorum reſtituat, ſicut ſunt reſtituta ab illis. [u] Legatum relictum, *Si ad certam ætatem perueniat,* impleta ætate tranſmittitur ad hæredes, *Bald. l. 5. ff. eo.* [x] derelictum *Hal.* delegatum *Cuia. 18. obſ. 26.* ſic Egeſippus 2. Solomæ delegatum ſeruauit. [y] veſtigium iuris veteris, hic obſeruandum, quo vxori non habenti ſolidi capacitatem, licebat legare vſumfructum tertiæ partis bonorum: & cùm liberos habuiſſet eiuſdem partis proprietatem *vt l. 78. §. 14. ff. ad Trebell. Vlpia. tit. 15. verſ. prætor. l. 10. ff. de præſcript. verb. l. 48. ff. de vſur. l. 24. ff. de adimendis. l. vlt. ff. de vſufruct. legat. adde Cuia. 10. obſ. 17. 18. obſ. 16.* [z] quandoque liberos habuerit *Vlp.* 15. quandoque liberos habebit *l. 25. ff. de condit. & demonſt.* cùm liberos habuiſſet *l. 48. ff. de vſur.* ſublatis liberis, *l. 24. ff. de adimendis.* ad tempus liberorum *l. 61. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* in tempus liberorum *lege quarta, dicto titulo.* [a] etiam vnico *lege prima, infra de conditionibus inſert.* Nec intereſt natus ſit viuo an mortuo teſtatore, dum tamen poſt teſtamentum, *l. 9. l. 61. ff. de condit. & demonſtrat.* neque ex alio matrimonio, *l. 25. ff. de condit. & demonſtrat.*

prietatis legati dies cedit: nec[a] quicquam obeſt, ſi is decedat. PP. Kalen. Auguſt. Antonino A. III. & Geta item III. Coſſ. 209.

*Quando tempus certæ ætatis adijcitur poſt præcedẽtem diſpoſitionem puram, non facit conditionem, ſed differtur in tempus impletum. Bald.*

5. Imp. *Alexand.* A. Maximo.

EX his verbis, *Do lego Aeliæ Seuerinæ filiæ meæ, & Secundæ decem: quæ legata accipere debebit: cum[b] ad legitimum ſtatum[c] peruenerit:* non[d] conditio fideicommiſſo vel legato inſerta, ſed petitio in[e] tempus legitimæ ætatis dilata videtur. Et ideo ſi Ælia Seuerina filia teſtatoris cui legatum relictum eſt, die legati cedente, vita functa eſt: ad hæredem ſuum actionem tranſmiſit, ſcilicet vt eo tempore ſolutio fiat, quo Seuerina ſi rebus humanis ſubtracta non fuiſſet, viceſimumquintum annum ætatis impleſſet. Non cœptum[f] enim annum, ſed impletum[g], ſi de emolumento relicti fideicõmiſſi tractetur, expectandum eſſe ‖iuris‖ prudentibus placuit. PP. 13. Kalend. Ianuar. Alexandro A. II. & Marcello Coſſ. 227.

6. Imperatores *Dioclet. & Maximia.* AA. & CC. Euſebio.

SI fideicommiſſum ab inteſtato[h] fuerit ſorori tuæ relictum codicillis[i], & poſteaquam dies fideicommiſſi ceſſit, ‖rebus humanis, licet‖ ignorans[k] fideicommiſſum, exceſſerit: actionem huiuſmodi acquiri[l] potuiſſe, diſſimulare non poteris: ſalua ſcilicet ab inteſtato ſuccedenti quarta portione. Sup. Kal. Maijs, Trallis, AA. Coſſ.

## VT IN POSSESSIONEM[m] LEGAtorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa mittatur, & quando ſatiſdari[n] debeat,

### Tit. LIII.

1. Diuus *Anton. Pius.* Saluio.

QVONIAM nihil actor amplius[o] poſtulat, quàm vt fideicõmiſſi nomine ſatiſdetur: non debetis, qui iuri dicundo præeſt, ſubtiliter[p] cognoſcere, debeatur necne fideicõmiſſum, ſed tantum decernere vt ſatiſdetur. Sine die & conſule.

*Satisdatio de fideicommiſſis & legatis præſtandis poteſt per teſtatorem remitti. Salyc.*

2. Diuus Marcus[q] Stratonicæ.

IPſis rerum experimentis cognouimus ad publicam vtilitatem pertinere, vt ſatiſdationes, quæ volũtatis defunctorum tuendæ gratia in legatis & fideicommiſſis introductæ ſunt, eorundem voluntate remitti[r] poſſint. Quocunq; enim iudicio[s] voluntatis, cautio legati vel fideicommiſſi remitti poteſt. Sine die & conſule.

3. Impp. *Seuer. & Antonin.* AA. Symphoro.

SI poſtquam[t] ſeruandi legati ſeu fideicommiſſi gratia in poſſeſſionẽ inductus es, pignoris obligatio aut venditio ab hęrede interuenerit: pręcedere[u] cauſam tuã[x], quam iure prætorio[y] veluti pignus habuiſti, manifeſtum eſt. PP. 11. Kal. Decemb. Dextro & Priſco Coſſ. 197.

4. Imp. *Antoninus* A. Protagoræ.

CVm Artemidoram patri pupillorum tuorum hæredem extitiſſe proponas: quamuis vt fideicommiſſam hæreditatem his, cum[a] moreretur, reſtitueret, petita ſit: nullam tamen aduerſus debitores hæreditarios habent pupilli tui actionem. Planè, vt ſatis fideicommiſſorum nomine Artemidora det, (ſi[b] modo teſtator id fieri non prohibuerit) apud ſuum iudicem conueni. PP. 3. Kal. Iulij, Læto II. & Cereale Coſſ. 216.

5. Imp. *Alexander* A. Paulinæ.

QVi legati ſiue fideicommiſſi cauſa in poſſeſſionem mittuntur, non[c] proprietatem nanciſcuntur, ſed ius pignoris[d]. Vt autem & poſt acceptum pignus ſatisfiat defuncti voluntati, competens iudex te adeunte prouidebit. PP. 3. Id. Aug. Iuliano II. & Criſpino Coſſ. 225.

6. Idem A. Donato.

CErta eſt forma iuriſdictionis, qua fideicommiſſi ſeruandi cauſa in poſſeſſionem rerum, quæ in cauſa hæreditaria ſunt, aut dolo malo eſſe deſierũt, is, cui legati vel fideicommiſſi nomine ſatis non datur, mittitur, vel in proprias[e] res hæredis, ſi fideicommiſſo ſatis non fit poſt[f] ſex menſes quàm peti cœperit, ſecundum diui Antonini[g] patris mei cõſtitutionem. PP. 6. Id. Ianuar. Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

*Cautio legatorum poteſt per teſtatorem remitti, ſed non cautio fruſtratoria. Bald.*

7. Idem A. Proculiano.

SCire debetis, fideicommiſſi ‖quidem‖ & legati ſatiſdationem remitti[h] poſſe, diuum Marcum, ‖ & diuum Commodum‖ conſtituiſſe. Vt autem boni[i] viri arbitratu is, cui vſusfructus relictus eſt, vtatur fruatur: minimè ſatiſdationem remitti teſtamento poſſe. PP. 10. Kal. Martij, Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

8. Imperatores *Diocletian. & Maximianus* AA. & CC. Zenodoro.

COntra eos, ſiue ſucceſſores eorum, qui rempublicã adminiſtrantes[k] per officij neceſſitatem ciuitati ſub conditione relicti fideicommiſſi ſatis accipere debuerunt, quanti reipublicæ intererit ſatis acceptum non eſſe, dirigendam certum eſt actionem. Suppoſ. 7. Kalend. Mart. CC. Coſſ.

## DE SVIS[l] ET LEGITIMIS LIberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus,

### Tit. LIIII.

1. Impp. *Seuerus & Antonin.* AA. Criſpinæ.

SI fratri[m] tuo legitima hæres eſſe potes: centũ[n] dierum præfinitione non excluderis ab acquirenda hæreditate. PP. 3. Non. Nouembr. Antonino A. II. & Geta II. Coſſ. 206.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. Auiæ.

NEpotes ex diuerſis filijs varij numeri auo ſuccedentes ab inteſtato, non pro virilibus portionibus, ſed ex[o] ſtirpibus ſuccedunt. S. 3. Kal. Martij, Hadrianopoli, ipſis AA. IIII. & III. Coſſ. 290.

3. Iidem AA. & CC. Frontoni.

VT inteſtato defuncti filius[p] ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manentes in ſacris, pariter[q] ſuccedant: euiden-

[a] licet mulier amiſerit filiũ ꝑpter quem conſequuta eſt legatum, nõ propterea legatũ perdit. [b] *l.22.ff.eod.* [c] *l.13.ff.de probation. l.77. §.14.ff. de leg.* 2. Græci ἀκμὴν, i. iuſtam ætatem, quæ & virilis vigor *l.1.ff. de minoribus.* ad differentiam vigoris pubẽtis *l.4.ĵ.qui teſtamẽta.* & breuiter, ſtatus, ætas plena, perfecta, integra, 25. annorum, V. *Cuiac. 29. de præſcription.* [d] Aliud modo, aliud conditio *vt hic: & l.6.ff.eod.l.1.ff.de legat.2. l.66.ff.de cõd. & demonſt.* [e] Hæc verba, *cùm ad ſtatũ peruenerit*, legatũ ſuſpendunt, mora, non cõditione *l.46.in fi. ff. ad Trebell. leg.26.§.1.ff. quando dies.* Tẽpus certæ ætatis adiectum legato, legatũ nõ facit conditionale. ideoq; licet legatarius ante ætatẽ moritur, petitio legati ad eius hæredes tranſmittitur, *adde Hotom. conſi.* 21. An idem erit, ſi ita legatum ſit, Cùm nupſerit? *l.10.ff.de condi. & demonſt.* V. *Hotom. ibidem.* [f] An & quando annus cœptus pro completo haberi debeat, dixi *ad l.3. §.3.ff.de minorib.l.5.ff.qui teſtamenta.l.46.ff.de condit. & demonſt.l.74.§.1.ff.ad Trebell.l.8.ff.de munerib.* [g] *l.49.ff.de legat.1.* [h] Fideicommiſſum ab inteſtato relinqui poteſt, V. *l.3.ſ.ad Trebell.* [i] Legatorum codicillis relictorum dies, perinde cedit atq; teſtamẽto relictorum *l.6.in fi. ff.eo.* [k] *l.77.§.3.ff.de legat.3.* [l] Fideicõmiſſum poſt diem tranſmittitur ad hæredem etiam ignorantem. vnde colligitur, Interdum dominium adquiri ſine traditione *vt hic: l.64.inf.ff.de furtis.* V. *Ferrarienſem in forma libelli actionis realis 2.in verbo, Iure dominij 9.nu.27.* [m] *dixi ad l.36. ff.4.* [n] *dixi ad 36.ff.3.adde 44.Eclog.21.22.31.* [o] etiamſi nondum dies legati venerit, cautionem legatarius ab hærede petere poteſt, qua de re Pretor ſummatim cognoſcit. Summatim, i. de iure legati non inquirit, ſed ſimpliciter an legatum ſit. [p] i. ſummatim, *l.3.§.1.ff.eod. facit lex 14. inf.ff. vt legator. nomine.* [q] fit huius conſtitutionis mentio in lege 46. *ff.de minorib.* [r] Satiſdatio legati vel fideicommiſſi cauſa, hæredi à teſtatore remitti poteſt *vt hic: & l.4.inf.l.7.ĵ.eod. & Nou.159.* Poteſt etiam remittere teſtator ne hæredis bona hypothecæ ſint ſubiecta legatariis, V. *Clar.3.ſent.§.teſtamentum.q.70.* [s] indicio. Idem error multis alijs locis irrepſit, V. *Cuia. ad Nouel.22.* hinc etiam conſtat in remittenda cautione vulgari fideicommiſſario, ſufficere quodlibet indicium *l.77.inf. ff.de condit. & dem.* [t] *l.2.ĵ.qui potiores.* [u] Habens pignus prætorium in re aliqua, præfertur poſterioribus emptionis titulum habentibus. [x] cauſam emptorum ſc. at non creditorum anteriorum, *l.5.§.4.ff.eod.* [y] Pignus prætorium dicitur, quod iure prætorio, i. ex edicto conſtituitur, V. *ĵ.de prætor.pignor.* V. *Cuiac.5.obſ.30.*

[a] Ante euentum diei incertæ, fideicõmiſſum peti nõ poteſt; fideicommiſſi verò ſuæ die præſtandi cautio peti poteſt: niſi cautio à teſtatore ſit remiſſa, & meritò, cauſa.n. cognita, ante diem & conditionem cauere quis cogitur, *l.12.in f.ff.qui ſatiſda.* [b] *l.2.ſ.eod.l.7.ĵ.eod.* [c] *l.5.ff.eod.* [d] prætorij. Prætoriũ enim pignus eſt, quod miſſio in poſſeſſionẽ conſtituit ĵ. *de prætorio pign.l.3.§.1.ff.de rebus eor. l.12.ff.pro empt.* [e] V. *l.5.§.16.ff.eod.* [f] Legatarius in res hęredis mittitur, ſi poſt ſex menſes quã adijt prætorẽ, hæres neq; ſatiſdedit, neque ſatisfecit. [g] *d.§.16.* [h] *l.2.ſ.eod.l.12.ff. vt leg. l.77.inf.ff. de condit. & demonſt.* [i] *dixi ad l.1.ſ. de vſufr. adde 44. Eclog. 3.c.7.* [k] Pro legato reipublicę, tenentur eius adminiſtratores ſatiſdationẽ ab hærede petere. aliàs negligentes tenẽtur in id quod reipublicæ intereſt, *facit l.1.2.3.ſ.de magiſtratibus conuenien.l.2.ĵ.de adminiſt.rer.l.vlt.ff. de magiſtratib.conueniend.facit l.26.ff.de negotijs.* [l] *dixi ad 38.ff.16.* [m] Hæc lex non eſt de liberis ſed de agnatis ex tranſuerſo. hoc tamẽ ideo factum eſſe potuit, vt intelligeremus in ſucceſſionib. inteſtatorũ, quid iuri ciuili & prætorio intereſſet. quod collata & coniuncta lege 2.ĵ.*qui admitti.* adparebit ſtatim. Ius prætorium, per ſe temporarium eſt: ciuile perpetuum, V. *45.Ecl. 2.c.24.* [n] Hęres legitimus à ſuccedendo non excluditur centũ diebus. [o] Nepotes ex diuerſis filijs auo ſuccedũt ex ſtirpibus *vt hic:* id eſt, in ſtirpes, *§.6.Inſtit.de hæreditatibus quæ ab inteſt.Nouel.*118.*c.*1.*inf.* in ſtirpẽ, *Cai.2.tit.8.§.3.in fin.* ſeu portionem patris ſui, non in capita. [p] Cum filijs defuncti vocantur defuncti nepotes. [q] ſi tamen vnicus ſit nepos: alioquin ſi filius vnus ſit, quatuor nepotes, hæreditas non in quinque ſed in duas partes diuiditur. *Vide Nouell.*118.*cap.*1. Ideoque ſiue nepotes patruis concurrant *vt hic:* ſiue patruorum liberi, in ſtirpes ſemper ſuccedent *l.2.ſ.eodem.*

ter lege

ter lege duodecim tabularum cauetur. quod & honorarij iuris obſeruatio ſequitur. S. 15. Kal. Iul. AA. Coſſ.

*Poſthumus filius præfertur ſorori defuncti. Bald.*

4. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

INteſtato‖quidem‖defuncto poſthumum [a] ſuum hæredem, quam ſororem, licet conſanguineam, haberi potiorem, ordo ſucceſſionũ lege [b] duodecim tabularum factus, nimis euidenter demonſtrat. S. 6. Id. Dec. AA. Coſſ.

5. Iidem AA. & CC. Appiano.

SI te parens, in cuius fuiſti poteſtate, ſolenniter in adoptionem [c] dedit: cum filijs naturalibus adoptiui patris ante vel pòſt quęſitis defuncto inteſtato ſuccedere potes. Datum 6. Kal. Mart. Cæſaribus Coſſ.

6. Iidem AA. & CC. Poſidonio.

EX libera conceptus & ſeruo, velut [d] ſpurius habetur: nec vt decurionis filius (quamuis pater eius‖naturalis‖manumiſſus, & natalibus [e] ſuis reſtitutus hunc adeptus fuit honorem) defendi poteſt. Suppoſita 6. Idus Febr. CC. Coſſ.

7. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

FIlium habere ſuum libertus [f] in poteſtate non prohibetur, cùm ob præteritum ſtatũ ex legitimis nuptijs ingenuorum exemplo filios habere liberto nõ ſit interdictum. S. 16. Kal. Mart. CC. Coſſ.

8. Iidem AA. & CC. Catoniæ.

APud hoſtes patre defuncto, filia communis vobis, quo caſu mortis ſcientia [g] non poſtulatur, hæres extitit ſua, & ad te tranſmiſit ſucceſſionem. S. 12. Kal. Decemb. Nicomediæ, Cæſ. Conſſ.

*Auo vel auiæ ab inteſtato morienti ſuccedunt nepotes ex filia, cum auunculis & materteris cum deminutione tertiæ partis eius portionis, in qua parens ſuccederet ſi viueret. Salyc.*

9. Imppp. *Valentin. Theodoſ. Arcad.* AAA. Conſtantino præfecto prætorio.

SI defunctus, cuiuſcunque ſexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia diem functa, cuiuſcunq; ſexus aut numeri nepotes: eius partis, quam defuncta ſuperſtes patri inter fratres ſuos fuiſſet habitura, duas partes conſequantur nepotes ex eadem filia: tertia † pars fratribus ſororibúſve eius quæ defuncta eſt, id eſt, filijs filiabuſq; eius, de cuius bonis agitur, auunculis ſcilicet ſiue materteris eorum, quorum commodo legem ſancimus, accreſcat [h]. Hæc eadem, quæ de aui materni bonis conſtituimus, & de auiæ [i] maternæ ſiue etiam paternæ ſimili æquitate ſancimus: niſi fortè auia elogia inurenda [k] impijs nepotibus iuſta ſemotis ratione dixerit, ‖ & hoc fuerit legibus approbatum.‖ Non ſolùm autem ſi inteſtatus auus auiáve deceſſerit [l], hæc nepotibus quæ ſancimus iura ſeruamus: ſed & ſi auus vel auia, quibus huiuſmodi nepotes erunt, teſtati obierint, & præterierint [m] nepotes, aut exhæredauerint. Eadem [n] & de iniuſto auorum teſtamento. Et ſi quæ filiæ poterant vel de re [o] vel de lite [p] competere actiones, nepotibus deferimus ſecundum iuſtum noſtræ legis modum, quæ de parentum inofficioſis teſtamentis competunt filijs. Datum 5. Kal. Mart. Mediolani, Timaſio & Promoto Conſſ. 389.

10. Imperatores *Theodoſius & Valent.* AA. Maximo [q] PP.

VBi auiarum ſucceſſio morte interueniente diſcutitur, capitis deminutio [r] paterna [ſ] quærenda non eſt.

[a] poſthumus admittitur ad hæreditatem defuncti *leg. 1. §. 9. ff. de ſuis.* & ſorori defuncti pręfertur, *vt hic.*
[b] *d. §. 9.*
[c] Adoptiuus admittitur ad ſucceſſionem cũ filijs legitimis & naturalibus, ſiue ante, ſiue poſt adoptionem nati ſint, 45. *Eclog. 2. c. 28. l. 1. §. 6. ff. Vnde liberi. §. 2. Inſti. de hæred. quæ ab inteſtato.*
[d] πορνογένης 45. *Eclog. 2. c. 28. leg. 1. ꝟ. ſoluto.*
[e] *dixi ad l. 2. ꝟ. de iure anreorum.*
[f] Nihil impedit quominꝰ libertus filijs poſſit ſuccedere, cùm eos habeat in poteſtate.
[g] Sui hęredes etiamſi ignorantes ſe hæredes eſſe naturæ conceſſerint, hæreditatẽ parentũ tranſmittunt ad hæredes ſuos.
† Nepos ex filia auo materno ſuccedit cum auũculis & materteris cum deminutiõe trientis, in qua mater eius ſuccederet, ſi viueret, *vt hic: & l. 19. ꝟ. de collationib. l. 4. Codice Theodoſ. de legitimis hæredibus. §. 15. in fi. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato.* Hodie ſine deminutione ſuccedit *lege vlt. ꝟ. eodem. Nouell. 18. ca. 4. & 118. cap. 1.* licet neque ſui neque legitimi ſint. Ideoq; hæc lex, eiuſq; ſimiles abrogantur. abrogatur etiam ius vetus, quo ex filia nati, poſt lineam agnatorum vocabantur, §. 15. *Inſtit. de hæreditatib. quæ ab inteſta.*
[h] Hic integra ſententia Codicis Theodoſiani *dicto loco* omiſſa eſt. Ea ita habet, Quòd ſi hic defunctus de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, præterea filios non habebit, ſed qui præferri nepotib. poſſint habebit adgnatos, in quãdam Falcidiam & in dodrantem nepotes iure ſuccedant. [i] Nepotes vt ſuccedunt auiæ maternæ. [k] Ne dicas cum Accurſio, Nepotes ex filio iuſtis de cauſis poſſe exhæredari ab auia. nam agitur hic de ſucceſſionibus ab inteſtato, nemo verò exhæredatur ab inteſtato, ſed nepotem exhæredatum à patre vel matre non repræſentare vicem ſui parentis in ſucceſſione aui vel auiæ. *adde Cuiacium 18. obſeru. 17.* [l] defecerit *dicta l. 4. Codice Theodoſ.* [m] Nepotes ex filia præteriti, rumpunt teſtamentum, aut iniuſtè exhęredati querela inofficioſi vtuntur. [n] hęc vox deeſt in Codice Theodoſiano *dict. loco.* [o] de hęreditatis petitione. [p] de querela inofficioſi. [q] Maximo Præfecto vrbi *lege ſexta Codice Theod. de legitim. hæredit.* [r] *adde l. 1. §. 4. ff. de ſuis.* [ſ] materna. ita extat in Codice Theodoſiano *dicta lege 6.* & ita legi in Baſilicis *lib. 46.* Cuiacius 18. *obſeruat. 17.* notat, & rectiùs. vt ſit ſenſus,

Tunc enim in huiuſmodi hæreditatibus filiorum ſtatus aut perſona ſpectatur, quotiens de eius bonis, qui poteſtatem familię potuit habere, tractatur. Datum 15. Kalen. Octobr. Rauennæ, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Conſſ. 430.

*Patri & matri filius & filia ipſo iure ſuccedunt. Salyc.*

11. Impp. *Theodoſius & Valentinianus* AA. ad Senatum vrbis Romæ.

SI matre [a] ſuperſtite filius vel filia, qui quæve moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri ſuo matrive‖ſuę‖ ipſo iure ſuccedant. quod ſine dubio & de pronepotibus obſeruandum‖eſſe‖cenſemus. Datum Idib. Nouem. Theodoſio XV. & Valentiniano‖III.‖AA. Conſſ. 435.

12. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

QVotiens aliquis vel aliqua inteſtatus vel inteſtata, mortuus vel mortua fuerit, nepotibus vel pronepotibus cuiuſcunque ſexus, vel deinceps alijs deſcendentibus derelictis, quibus *Vnde liberi* bonorum poſſeſſio minimè competit, & inſuper ex latere quibuſcunque agnatis: minimè † poſſint ijdem agnati quartam partem hæreditatis mortuæ perſonæ ſibi vindicare, ſed deſcẽdentes ſoli [b] ad mortui ſucceſſionem vocentur. Quod tantùm in futuris [c], nõ etiam præteritis negotijs ſeruari decernimus. Datum Kal. Iul. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. PP. II. Coſ. 528.

*Auth. ex Nouell. 118. cap. 1.*

*IN ſucceſſionem mortui patrisfamilias, ſiue filijfamilias, liberi [d] eius, ſi ſunt, omnibus alijs prælati ſuccedunt. Primi quidem gradus æqualiter [e] ſuccedunt: nepotes & vlteriores in [f] ſtirpes: non diſtinguendo ſexum, † vel iura † poteſtatis, ſed ſola naturali cauſa inſpecta.*

## AD SENATVSCONSVLTVM Tertullianum [g],

## Tit. LV.

1. Imperatores *Diocletianus* [h] *& Maximia.* AA. & CC. Viuianæ.

LICET liberi matribus ab inteſtato ita demum per ſe hæredes exiſtant, ſi fari [i] poſſint: tamen matres liberis etiam ſi infantes [k] naturæ conceſſerint, poſſe ſuccedere, nulla dubitatio eſt. PP. 10. Kal. April. Tiberiano & Dione Conſſ. 291.

2. Iidem AA. & CC. Rheſæ.

IN ſucceſſione filij vel filiæ communis ſine liberis & fratribus & ſororibus morientis, pater † manumiſſor [l], quia ei ſit vetus ius ſeruatum, matri præfertur. S. 6. Id. Decemb. CC. Conſſ.

*Exceptio tutoris non petiti, non excludit matrem à ſucceſſione filij poſtea facti adulti. Salyc.*

3. Imperator *Conſtantinus* Aug. Catulino proconſuli Africæ.

MAtres, quæ puberes amiſerunt filios, licet impuberibus‖eis‖tutores [m] non petierint, præſcriptione [n] ‖tamen‖non petiti tutoris ad excludẽdam eorum ſucceſſionem minimè debere præſcribi, certum eſt. Dat. 6. Kalendis Auguſti, Conſtantio, A. VII. & Conſtante Coſſ. 534.

Natum poſt emancipationem matris, iure ciuili, auo materno non ſuccedere, auiæ paternæ vel maternæ nõ ſuccedere. ad hæc fruſtra quęri, An mater fuerit emancipata, quia auia (vt & quęuis mulier) familiæ poteſtatem non habet, *l. 13. ff. de ſuis. l. 8. ꝟ. de præſcriptio. lõgi tempor. Leo Nouell. 25.* De emancipatione *adde l. 7. Cod. Theodoſ. eod.*

[a] In ſucceſſione ab inteſtato, deſcendentes aſcendẽtibus præferuntur, *vt hic: & 45. Eclog. 2. cap. 32. l. 2. §. 6. ff. ad Tertyl. §. 3. Inſtit. de Sc. Tertull. Nouella 118. c. 1. Lex 8. in f. C. Theodo. de legitim.* eſtque hæc lex pars legis 5. *ꝟ. ad Tertul.* † abrogatur pars legis 9. *ꝟ. eod.* & ſimiles de quibus *ibidem dixi.*
[b] *Nouel. 18. c. 4. Nouell. 118. c. 1.*
[c] *l. 7. ſupr. de legibus.*

[d] In ſucceſſione defuncti, liberi omnibus præferuntur. [e] Primo gradu, liberi inter ſe æqualiter ſuccedunt. [f] Nepotes inter ſe vel cum patruis vel cum amitis ſuccedunt in ſtirpes, *l. 2. 3. ſupra eodem.* † confirmatur lex vlt. *ꝟ. eodem. lege 9. ſup. eodem.* & ſimilibus legibus abrogatis. † id adiectum videtur propter legem 10. *ſupra eodem.* [g] *dixi ad 28. ff. 17.* quo matres ſuccedunt liberis ab inteſtato mortuis nulla relicta prole. [h] Theodoſio videtur hæc lex tribui *Nouell. 158.* [i] Maior infante, per ſe matris hæreditatem poteſt petere, *vid. legem 18. ꝟ. de iure deliberandi.* [k] hoc innuit, Etiamſi filius infans ex Sc. Orphitiano matri non ſuccedebat, niſi per patrem aut tutorem: ex Tertulliano tamen, matrem cuiuſque ætatis filio ſuccedere. † In ſucceſſione filij pater præfertur matri *vt hic: & lege 2. §. 5. ff. eodem. §. 3. Inſtit. eodem. lege 10. ff. de ſuis.* hodie non præfertur *leg. vlt. §. 1. infra eodem.* [l] *l. 10. ff. de ſuis.* manumittit filium qui emancipat. [m] Mater quæ filio tutorem non petit, filio non ſuccedit, ſi quidem is impubes deceſſit, ſi pubes, ſuccedit, *l. 6. infra eodem. 45. Eclog. 1. cap. 32. adde l. 2. §. 1. leg. 4. §. 2. ff. qui petant. tutor. l. 2. infra ſi aduerſ. delict.* [n] De præſcriptione, id eſt, exceptione, non petiti tutoris. Præſcriptio enim exceptio. hinc liber Tertulliani de præſcriptionibus aduerſus hæreticos: id eſt, de defenſionibus & exceptionibus aduerſus hæreticos.

4. Imperatores *Gratian. Valent. & Theodoſ.* AAA. Eutropio PP.

SI qua mulier nequaquam religionem [a] priori viro, ex quo filios ſeu filias non habet, nuptiarum feſtinatione [b] præſtiterit, ex iure quidem notiſſimo infamis ſit, niſi [c] huiuſmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: ſin autem ei filij erunt ſeu filię, & impetrauerit indulgentiam, infamiæ [d] abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, ſi facultatum omnium quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio vel filiæ, filijs ſeu filiabus donauerit, quos habebat ex viro priore ſuſceptos, purè ſcilicet & omni donationis ſolennitate completa, nec retento quidem vſufructu. Quē quidem ſemiſſem ſi duobus filijs ſeu filiabus pluribúsve donauerit, & ſorte fatali [e] vnus vel vna, ſeu alius vel alia ex iiſdem inteſtatus vel inteſtata obierit: ſemper ad † ſuperſtites fratres vel ſorores volumus pertinere. Sin autem vniuerſi vel vniuerſæ inteſtati diem obierint: duræ [f] fortunæ ad matrem ſolatia ex integro reuertantur: ita ſcilicet, vt hunc ſemiſſem, quem filijs vel filiabus donauerat, inteſtato diem obeuntibus, rurſus ipſa ſeparatim ab vltimi filij vel filiæ hæreditate præſumat. PP. 15. Kal. Ianuar. Gratiano V. & Theodoſio AA. Coſſ. 380.

5. Imperatores *Theodo. & Valent.* AA. Senatui vrbis Romæ.

MAter quæ [g] defuncto filio filiæve ſine liberis, ex teſtamento vel ab inteſtato ſuccedit: ſi matrimonium ſecundum poſt † mortem filij vel filiæ nõ contraxerit: omnia filij ‖ ſeu filię ‖ morte delata ‖ vel derelicta, ‖ pleno iure acquirat. Sin verò alterius † mariti cõiugium elegerit: extrinſecus [h] quidem quæſita filio filiæve, ſimili firmitate poſſideat. rerum verò paternarum [i] defuncti ſolo vſufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem ‖ & ſororibus & ‖ fratribus [k] tranſmiſſura defuncti. Dat. 7. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Coſſ. 426.

*Mater tutrix filij priuatur eius hæreditate, ſi tranſiuit ad ſecunda vota, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari. Salycet.*

6. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

OMnem ‖ matri ‖ ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſi filius impubes moritur, denegandam volumus ſucceſſionem, ſi ea legitima liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum adſpirauit nuptias, antequam [l] ei tutorem alium fecerit ordinari, eiq; quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſoluerit. Datum 7. Id. Iul. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVI. & Feſto Coſſ. 438.

*Fratres defuncti non excludunt eius matrem, ſed cum ea ſuccedunt pro virili: ſorores vero in ſtirpes.*

7. Imperator *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

SI quis, vel ſi qua, matre ſuperſtite & fratre, vel legitimo, vel ſola cognationis iura habente, inteſtatus vel inteſtata deceſſerit: nõ excludi à filij ſucceſſione matrem, ſed vnà † cum fratre mortui vel mortuæ, ſi ſuperſtes vel filius vel priuignus [m] ipſius ſit, ad eam peruenire, ad ſimilitudinem ſororum mortui vel mortuæ: ita tamen, vt ſi quidem ſolæ † ſorores agnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiā ‖ partem ‖ omnes ſorores habeant. Sin verò matre ſuperſtite & fratre, vel [n] fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus inteſtatus quis vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas: nec liceat matri occaſione ſororum mortui vel mortuæ ampliorem partem ſibi vindicare, quàm rata portio capitũ exigit: patruo ſcilicet mortui vel mortuæ, & eius filio vel nepote, nullum ius ad eius hæreditatem (matre ‖ eius ‖ hærede exiſtente) habentibus: nec ex veteribus legibus, vel ex conſtitutionibus partem patris minui.

1 ¶ Sin autem defuncta perſona non ſolum matrem, & fratres, & ſorores ſuperſtites habeat, ſed etiam [a] patrem: ſed ſi quidem ſui iuris deceſſit, quia patris perſona interueniens, matris iura ſuperare videtur: omnibus pio animo prouidētes, ſancimus fratres quidem & ſorores mortuæ perſonæ ad ſucceſſionem proprietatis ſolos pro [b] virili portione vocari: patri autem & matri vſumfructum [c] totius ſucceſſionis pro beſſe competere, æqua lance inter † patrem & matrem diuidendum, reliqua parte vſusfructus apud fratres & ſorores remanente. Sin verò defuncta perſona in ſacris patris cõſtituta deceſſerit: pater quidem vſumfructum, quem & viuente filio habebat, teneat, donec viuat incorruptum: mater autem quia ‖ hunc ‖ vſumfructum habere viuente patre non poteſt, totum apud patrem conſtitutum: vna cum fratrib. defunctæ perſonæ ad proprietatem vocetur, ſcilicet cum ſororib. ſola in dimidia †, cum fratribus vel promiſcui [d] generis ſecundum ſupradictam diſtributionem in virilem portionem: Omnibus videlicet quæ de mulieribus ad ſecundas nuptias migrantibus ſancita ſunt, in ſuo ſtatu durantibus. Datum Kalen. Iun. Conſtantinopol. D N. Iuſtiniano Aug. PP. II. Coſ.

*Auth. ex Nouell. 22. c. 47.*

E*T cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cum permixtis, vocantur matres in virilem † portionem.*

*Auth. ex Nouell. 115. c. 4.*

I*N teſtamento quoque non licet liberis parentes excludere, niſi iuſta cauſa exhæredationis inſeratur, quæ ſeptenario numero noua conſtitutione diſtribuitur. alioquin reſcinditur teſtamentum circa conſtitutiones: nam in cæteris [e] perſeuerat. †*

*Auth. ex Nouell. 118. cap. 1.*

D*Efuncto ſine liberis filio, parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalua gradus [f] ſui prærogatiua: ſi pari [g] gradu ſunt, pariter ſuccedunt: paternis [h] quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata licet ſit diſpar eorum numerus. Sed ſi cum parentibus fratres et ſorores vtrinque defuncto coniuncti ſuperſint: vocantur cum aſcendentibus gradu proximis, ita vt viriles portiones fiant, excluſa prorſus omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis, vbi nulla ſecundarum nuptiarum fit mentio.*

## AD SENATVSCONSVLTVM Orfitianum [i],

### Tit. LVI.

1. Imp. *Alexander* A. Euangelo.

SI inteſtatæ mulieri conſanguinei exiſtant, & mater [k], & filia: ad ſolam filiam ex ſenatuſconſulto Orfitiano hæreditas pertinet. PP. 15. Kalend. Februar. Fuſco II. & Dextro Coſſ. 226.

[a] Religionē viro mortuo vxor debet. [b] intra annũ luctus ſc. v. *l. 1. j̄. de ſecun. nupt.* [c] *Nouell. 22. c. 22. adde quæ dixi ad l. 15. ſ̄. de his qui notant.* [d] Princeps non tam infamiæ poteſt remittere. [e] mortem intelligit, quã prudētiores non fato ſed Dei prouidētię attribuũt. † & ita fratres matres excludebãt, *vt hic: & §. 3. verſic. frater. Inſtit. eodem.* hodie nõ excludunt *l. 7. j̄. eod.* [f] v. *l. 28. ſ̄. de inofficioſo. l. vlt. j̄. de inſtitut. l. 15. ff. de inoff. l. 7. inf. ff. vnde liberi. l. 26. in fin. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. l. 78. ff. de condit. & demon.* [g] quę habens ius liberorũ defũcto, &c. [h] 8. *C. Theod. de legitim. hæredib.* † Quid ſi ante mortem filij? olim in omnib. bonis filij, cũ profectitijs tum aduētitijs ſolum habebat vſumfructũ, *l. 3. in fin. ſ̄. de ſecund. nupt.* Hodie id immutatum eſt vt mox dicã. † Mater nubēs poſt mortem filij, pro ſua parte aduentitia filij bona pleno iure capiebat, profectitia à patre vſusfructus tãtùm iure *vt hic:* Hodie, mater cùm fratribus & ſororib. defuncti ſuccedit in virilem pleno iure in bonis aduentitijs & profectitijs, ſiue in viduitate permanſerit, ſiue ad ſecundas nuptias venerit, ante vel poſt mortem filij, v. *Nouell. 2. c. 3.* [h] id eſt, profectitiorum. [i] *Nouel. 22. c. 40. l. 10. j̄. de legit. hæred.* [k] vox *fratribus*, deeſt in Codice Theodoſiano quod à Triboniano mutatum. placuit enim Iuſtiniano, vt & cum ſororibus mater veniret in virilem. [l] *l. 3. ſ̄. eod.* Mater tutrix filij priuatur eius hæreditate, ſi iterum nupſit antequam ei tutorem petierit, & ita ceſſat Tertullianum *vt hic: & Nouell. 22. c. 40. & d. l. 10. adde l. 6. j̄. in quib. cauſ. pignus.* † olim frater defuncti eius matrem excludebat, *l. 4. verſi. quem quidem. ſ̄. eod. §. 3. verſ. frater. Inſtit. eod.* hodie non excludit *vt hic: & Nouel. 22. c. 47. §. 2. Nouel. 118. c. 2.* [m] *vide Cuiac. 12. obſeru. 7.* † Si defuncti mater & ſolæ ſorores extabant, mater in ſemiſſem ſuccedebat. reliquæ ſorores in alium ſemiſſem *vt hic:* hodie in virilem, *Nouell. 22. ca. 47. Auth. Et cum ſolis. j̄. eod.* [n] Si defuncti mater & fratres: vel mater, fratres, & ſorores, mater virilem obtinet.

[a] Si defuncto pater, mater, fratres & ſorores extiterint, quomodo ſucceditur? Si defunctus ſui iuris fuit, integra proprietas ad fratres, dimidia vſusfructꝰ ad patrem & matrē defuncti *vt hic:* altera dimidia ad reliquos fratres defuncti deferebãtur *vt hic.* Paulo pòſt, integer vſusfructꝰ patri adtributus fuit, *l. 13. j̄. de legitimis.* Tãdem vſus loco, virilis proprietatis patri data eſt *Nou. 118. c. 2.* Si verò defunctus ſui iuris nõ fuit, vſusfructus integer patri ſoli adquirebatur *vt hic:* qđ tamen immutatum eſt vt mox dicam. Proprietas verò adquirebatur matri & dimidia vſusfructus, ſi ſolis ſororibus defuncti concurrit: virilis ſi cum fratribus ſolis, aut cum fratribꝰ ſimul & ſororibus defuncti concurrebat. [b] *l. 11. ſ̄. famil. erciſcund.* [c] Vſusfructus totius ſucceſſionis ſemiſſem competere, quæ lectio eſt ſincera. [d] olim pater matri præferebatur. & ita abrogatur lex 2. §. 15. *ff. eo. §. 3. verſ. pater. Inſtit. eod. l. 2. ſ̄. eod. l. 10. ff. de ſuis & legitimis.* † in dimidiam *Hal.* hodie in virilem, *Auth. Et cum ſolis. j̄. eodem.* [d] id eſt, ſi matri concurrunt fratres ſimul & ſorores defuncti. † olim cum ſolis ſororibus vocabatur. & ita abrogatur pars legis ſuperioris. [e] id eſt, legatis & fideicommiſſis. *dixi ad Nouell. 115. cap. 3. in fin.* † olim ita non fuit *dixi ad d. cap. 3.* [f] vt qui prior gradu fuerit, prior ſuccedat. [g] Pares gradu, pariter ſuccedunt. [h] Filio filiáve defunctis, vna dimidia paternis parentibus: altera maternis cedit. Mirum, quòd non dixerit: Paterna paternis: materna maternis cedere, vt *l. 13. j̄. de legitimis hæredibus.* [i] *dixi ad 38. ff. 17. adde Paul. 4. ſent. 10.* quo filij ſuccedunt matri inteſtatæ. [k] In ſucceſſione matris, filia, matris conſanguineis & adgnatis omnibus defunctæ præfertur, *adde l. 1. ff. eodem. Inſt. eod. in princip. 45. Eclog. 1. c. 36.* id eſt, Deſcendentes præferuntur aſcendentibus, *l. 4. j̄. eodem.* ſucceſſio magis deſcendit quàm aſcendit.

*Nonnu-*

*Non numerus liberorum, ſed hæreditatis aditio deſignat portiones. Bald.*

2. Imperatores *Diocletian. & Maximia.* AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero ſuperſtitum mortis matris tempore, ſed ſuccedentium, materna ſcinditur hæreditas. Quapropter ſi mater veſtra te & vno fratre emancipatis, duobus autem alijs in patria poſitis poteſtate ſuperſtitib. diem functa eſt: & hi, qui in poteſtate patris fuerant, priuſquam[a] maternam hæreditatem ſibi quærerent, rebus humanis exempti[b] ſunt: inter duos tãtum viriles non ambigitur factas portiones. S. 7. Kalend. April. Sirmij, AA. Coſſ.

3. Iidem AA. & CC. Iulianæ.

MAtri inteſtatò defunctæ ſecundum Orfitianum ſenatuſconſultum, citra[c] bonorum poſſeſſionem filia pro hærede gerendo[d], ſuccedere non prohibetur. S. 12. Kal. Nouemb. AA. Coſſ.

4. Imppp. *Gratianus, Valentinia. & Theodoſ.* AAA. ad Hilarianum P.V.

QVotiens[e] de emancipati filij filiæve ſucceſſione tractatur: filijs ex his genitis deferatur intacta pro ſolido ſucceſſio, neque[f] vlla ‖defuncti‖ defunctæve‖ patri matrive concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hæreditas. Datum 15. Kalend. Mart. Mediolani, Merobaude II. & Saturnino, Coſſ.

*Mulieri illuſtri ſpurius legitimis extantibus non ſuccedit. Bald.*

5. Imperator *Iuſtinianus* Auguſt. Demoſtheni præfecto prætorio.

SI qua illuſtris[g] mulier filium ex iuſtis nuptijs procreauerit, & alterum ſpurium habuerit, cui[h] pater incertus ſit: quemadmodum res maternæ ad eos perueniant, ſiue tantummodo ad liberos iuſtos, ſiue etiam ‖ad‖ ſpurios, dubitabatur. Sancimus itaque, vt[i] neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex liberalitate inter viuos habita, iuſtis liberis exiſtentibus, aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perueniat: cùm in mulieribus ingenuis[k] & illuſtribus (quibus caſtitatis[l] obſeruatio præcipuum debitum eſt) nominari ſpurios, ſatis iniurioſum[m], ſatiſque acerbum, & noſtris temporibus indignum eſſe iudicemus. Et hanc legem ipſi pudicitiæ[n], quam ſemper colendã cenſemus, meritò dedicamus. Sin autem concubina liberæ conditionis conſtituta, filium vel filiam ex licita[o] conſuetudine ab homine libero[p] habita procreauerit: eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ iure legitimo in ſuo patrimonio poſſidet, nulla dubitatio eſt. Datum 15. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V.C. Coſ. 251.

*Poſt moram in præſtanda libertate commiſſam, partus naſcitur legitimus, & ſuccedit matri, & è contra. Salycet.*

6. Idem A. Iuliano P.P.

QVidam ancillæ ſuę per fideicommiſſũ libertatem reliquit. eo autẽ, à quo libertas relicta eſt, moram in libertate præſtanda faciente peperit ancilla. & eſſe ‖ eum ‖ quidem ingenuum puerum, vel puellam, qui poſt moram nati ſunt, omnes veteris iuris auctores conſentiunt: dubitabatur autem inter eos, ſi matri morienti poſſet ſuccedere. Huiuſmodi itaq; dubitationem eorum decidentes, vlterius eam procedere non patimur: ſed ſancimus eandem[r] matris progeniem hæredem ab inteſtato ei poſſe exiſtere, ſaluo iure legitimo ex auctoritate ſenatuſconſulti Orfitiani proli ſeruando: & tam matre ex ſenatuſconſulto Tertulliano, quàm prole ex Orfitiano ſenatuſconſulto inuicem ad ſuas hæreditates venientibus. Datum Kalend. Octobr. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte, VV. CC. Coſſ. 530.

## DE[s] LEGITIMIS[t] HÆREDIBVS,

### Tit. LVII.

[a] l. 7. ĩ. de iure deliberandi. [b] Deficientis portio adcreſcit, reliquis adeuntibus. [c] Liberi matri ſuccedunt citra bonorũ poſſeſſionẽ, facit l. 4. ĩ. tit. prox. Cur ita? quia nõ Prætoris ſed ſenatuſcõſulti beneficio admittũtur ad ſucceſſionẽ, l. 1. C. Theodo. de legitim. hæredib. l. 1. Cod. Theodoſ. de cretionib. bonor. ſublat. l. 13. ff. Vnde legitimi. [d] ſola aditione Paulus 4. ſent. 10. §. Vlt. [e] l. 3. C. Theodoſ. de legit. hæredib. [f] Deſcendentes pręferuntur aſcendentibus, l. 1. ĩ. eo. [g] l. 3. ĩ. ſoluto. [h] Spurius, cui pater incertus, dixi ad Nou. 89. c. 15. [i] Matri illuſtri, cui legitimi ſunt liberi, non ſuccedit ſpurius, vt hic: illuſtri ſuccedit, ver. Sin autem. ĩ. eodem. [k] aliud in ingenuis & vtilibus Roland. à Vall. 1. conſi. 74. num. 23. [l] Quo mulier illuſtrior, eo caſtior eſſe debet. [m] Iniurioſum eſt illuſtri mulieri, ſpurios eſſe. [n] Pudicitiæ cultus. [o] Concubinatus Romanis licita fuit cõſuetudo atq; coniunctio. dixi ad l. 1. ĩ. de concubin. adde l. 3. ff. de concubinis. [p] aliud ſi ab homine ſeruilis conditionis, aut libero quidem, ſed vxorem habente. dixi ad Nouell. 89. cap. 15. quod Rolandus à Valle non admitteret 1. conſil. 74. numero 12. [q] Qui poſt moram fideicommiſſariæ matris libertati factam naſcuntur, ingenui ſunt vt hic: lege prima, §. 3. lege 2. §. 3. ff. ad Tertullianum. l. 1. §. 1. ff. de ſuis. ideoque matri ſuccedunt, verſi. fin. ĩ. & lege 2. §. 3. ff. ad Tertull. [r] id eſt, ita natam, ita ſuſceptam poſt moram fideicommiſſariæ matris libertati factam. [s] Pars ſecund. titu. 16. ff. lib. 38. Nouell. 1. 8. 3. q. 285. [t] id eſt, agnatis, quo nomine primo intellige fratres conſanguineos.

1. Imp. *Alexander* A. Caſſio & Hermionæ.

IN ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis, vel in bonorum poſſeſſione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres[a] quam ſorores pari iure eſſe, licet † non ‖ ex ‖ eadem matre ſuſcepti ſunt, ius certum eſt. Nec huic derogatur, quòd[b] amitas veſtras ab auo veſtro dotatas[c] fuiſſe proponitis. PP. Non. Maiis, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

2. Imp. *Gordianus* A. Tatianæ & alijs.

SI eius, quæ vos hæredes inſtituit, patri hæreditatẽ non quæſiſtis, poſteaque mortuo patre, ac repudiata[d] eius hæreditate, defunctæ ſucceſſionẽ agnouiſtis: ea, quæ bonorum ſunt defunctæ, ab his ſeparari, quæ patris veſtri fuerunt, præſes prouinciæ nõ ignorabit. PP. 6. Idib. April. Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

*Soror fratris filio antefertur ciuili ac prætorio iure ex gradus prioritate. Bald.*

3. Imp. *Decius* A. Aſclepiodotæ.

COnſanguinitatis iure & fœminas[e] ad inteſtatorum ſucceſſionẽ admitti poſſe, explorati[f] iuris eſt. Proinde cùm fratris tui inteſtato[g] mortui ad te conſanguinitatis iure hęreditas pertineat: nulla ratione alterius † fratris tui filij ad eandem ſucceſſionem adſpirare deſiderant. nam & ceſſante iure agnationis in perſona omnium, prætorij iuris beneficio ad te potiùs, quæ ſecundum gradum obtines, hæreditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt. PP. II. Non. Decemb. Decio A. & Grato Coſſ. 251.

*Auth. ex Nouel. 118. c. 2. & Nou. 127. c. 1.*

*CEſſante[h] ſucceſſione lineæ deſcendentis, & eius, quæ ſola ſit aſcendentis, vocantur primo[i] fratres, fratriſq; præmortui filij in ſtirpes. Dico autem de fratre, eiuſq; fratris filijs, qui ex vtroq; parente contingunt eum, de cuius hæreditate nunc agitur. quæ perſonæ veniunt &[k] ſine defunctæ nunc perſonæ parentibus, & cum proximis gradu aſcendentibus. Et quidem prædictis fratris filius & ſi[l] tertio gradu ſit, præfertur fratribus defuncti, qui ex vno tantum parente cognati ſunt. In hac ſucceſſione omnis differẽtia ſexus & emancipationis ceſſat.*

*Auth. ex Nouell. 118. c. 3.*

*POſt fratres autem ex vtroq; parente & eorum filios admittuntur ex vno[m] latere fratres, ſororeſve: cum quibus & filij eorũ, ſi qui ex eis iam deceſſerint. Hi autem fratrum filij cùm pares ſint defuncti fratribus, præferuntur[n] procul dubio eiuſdem defuncti patruis, & alijs ſimilibus: & in his ſucceſſionibus omnino ceſſat ſexus & agnationis ratio.*

*Auth. ex Nou. 118. c. 3.*

*POſt fratres, fratrumq; filios vocantur quicunque gradu ſunt proximiores[o]: vt pares[p] in gradu pariter*

[a] Frater & ſorores ad ſucceſſionẽ pariter admittuntur. † Hodie conſanguinei & vterini ſimul potiores sũt alijs, q̃ ſolũmodo cõſanguinei aut ſolũmodo vterini Nou. 84. c. 1. §. 1. [b] v. Cuiac. 18. obſ. vlt. [c] Dotem non cõferunt ſorores, cùm agitur de hęreditate fratris, ſed cùm de hæreditate patrum. [d] Poſt repudiatã hęreditatẽ patris, filiꝰ extraneus (ſibi viuente patre delatã) adire poteſt: & ſeparationem bonorũ petere vt hic: & l. 22. ff. de adqui. hæred. [e] non tamen vltra conſanguineorũ gradum. idq; lege Voconia v. Cuia. hic. [f] & quidẽ legum XII. tabularum dixi ad d. leg. XII. tabularũ lib. 2. tit. 19. §. 13. [g] Inteſtato fratri, ſoror põt ſuccedere. † Olim fratres vel ſorores defuncti, pręferebãtur alteriꝰ fratris aut ſororis liberis vt hic: & l. 14. in f. ĩ. eo. Hodie repræſentationis beneficium fratrum filijs conceſſum eſt Nou. Iuſt. 127. [h] i. ſi nulli ſint defuncto deſcẽdentes aut aſcendentes quemadmodũ ſuccedatur. [i] Frater (quo vocabulo ſororem intellige) fratri ſuccedit. Fratres defuncti, fratrumq; præmortuorum filij, idq; in ſtirpes, cõcurrunt: fratres intellige ex vtroq; parente cõiunctos: fratrum verò filios, fratrum ex vtroque parente coniunctorum liberos. [k] i. ſiue non concurrant aſcendentibus ſiue concurrant. [l] Fratris ex vtroq; parẽte mihi cõiuncti filius, fratri meo vterino vel paterno tantũ, meam euincit hæreditatem, id eſt, Fratri vterino vel paterno potior eſt quod ad ius mihi ſuccedendi, vt hoc caſu qui tertio gradu fuerit, eo ſit potior qui ſecundo fuerit. Tanta vis eſt repræſentationis, vt cuius parens vterinum mihi fratrem ſemel anteceſſerit, eundem filius antecedat. Non abſimiliter pleriſq; in locis fieri ſolet inter nobiles præſertim illuſtres, apud quos primogenito natus in linea collaterali, patruos etiam proximiores defuncto excludit. [m] Poſt liberos, poſt aſcendentes, poſt fratres ex vtroq; latere coniunctos, poſt nepotes ex fratre vtroque latere cõiunctos, fratres ſororeſve ex vno tantum parente fratris ſororiſve vterinorũ vel ex patre tantum liberi ſuccedunt. ſuntq; potiores patruis defuncti. idq; iure fit. Deſcendit enim ſucceſſio magis q̃ aſcendit. [n] Nepos ex fratre etiam vterino vel paterno tantum, pręfertur meo patruo quod ad ius mihi ſuccedendi. [o] vt ſunt patrui, amitæ, materteræ, & ab his patrueles, conſobrini, amitini. Exempli gratia, Si mihi ſit patruus Titius, patruelis verò Mæuius, patruꝰ patruele potior, nec immeritò, cùm patruus patruele ſit proximior. Patrui. n. filius, patruelis, nec ad patruelem niſi per patruum peruenitur. [p] Gradu pares, iure pares.

*admittantur, ſublata differentia maſculorum*[a] *& fœminarũ. Sola namq; cognatio ſpectatur in talibus. Fiet autem diuiſio in*[b] *capita*[c]*, & non in ſtirpes*[d]*.*

*Nihil & inualidum, æquiparantur. Bald.*

4. Impp. *Diocl. & Maximianus* AA. & CC. Cæcilio.

SI aut nullum[e] teſtamentum nepos patrui tui ordinauit, aut intra quatuordecim annos conſtitutus fecit, & agnationis iure ſucceſſio eius tibi delata eſt: etiam citra[f] bonorum poſſeſſionis ſubſidiũ legitimo iure ſubnixus es. PP. Idib. Iul. ipſis AA. IIII. & III. Conſſ. 290.

5. Iidem AA. & CC. Cupillæ.

AD inteſtati ſucceſſionem agnationis † quam proximitatis iure venientes haberi potiores, certum eſt. Suppoſ. 16. Kal. Iul. Sirmij, AA. Coſſ.

6. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

DEfunctis, ſuis extantibus hæredibus, & abſtinentibus vel repudiantib. hæreditatem, frater[g] iure conſanguinitatis ſuccedere poteſt. Sup. Kalen. Ianuar. AA. Coſſ.

7. Iidem AA. & CC. Amiano.

PAtruo ac materteræ tertio conſtitutis gradu non pariter inteſtati ſucceſſio defertur, ſed patris † frater agnationis iure ſorori matris anteponitur. Sup. 17. Kalen. Sirmij, CC. Coſſ.

8. Iidem AA. & CC. Silano.

SI his, de quorum ſucceſſione agitur, apud[h] hoſtes defunctis, ſecundum legis Corneliæ beneficium iure agnationis adita hæreditate, vel petita bonorum poſſeſſione ſucceſſiſti, eorum ſubſtantiam vindicare nõ prohiberis. S. Non. Iul. Sirmij, AA. Coſſ.

9. Iidem AA. & CC. Demagoræ.

IN ſucceſſione inteſtatæ, ſororem † quam auiam vel auum maternum, haberi potiorem, non ambigitur. S. 6. Kal. Iul. Nicomediæ, CC. Coſſ.

10. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Florentium P.P.

SCiant, qui ad ſucceſſionem vocantur pupilli mortui, ſi defuncto eius patre, tutorem[i] ei ſecundum legem non petierint intra annum, omnem eis, ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſucceſſionem eius, ſi impubes moritur, denegandam eſſe. Dat. 5. Id. Iul. Conſtant. Theodoſio A. XVII. & Feſto Coſſ. 439.

*Reſcriptum principis reſeruans emancipato iura agnationis, ſiue ius ſuccedendi: intelligitur reſeruare tam actiuè quam paſſiuè. Salycet.*

11. Imp. *Anaſtaſius* A. Conſtantino præfecto præt.

SI ab eo, qui ex[k] ſacro reſcripto ſecundum noſtrã conſtitutionem[l] fieri poſtulauerit emancipationem liberorum, petitum ſit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandáve eſt, minimè legitima iura per emancipationem extinguantur: eadem iura tam emancipato vel emancipatæ contra perſonas alias hoc modo ſibi coniunctas, quam[m] alijs itidem contra eum vel eam in hæreditatibus, vel in ſucceſſionib. & tutelis necnon cæteris ſeruentur intacta[n]: collationibus[o] tamen ab his ſecundum ea, quæ ſuper emancipatis ſtatuta ſunt, quotiens talis caſus emerſerit, vtpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. 15. Kal. Aug. Probo & Auieno Iun. Coſſ. 503.

*Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria eſt legitimus, & ideo ad ſucceſſionem admittitur.*

12. Imp *Iuſti.* A. Ioanni præfecto prætorio.

SI maior quinquagenaria[p] partum ediderit, ſi debet huiuſmodi ſoboles ſuo patri ſuccedere, & hæreditatem eius nanciſci, à Cæſariana[q] aduocatione interrogati ſumus. Et ſancimus, licet mirabilis[r] huiuſmodi partus inueniatur, & rarò[ſ] contingat, nihil tamen eorũ, quæ probabiliter[t] à natura noſcuntur eſſe producta, re-

[a] id eſt, agnationis & cognationis. [b] Plures patrui, auunculi, amitæ, materteræ, patrueles, amitini, cõſobrini, patrui magni & deinceps inter ſe, vel alij cũ alijs cõcurrentes ſuccedũt in capita nõ in ſtirpes. [c] vt quot sũt perſonæ, tot ſint portiones. [d] *l. 1. ff. de ſuis.* [e] Paria ſunt, nullum, & inutile. [f] Hæreditas adgnati iure ciuili delata, adiri poteſt ſine bonorũ poſſeſſione, *adde l. 3. Ĵ. ad Sc. Orphitia. l. 3. ff. Vnde legitimi.* † Hodie adgnati nõ ſunt potiores *Authen. Poſt fratres fratrumque filios Ĵ. eo. Nouell.* 118. *c.* 3. 4. [g] Filijs ſe abſtinentib. vel repudiantib. fratres ſuccedunt. † Patru⁹ anteponitur materteræ vt hic hodie nõ anteponitur *d. Nouel.* 118. [h] Adgnati veniunt ad ſucceſſionem defuncti apud hoſtes, beneficio leg. Corneliæ *adde l. 2. ff. qui teſtamenta.* † Hodie ſorores nõ anteponuntur auo & auiæ maternis, *Nouel.* 118. *cap.* 2. *Auth. de ſunctis. ŝ. ad Tert.* [i] *l. 6. inf. ŝ. ad Tertul. l. 6. Ĵ. quib. cauſ. pignor. l. 2. ŝ. quando mul. tut. adde Nouel.* 21. *c.* 40. [k] De emancipatione ex ſacro reſcripto dixi *ad l. 18. ŝ. de collat. adde l. 13. Ĵ. eo.* [l] *l. 5. Ĵ. de emancipationib.* [m] Reſcriptũ principis reſeruans emancipato iura adgnationis ſiue ſuccedendi, intelligitur reſeruare tã actiuè quam paſſiuè *Salyc.* [n] *l. Vlt. Ĵ. eo. §. Vlt. Inſt. de legit. adgna. ſucceſ. l. 4. ſupra de legit. tutorib. l. 5. ſupra de curatore fur.* [o] hæc verba ad finem vſq; legis Accurſius non agnoſcit & abſunt ab interpretatione κατὰ πόδας *Cuiac.* 18. *obſ.* 18. [p] de partu quinquagenario. [q] De Cæſariana aduocatione dixi alias. [r] nam mulier eo tempore pro ſterili habetur. *l. 21. ff. de act. empt.* [ſ] De his quæ raro fiunt communiter non fit legiſlatio, *l. 3. ff. de legib. l. 64. ff. de regul. iur.* fit tamen interdum, *l. 12. ff. de ſenatorib. l. 7. §. 3. ff. de adquir. rer.* [t] Probabilia Iuriſconſultus admittit.

ſpui: ſed omne ius, quod ex quacumque lege liberis præſtitum eſt, hoc merum atque immutilatum huiuſmodi[a] filijs vel filiabus ſeruari in omnibus ſucceſſionibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: & ſummatim, non abſimiles alijs fiant, quos ſimiles natura efficit: maximè cùm & anteriore[b] noſtra lege huiuſmodi nuptias permiſimus, impares[c] eas videri minimè concedentes. Dat. 9. Kalend. Nouem. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo. 532.

13. Idem A. Ioanni PP.

DE emancipatis filijs, qui ‖ex‖ ſacro[d] reſcripto patribus impertito hoc a ſuis genitoribus meruerunt, dubitatum eſt. 1 ¶ Cum ‖ enim ‖ Anaſtaſiana lex[e] iura fratribus legitima noſcitur ſeruare: ſi quis ex his ſine teſtamento & liberis deceſſerit, vtrùmne ad fratrem vel ad ſororem eius ſucceſſio deuoluatur, an ad ſuperſtitem patrem, ‖ dubitabatur, ‖ huiuſmodi dubitationẽ compendioſo reſponſo duximus eſſe finiendam. Ideoque ſancimus ad ſimilitudinem maternarum rerum aliarumq;, de quibus iam à nobis lex[f] poſita eſt, etiam huiuſmodi hæreditatem iure quidem dominij ad fratres vel ſorores in totum peruenire, vſumfructum † autem ‖ eius ‖ patri totum †, ſiue priorem torum ſeruauerit, ſiue ad ſecundas migrauerit nuptias, acquiri: ſiue per ſacrum oraculum emancipatio procedat, ſiue alio legitimo modo à ſacris[g] paternis fuerint abſoluti. 2 ¶ Cum enim & pater vtitur vſufructu, & votum[h] eius eſt, ad alios filios ſuas res peruenire: ea propter cum ex lege Anaſtaſiana in alium articulum fratribus proſpectum eſt, nunc a nobis in hac ſpecie plenius ‖eis‖ ſubuenitur: vt pater habeat vſumfructum, † fratres autem vel ſorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis[i] rebus, in quibus ſi ex eadem matre fratres vel ſorores ſint, eos ſolos † vocari oportet. Sin autem non ſuperſint, tunc ad ſimilitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, vt ſit apertiſſimus in omnibus tractatus, & non per differentiam perſonarum vel rerum vacillare noſcatur. Dat. Kal. Nouemb. Conſtantinop. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. anno ſecundo 532.

14. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

LEge[k] duodecim tabularũ bene humano generi proſpectum eſt, quæ vnam conſonantiam tam in maribus quam in fœminis legitimis, & in eorum ſucceſſionib, necnon & in liberis obſeruandã eſſe exiſtimauit: nullo[l] diſcrimine in ſucceſſionib. habito, cùm natura[m] vtrunq; corp⁹ ediderit, vt maneat ſuis vicib. immortale[n], & alterũ[o] alterius auxilio egeat, & vno ſemoto & alterum corrũpatur. Sed poſteritas dũ nimia vtitur ſubtilitate[p],

[a] Partus natus ex muliere, etiã quinquagenaria; eſt legitimus & ideo ad ſucceſſionẽ admittitur. [b] *l. 27. ſupr. de nuptijs. dixi ad Vlp.* 16. §. 3. [c] ſeu impar matrimoniũ *Vlp. d. loco.* [d] *V. l. 11. ŝ. eod.* [e] *l. 5. Ĵ. de emancipationibus. & d. l.* 11. [f] *l. Vlt. Ĵ. com. de ſucceſſion.* † Hodie pater virilẽ proprietatis cũ fratribus defuncti cõcurrens obtinet *Nou.* 118. *c.* 2. † olim ſemis adquirebatur *l. 7. ŝ. ad Tert.* [g] De ſacris paternis alias dixi. [h] *l. 56. §. 2. in f. ff. de bon. libert.* † Hodie virilẽ proprietatis *d. c. 2. dixi ad l. Vl. ŝ. de ſuis.* [i] In maternis rebus vterini præferuntur, † hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis *Nouel.* 84. *cap.* 1. §. 2. quam immutat Nouella 118. *ca.* 2. vult enim fratres coniunctos ex vtroque latere vterinis vel paternis tantum præferri. Extantibus vterinis tantum & paternis tãtum, diuidi hæreditatem defuncti in ſemiſſem, nulla habita ratione originis bonorũ. quin cognatus, ſi ſit proximior, excludet adgnatum *Nouel.* 118. *c.* 3. *Auth. Poſt fratres. ŝ. eo.* idq; ita ſeruatur in Galliæ regionibus iuri ſcripto ſubiectis. *Hotom. conſi.* 23. In alijs regionib. Galliæ, paterna paternis, materna maternis deferuntur, *V. Hoto. ibi.* Pone igitur patruelis mei filio bona quædam paterna fuiſſe: eidem, Franciſcum nepotem ex fratre vterino ſuſceptum, fuiſſe: vter potior in illius paternis. Egone, An verò nepos ex defuncti fratre vterino Franciſcus? Papon. 21. *Areſt. nu.* 17. Lucius 8. *Areſt.* 10. *nu.* 4. referunt contra nepotem iudicatũ fuiſſe, cùm hic agatur de bonis paternis. idq; ita iudicant Galli ex hac lege. Quod vt plenius intelligamus, rem paucis ita explico, Titius ex Mæuia ſuſtulit A B: Mæuia ex Sempronio C D. Sẽpronius ex Caia E F. Quod ad huiuſmodi perſonas attinet A B, ſunt inter ſe cõſanguinei: C D, inter ſe quoq; conſanguinei: E F, inter ſe quoq; conſanguinei. A B ad C D, vterini: ad E F, nihil. C D ad E F paternis. Pone C mortuũ, relictis bonis paternis, maternis & aduentitiis. D, vt frater conſanguineus excludit A B vterinos tantũ, & E F paternos tantum. Finge D poſtmodum mori relictis bonis paternis maternis & aduentitijs? A B, colligerent materna ex hac lege: E F, paterna. Hodie res agitur ſimplicius. Tota hęreditas defuncti D, inter paternos & vterinos æqualiter diuiditur, vt vnam mediam ferant paterni, alteram materni, *Nouel.* 118. *c.* 2. [k] Lex XII. tabularum nulla diſcretione ſexus ſucceſſionem defert *Paul. 4. ſenten. 6. §. 3. adde §. 3. Verſi. & hæc quidem Inſtit. de legitim. adgnator. dixi ad leges* XII. *tabul. lib. 2. tit.* 20. §. 6. & 21. [l] *Nouel. 21. Nouel. 118. c. 4. Inſtit. de legit. adgnat.* [m] Quæ paria ſunt natura, ius idem exigunt. [n] Laus nuptiarum *facit Nouel. 22. adde Nouell. 39. in fi. princ. l. 129. in fi. ff. de Verborum oblig.* vide Auguſtin. de bono cõiugij: Martialem epiſtola ad Tolozanos: & Columellam lib. 12. Muſonium apud Stobeum ſermone 65. [o] Vir vxoris auxilio indiget. [p] Nimia ſubtilitas impia.

non

non piam induxit differentiam, ſicut Iulius Paulus in ipſo principio libri ſingularis, quem ad ſenatusconſultum Tertullianum fecit, apertiſſimè docuit. Cui enim ferendum eſt, ab inteſtato ſucceſſionibus ſuas quidem filias ad ſimilitudinem maſculæ ſobolis in parentis vocari ſucceſſionem, & iterum [a] germanas iure conſanguinitatis eandem ſibi vindicare prerogatiuam, deinceps autem legitimas fœminarum perſonas, ſi iura conſanguinitatis non poſſident, ‖ à ‖ ſucceſſione legitima repelli, cùm maribus eadem ſucceſſio pateat? Quare enim patris ſoror non ad ſucceſſionem filij fratris ſui vnà cum maſculis vocatur, ſed aliud ius in amitis, aliud in patruis obſeruatur? Vel qua ratione fratris filius ad ſucceſſionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem ſucceſſione recluditur? Huiuſmodi itaque legis antiquæ reuerentiam & nos anteponi [b] nouitati legis cenſemus: & ſancimus [c] omnes legitimas perſonas (id eſt per virilem ſexum deſcendentes) ſiue maſculini, ſiue fœminini generis ſint, ſimili modo ad iura legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato vocari ſecundum gradus [d] ſui prærogatiuam: non ideò excludendas, quia conſanguinitatis iura ſecundum germanæ obſeruationem non habeant. Cùm enim vnius ſanguinis iura remaneant per virilem ſexum incorrupta: quare naturam [e] offendimus, & legitimo iuri derogamus? cum & aliam maximam iniuriam res in ſe continet, pleriſque quaſi vulnus inteſtinum incognitum. Cùm enim & ad [f] ipſarum mulierum ſucceſſionem maſculi iure agnationis vocantur quis patiatur earum quidem hæreditatem ad eos legitimo iure deferri, ipſas verò nec inuicem ſibi, nec maſculis eodem iure poſſe ſuccedere, ſed propter hoc ſolum puniri, quòd [g] fœminæ natæ ſunt, & paterno [h] vitio (ſi [i] hoc vitium eſt) prolem innocentem grauari? 1 ¶ In his igitur caſibus legem [k] duodecim tabularum ſequentes, & nouum ius [l] nouiſſimo iure corrigentes, etiam vnum [m] gradum pietatis intuitu transferri à iure cognationis in legitimam volumus ſucceſſionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecundum quod iam definimus) ad ſucceſſionem patrui ſui vocentur, ſed etiam germanæ conſanguineæ, vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ vnà cùm his ad iura auunculi ſui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt fratris ſui filijs, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli, ſimili modo ex vtroque latere ſuccedant, tanquam ‖ ſi ‖ omnes legitimo iure veniant: ſcilicet vbi † frater & ſoror ſuperſtites non ſunt. His etenim perſonis præcedentibus, & hæreditatem admittentibus, cæteri gradus remaneant penitus ſemoti. † Illo procul dubio obſeruando, vt ſucceſſio non in ſtirpes, ſed [n] in capita diuidatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur: cæteris omnibus ſucceſſionibus ſecundum ius vſque ad præſens tempus obſeruatum in ſuo ſtatu manentibus. Si qui autem caſus iam euenerunt: ſecundum quod priſtina iura volebant, eorum fiat diſtributio. Datum V. Kalen. Decemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 532.

15. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

Meminimus antea [o] diuinam ‖ nos ‖ promulgaſſe conſtitutionem, per quam ad veſtigia legis duodecim [p] tabularum totam progeniem ex legitima ſobole deſcendentem, ſiue maſculinam, ſiue fœmininam, legitimo iure hæreditatem adipiſci ſanximus: vt quemadmodum [q] ipſis à legitimis perſonis ſucceditur, ita & ipſæ legitimarum perſonarum amplectantur ſucceſſionem. In qua conſtitutione vnum gradum ex cognatis in ius legitimum reduximus, [r] id eſt germanæ ‖ conſanguineæ ‖ filios & filias, & ſororis vterinæ filios ac filias. Quam conſtitutionem [s] in ſuo robore permanere cenſemus, cùm & in noſtris [t] Inſtitutionibus [u] tenor eius à nobis relatus eſt. Sed ſubtiliore tractatu habito, neceſſarium duximus, & ſi quid ex prætoria iuriſdictione [a] frugi inuentum eſt, & hoc cum perfectiſſima definitione diſpoſito noſtras leges ampliari. 1 ¶ Cùm igitur prætorem [b] filium emancipatum, licet ſubtili [c] iure capite fuerat deminutus, attamen in patris ſucceſſionem ſine vlla deminutione vocare manifeſtum eſt: non eodem autem iure etiam ad fratrum ſuorum ſucceſſiones ab eo vocabatur, ſed nec filij eius iure legitimo ſuis patruis ſuccedebant: neceſſarium duximus hoc primum corrigere, & legem Anaſtaſianam iuſto incremento perfectam oſtendere: vt emancipati [d] filius & filia, non ſolum in paternis ‖ bonis ‖ ad ſuorum ſimilitudinem ſuccedant, ſed etiam in fratrum vel ſororum ſuarum ſucceſſione (ſiue omnes ſui, ſiue omnes emancipati ſint, ſiue mixti) æquo [e] iure inuicem ſibi ſuccedant, & non ſecundum legem Anaſtaſianam [f] parte aliqua deminuta. Et hæc quidem de filijs emancipatis ſancire belliſſimum nobis viſum eſt. 2 ¶ Sed nec fratrem vel ſororem vterinos [g] concedimus in cognationis loco relinqui: [h] cùm enim tam proximo gradu ſunt: meritò eos ſine vlla differentia, tamquam ſi conſanguinei fuerant, cum legitimis fratribus & ſororibus vocandos eſſe ſancimus: vt ſecundo gradu conſtituti, & legitima ſucceſſione digni reperti alijs omnibus qui ſunt vlterioris gradus, licet legitimi ſint, præcellant. Et hæc quidem de ſecundi gradus ſucceſſione ſatis abundeque à nobis cum ſumma vtilitate diſpoſita ſunt. 3 ¶ Cùm autem tertio gradui ex tranſuerſa linea fuerit locus vbi patruis & filijs fratrum & ſororum ‖ locum ‖ antiquitas dedicauit: vnà cum illis tam emancipati [i] fratris, quàm emancipatæ ſororis filium tantummodo & filiam, ſiue emancipatos, ſiue ſuos patribus ‖ ſuis ‖ conſtitutos, & neminem alium vlterius: nec non fratris vterini & ſororis germanæ, vel vterinæ filium & filiam tantummodo ex legitima linea inuicem vocari cenſemus, ſicut iam ſanximus: vt omnes, qui vel ab antiquo [k] iure, vel à noſtra liberalitate in legitimorũ quidẽ poſiti ſunt prærogatiua, & eodẽ tertio gradu ſunt, ſimili iure vocentur. Succeſſionis videlicet iure & in hac parte ſeruando: vt ſi [l] qui ex ſecundo gradu vocati renunciauerint hæreditati, & noluerint eã adire, nullusq; alius ſit in ſecundo gradu, qui ſuccedere põt, & vult: tunc hi, quos prẹſenti lege enumerauim⁹ ex tertio gradu, in locũ recuſantiũ ſuccedant. Illo etiam obſeruando, vt ſucceſſio nõ in ſtirpes, ſed in [m] capita diuidatur: cẹteris omnib. ſucceſſionibus ſecundum ius vſque ad præſens tempus obſeruatum procedentibus, & nullo ex cognatis ſuprà memoratos gradus ad iuris agnatitij [n] formam redigendo, ſed ſuum ordinem ſuamque proximitatem retinente incorruptam. 4 ¶ Quas autem perſonas ex iure cognationis in legitimas ſucceſſiones tranſueximus, eas [o] etiã tutelæ grauamini viciſſim ſupponimus, ſcilicet ſi maſculi ſint, & perfectæ ætatis, ſecundum noſtræ conſtitutionis [p] tenorem: vt non ſolùm lucrum [q] ſentiant, ſed etiam grauamini ſubiugentur. 5 ¶ Si qui autem caſus iam euenerunt, & per iudicialem ſententiam, [r] vel amicabilem [s] tranſactionem ſopiti ſunt, nullam ſentiant ex hac lege retractationem. Dat. Idib. Octob. Conſtan. D N. Iuſtiniano A. P P. IIII. & Paulino V. C. Conſſ. 534.

COMMVNIA DE SVCceſſionibus, [t]

Tit. LVIII.

*Ad ſucceſſionem fratris emancipati pariter vocatur frater emancipatus cum ſorore in poteſtate exiſtente. Salyc.*

1. Impp. *Dioclet. & Maximianus* A A. & C C. Varaniæ.

Scire debuiſti, fratre emancipato potiorem eam, quæ in familia manſit, in [u] alterius emancipati bonis non haberi: ſed eos pariter, ſi † ſolenniter petierint bonorum poſſeſſionem, ſuccedere. S. XV. Kalend. Iun. Sirmij, C C. Coſſ.

2. Iidem A A. & C C. Apollinari.

[a] Hoc innuit, iure veteri filias ſucceſſiſſe parentibus: ſorores etiam fratribus: at nõ conſobrinas conſobrinis, vt Fœminæ ad hæreditates legitimas vltra conſanguineas, ad ſucceſſionẽ non admittebantur *Paul. 4. ſent. 8. §. 3. dixi ad leges XII. tabularum.*

[b] Antiquitas reducta nouitati anteponitur.

[c] Fœminæ iure adgnationis pariter vt maſculi admittuntur.

[d] vt qui proximior ſit ſemper præferatur.

[e] Natura, id eſt ius naturæ offenditur, naturam offendere nõ licet. *l. vlt. ĵ. de præteritis liber.*

[f] Maſculi ſuccedunt fœminis, *vt hîc & l. 15. infrà eod.*

[g] Non ideò mulieres puniendę quod fœminæ.

[h] Paternum vitium (fuit ea Stoicorũ ſententia) ipſi proli non nocet.

[i] Nullum vitium eſt in fœmina, quòd ſit fœmina.

[k] *dixi ad l. XII. tabul. 2. tit. 19. §. 13. adde §. 4. Inſtit. de legitima adgnator. ſucceſſ.*

[l] Ius videtur hîc ſumi pro errore, aut certe legem Voconiam intelligit, quam hîc tollit, de qua *v. Paul. 4. ſentent. 8. §. 3.* [m] *l. 15. ĵ. eod.* † Olim fratris filius & filia ad ſucceſſionem patrui ſui vocantur, ſi tamen defuncto frater & ſoror ſuperſtites non ſint *vt hîc. & lege tertia ĵ. eodem.* Hodie ſuccedunt etiamſi defuncto ſint fratres *Nouell. 12. cap. 1.* † Hodie non ſunt ſemoti fratrum filij *dicto c. 1.* [n] Plures fratrum filij in paterna ſucceſſione inter ſe concurrentes ſuccedunt in capita *Nouell. 118. cap. 3. in fin.* cum reliquis patruis concurrentes in ſtirpes *vt dixi ad d. cap. 3. adde Rebuff. in prohem. conſtitut. gloſſ. 5. num. 81.* [o] Id eſt *l. 14. ĵ. eod.* [p] *d. l. 14. in pr. & §. 1. in prin.* [q] *d. l. 14. verſ. cùm enim.* [r] *d. §. 1. in prin.* [s] *dicta l. 14.* [t] Obſerua hunc Codicem editum fuiſſe poſt Inſtitutionum libros. [u] *§. 4. Inſtit. de legitim. adgnat. ſucceſſ.*

[a] Ex prætorijs edictis.

[b] *l. 1. ĵ. de iure delib. l. 6. §. 1. ff. de bonor. poſſ. l. 1. in fin. ff. quis ordo.*

[c] Ius ſubtile.

[d] Emancipatus vnà cum ſuis, patri, fratri, ſorori ſuccedit.

[e] *l. 1. ĵ. ſit. proximo.*

[f] *§. 1. Inſtit. de ſucceſſ. agnat: l. 4. ĵ. de legit. tutor.*

[g] Vterini fratri ſuccedũt *leg. vlt. ĵ. ad Tertull.* ſi tamen defuncto fratri nõ fuerint fratres vtroque parente coniuncti, vel huiuſmodi fratrum filij. hi enim præferuntur & vterinos excludunt *Nouella 118. capit. 3.*

[h] Vt ſuccedant tanquã cognati.

[i] Filij fratrum emancipatorum ſuccedunt omnino cum filijs fratrum relictorum in familia *vt hîc: & §. 1. verſ. nec intereſt. Inſtit. de ſeruili cognat.*

[k] Legibus XII. tabularum ſc.

[l] Primis repudiantibus, aut non extãtibus proximiores ſuccedunt.

[m] *dixi ad l. 14. in fine. ĵ. eod. Nouella 118. cap. 3. in fin. l. 2. ĵ. de ſuis.*

[n] Agnatici *Nouella 118.* quæ ita inſcripta eſt, de æqualitate agnatici iuris. [o] Vbi hæreditas, ibi tutela, niſi ætas vel ſexus impediat. [p] *l. vltima, ĵ. de legitim. tut.* [q] Ibi grauamen, vbi lucrum. [r] Legis virtus non extenditur ad lites ſententia vel tranſactione definitas. [s] Amicabilis tranſactio. [t] Inteſtati ſcil. quæ deferuntur vel iure ciuili vel prætorio. [u] Emancipato, ſui & emancipati fratres ſimul ſuccedunt adde *leg. vlt. §. 1. ĵ. eod.* † id remiſſum eſt *lege vlt. ĵ. qui admitt. ad bon.*

SI pater tuus propius [a] ſobrino tuo agnato conſtituto, & inteſtato defuncto, ciuili iure adita hæreditate, vel hoc ab initio non interueniéte, ſeu capitis deminutione perempto, ſolemniter † bonorum poſſeſſione [b] admiſſa, ſucceſſit, ac tibi patris tui quæſita hæreditas eſt: adire præſidem ꝓuinciæ debes, ac tutoré [c] eius de tutela conuenire. Dat. XIIII. Kal. Iun. Veronæ. AA. Coſſ.

3. Iidem AA. & CC. Vlpianæ.

VItrico [d] priuigni ſucceſſionem inteſtato ciuili vel honorario iure non deberi, certiſſimum eſt. S. XV. Kal. Mart. Sirmij. CC. Conſſ.

4. Iidem AA. & CC. Aſterio.

SEruus ſucceſſores habere [e] non poteſt. [f] D. Non. April. Cæſaribus Coſſ.

*Priuignus non ſuccedit nouercæ per ſe, ſed per mediam perſonam natorum ex ea qui ſunt fratres ſui ex latere patris. Bald.*

5. Iidem AA. & CC. Iuſtinæ.

AMitæ, cui ſucceſſiſſe filios ſuos proponis, hæreditatem tuo nomine non rectè petis. Sed quoniam hos ‖etiam‖ inteſtatos dië functos adſeueras: ſi quidem hi, quos priuignos [g] eiuſdem amitæ dicis, eorum conſanguinei [h] fuerint, fratres tam agnationis quàm cognationis iure ſecundo gradu conſtitutos, tibi prçferri non ambigitur. Nam ſi amitinis [i] tuis alio etiá patre natis, nunquam [k] eorum matris [l] priuigni ſunt: admiſiſſe te bonorum poſſeſſionem probans, eorú vindica ſucceſſionem. S. XII. Kalend. Mar. CC. Coſſ.

6. Iidem AA. & CC. Publiciano.

AVunculo [m] priori, qui eſt ‖ in ‖ tertio gradu, quàm conſobrino, [n] qui ſequentem occupat, deferri ſucceſſionem inteſtati, certi iuris eſt, Suppoſita Kalen. Octob. CC. Coſſ.

7. Iidem AA. & CC. Nicolao.

ADfinitatis [o] iure nulla ſucceſſio permittitur [p]. S. Idib. Octobr. CC. Coſſ.

*Quandiu ſuccedi poteſt ex teſtamento, ceſſat ſucceſſio ab inteſtato. Salyc.*

8. Iidem AA. & CC. Iuſtæ.

ANtequàm ſcriptus ‖ hæres ‖ cuiuſcumque portionis capax repudiet hæreditatem vel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei, [q] qui teſtamentum reliquit, inteſtatò nemo ſuccedit. Igitur perſpicis, quòd teſtamentariæ [r] ſucceſſionis ſpe durante, inteſtatò bona defuncti non rectè vindicentur. S. VI. Id. Mart. Retiariæ, CC. Coſſ.

9. Iidem AA. & CC. Sopatro.

ANcillæ [ſ] dominus, liberi hominis, cum [t] quo contubernium hæc habuit, per hanc coniunctionem ſucceſſionem vindicare non poteſt. S. XV. Kal. Ian. Nicomediæ, CC. Coſſ.

10. Iidem AA. & CC. Danubio.

NVtritoribus [u] hoc nomine nec ciuili, nec honorario iure defertur hæreditas. S. VI. Kal. Ianua. CC. Coſſ.

*In authent. De ſtatu. & conſue. §. omnes peregrini. coll. x. conſt. fin.*

*OMnes peregrini & aduenæ liberè [x] hoſpitentur vbi voluerint. Et hoſpitati ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si verò inteſtati deceſſerint: ad hoſpitem [y] nihil perueniet, ſed bona ipſorum per manus epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, hæredibus † tradantur, vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquid ex talium bonis contra hanc conſtitutionem noſtram habuerit: epiſcopo triplum reſtituat, quibus viſum ei fuerit, adſignandum: non obſtante ſtatuto aliquo, aut conſuetudine, ſeu priuilegio, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc noſtram conſtitutionem venire præſumpſerint: eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt: aliàs prout culpæ qualitas exegerit, puniendi.*

11. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in ſacris conſtitutis ex occaſione maritali acquiſitæ ſunt, certus deſtinatus [a] eſt ordo, vt ſi quis ex his ab hac luce fuerit ſubtractus, pars eius, quam lucratus fuerat, ad liberos eius vel nepotes concedatur: quibus non extantibus, ad fratres ſuos ex eodem matrimonio progenitos, vel ſi etiam non ſuperſint, ad fratres ex alijs nuptijs procreatos, cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perueniet: ita & de his, quæ materna [b] linea per quamcunque occaſionem, vel inter viuos, vel per vltimas diſpoſitiones, vel ab inteſtato deſcendunt, ſimilis ordo ſeruetur: primò in filij vel filiæ ſucceſſionem poſteritate eius vocanda: eaque non inuenta, fraterno [c] cõſortio eiuſdem vel alieni matrimonij ſecundum prædictum ordinem arceſſito. tunc ad vltimum † locum pater à legibus conclametur, & ſui filij non gratam hæreditatem relictam, ſed triſte [d] lucrum ſibi lugeat acquiſitum. In omnibus videlicet ‖ caſibus ‖ in ſuperſtite ſobole liberorum, & fratribus adhuc viuentibus, qui ad hæreditatem defuncti patrem antecedunt, vſufructu † rerum quarum dominium ad eos peruenit, apud parentes remanſuro Datum XV. Kalend. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Conſ. 529.

*Auth. ex Nouel. 84. cap. 1.*

*ITaque mortuo patrefamilias, ſi filius decedat inteſtatus ſine liberis, relictis fratribus & ſororibus, alijs conſanguineis, alijs vterinis, & quibuſdam ex vtroq; parente coniunctis: in eos ſolos tranſmittit hæreditatem, qui ex vtroq; † latere connexi ſunt.*

## DE BONIS MATERNIS, [e] ET materni [f] generis, [g]

## Tit. LIX.

*In rebus maternis delatis filio in poteſtate conſtituto, pater habet hodie ſolum vſumfructum. Salyc.*

1. Imp. *Conſtantinus* A. conſulibus, prætoribus, tribunis plebis & Senatui S.

RES quæ ‖ ex ‖ matris [h] ſucceſſione ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato fuerint ad filios deuolutæ, ita ſint in parentum poteſtate, vt ‖ vtendi ‖ fruendi ‖ † dumtaxat ‖ habeant ‖ in diem vitæ ‖ facultatem: dominio [i] videlicet earum ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum vtendi fruendique ‖ tantùm ‖ poteſtas eſt, omnem debent tuendæ rei diligentiam [k] adhibere: & quod iure filijs debetur, in examine ‖ per ſe, vel per procuratorem [l] ‖ poſcere: & ſumptus ex fructibus impigrè facere, & litem inferentibus reſiſtere: atque ita omnia agere, [m] tanquam ſolidum perfectumque dominium ‖ eis acquiſitum fuiſſet ‖, & perſonã gerant legiti-

Marginal notes (p. 579):

[a] Propiori, quidam ita legunt. † ſolennitas ea remiſſa eſt *d. l. vlt.* [b] Sicut hæreditas per bonorú poſſeſſionem quæſita tranſmittitur, ita & adita. De iure ciuili qđ ad transmiſſionem attinet, nihil intereſt inter ius ciuile & prætorium. [c] Hęredi pupilli datur actio tutelæ *l.* 12. ꝟ. *arbi. tut.* [d] Vitrico priuignus eſt adfinis. *argu.* §. 6. *Inſtit. de nupt.* Adfinitatis verò iure nulla ſucceſſio defertur *l.* 7. ꝟ. *eod.* ergo nec vitrico priuigni *vt hic.* [e] Aut alteri ſuccedere *l.* 7 ꝟ. *eod.* [f] Niſi certis caſibus. Certis caſib⁹ ſeruus ſucceſſorem habet *l. penult.* ꝟ. *de his quibus vt indign. l.* 8. ꝟ. *de ſuis: l. vlt.* ꝟ. *ad Orphitian. l.* 8. ꝟ. *tit. prox. l.* 1. *in pr.* & §. 3. *ff. de ſuis.* quemadmodum & in Gallia hæc lex locú non habet, in qua nulli ſint propriè ſerui. Quib⁹ enim hodie vtimur liberi ſunt. [g] Cauſę conſtitutionem in hanc legem difficilem v. apud Cuiacium 12. *obſ.* 7. & Hotom. 5. *obſ.* 30. [h] *l.* 1. *ff. de ſuis: Nou.* 118. *c.* 3. [i] Id eſt filijs amitæ. [k] Non conſanguinei eorum &c. *Cuiac.* 12. *obſ.* 7. [l] Matri *Hotom.* 5. *obſ.* 30. *eo ſenſu*, Si nunquam eorú matri ex nouo matrimonio communes liberi nati: ſed priuigni tantum quæſiti ſunt. [m] Mihi auunculus eſt & cõſobrinus, quis eorú potior in iure mihi ſuccedẽdi? auunculus. [n] *v. l.* 1. ꝟ. *vnde legitimi.* [o] *v. l.* 3. ꝟ. *eo.* excipe caſum legis 5. ꝟ. *eo.* [p] Promittitur *Cuiac.* 17. *obſ.* 6. [q] *dic vt* ꝟ. *eod.* [r] Quandiu ex teſtamento ſuccedi põt, non ſucceditur ab inteſtato *vt hic* & *l.* 39. *ff. de adquir. hær.* [ſ] Ancilla cum Titio libero homine contubernium habuit, ancillæ dominus Titio non ſuccedet. Nam vt bonorú poſſeſſio peti poſſit, iuſtú matrimoniú eſſe oportet *l.* 1. *ff. vnde vi.* [t] *facit l. vlt.* ꝟ. *de infantib. expoſit. l.* 24. ꝟ. *de epiſc. aud.* *vide de alumno quæ dicã ad l.* 1. ꝟ. *q̃ res pignori.* Quondã nonnulli ius ſucceſſionis ſibi vindicabant ex hoſpitij iure: quod Authent. proxima ꝟ. *eo.* ſuſtulit. Neq; etiã probatur à Bartolo *hic.* Accurſius in leg. Quo tutela ff. de reg. iur. exiſtimat, omnib. deficientibus tutoré pupillo ſuccedere. [u] Liberi homines ire & habitare poſſunt, quò voluerint *l.* 12. ꝟ. *de oper. libert. l.* 71. §. 2. *ff. de condit. & demonſt.* adeo vt mutatæ habitationis cauſa princeps bona confiſcare non poſſit. [x] Peregrini teſtari quouis loco poſſunt. [y] Vt quibuſdam locis fiebat.

Marginal notes (p. 580):

† Peregrini inteſtati bona hęredibus ab inteſtato cõſeruantur. In Gallia Rex iure albinagij peregrinorum bona occupat, niſi fuerit ſcholaſticus *vide Rebuffum in prohem. conſtit. gloſ.* 5. *nu.* 82. *v. Papon.* 5. *Areſt.* 2. *du droit d'aubeine* & 3. *Notar.* 6. *c. des lettres de naturalité.* [a] A Leone ſc. *l.* 4. ꝟ. *de bonis quæ liber.* [b] Matri ſuccedút liberi. [c] In maternis etiam bonis frater fratri ſuccedit. † *Nouel.* 84. *c.* 1. Hodie fratres defuncti nõ prçferuntur eiuſdem parentibus. [d] Patri, filij hæreditas triſte lucrum *v. l. vlt.* ꝟ. *de inſtit. et ſubſtit.* † *l.* 13. ꝟ. *de legitimis hæredib.* Hodie id immutatum *d. c.* 2. & *c.* 3. † Vtroq; latere coniuncti præferuntur ſolis conſanguineis & vterinis. [e] 45. *Eclog.* 4. περὶ μητρικῶν ὑπαρξεων. Quæ mater dedit, materna bona *vt hic:* & matrimoniú Senecæ, Suetonio, Valerio, & D. Auguſtino dicuntur: vt & paterna, patrimoninm & fraterna, fratrimonium *in libro Notar. Senecæ.* [f] Seu à materna cognatione venientibus Eclog. dicto loco: qualia ſunt ea quæ auus & proauus maternus, auia & proauia materna & ſic deinceps. [g] Additur in Theodoſiano Codice *libro octauo, titulo nono*, cretione ſublata. [h] De bonis maternis *vide legem primam Cod. Theodoſ. leg.* 16. *titul.* 18. *ex editione Cuiac. Eclog. dicto loco cap. primo.* † In rebus maternis delatis filio in poteſtate conſtituto, pater habet nudum vſumfructum. Olim bona materna filiofamilias pleno iure adquirebantur *lege ſexta, leg.* 32. *ff. de adquirend. hæredit. lege prima.* §. *ſexto, ff. ad Tertullianum. leg.* 3. §. 4. *ff. de donat. inter virum. l.* 1. *de liberis exhibend. Accurſius hic: vide Cuiacium hic.* [i] *leg.* 1. *infrà de bonis quæ liber.* [k] In quolibet adminiſtratore exigitur aſperitas ſumma. Martialis, ſanè certus & aſper Procuratorem vultu qui præferat ipſo. [l] *leg. octaua, infrà de bonis quæ liberis.* [m] *lege ſexta*, §. 6. *verſ. non autem. infrà de bonis quæ liberis.*

mam:

mam: ita vt ſi quando rem alienare voluerint: emptor, vel is cui res donatur, obſeruet ne vnquam partem earum rerum quas alienari prohibitum eſt, ſciens accipiat, vel ignorans. docere enim pater debet, proprij iuris eam rem eſſe quam donat, aut diſtrahit, & emptori, ſi velit, fideiuſſorem licebit accipere, quia nullam poterit præſcriptionem opponere filijs quandocunq; rem ſuam vindicantibus. Datum XV. Kalend. Aug. Aquileiæ, Sabino & Rufino Conſſ. Recitata apud Vectium Rufinum P.V. in Senatu Non. Septemb. Conſtantino A.P. & Licinio Conſſ.

*Auth. ex Nouel. 22. c. 23.*

*NIſi triennale tempus tranſeat quo poſſeſſor dominus [a] ſit: & detentatio accipientes dominos faciat vel conſtituat: tempore incipiente filijs currere, ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint. niſi tamen aliquem impuberem ætas adiuuet.*

2. Impp. *Arcadius & Honorius* AA. Florentio præfecto prætorio.

QVicquid [b] auus auia, proauus proauia ‖ ex materna linea venientes, ‖ nepoti, nepti, pronepoti, pronepti, teſtamento, fideicommiſſo, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam inteſtati ſucceſſione contulerint: pater filio filiæve integra illibataque cuſtodiat, vt vendere, donare, relinquere, alteri obligare, ‖ ſicut nec materna [c] bona, ‖ non poſſit, ‖ vſufructu duntaxat ad eum pertinente: ‖ ita vt quemadmodum ipſe ſuper his ‖ rebus ‖ licentiam totius poteſtatis amittit: defuncto eo, filio filiæve præcipua [d] computentur, nec ab illis qui ex parte [e] ſunt cohæredes, vindicentur. Dat. Idib. Oct. Olybrio & Probino Coſſ. 395.

3. Impp. *Theod. & Valent.* AA. ad Senatum vrbis Romæ.

SI [f] viua matre emancipati ſunt filij, & poſtea deceſſit mater: quoniam omni commodo deſtituitur pater, neque retinet vſumfructum, viriles ei inter filios (ſiue vnus, ſiue plures ſint) vſusfructus tribuimus portiones. Sin verò mulier moriens alios ex filijs emancipatos à patre, alios in patria poteſtate dimiſerit, in ‖ hoc ‖ caſu diſpari vtetur maritus defunctæ beneficio. quo caſu vtrique præſcripſimus: id eſt circa eorum quidem portionem qui adhuc in ſacris retinentur, vſumfructum ex legum auctoritate retinebit ‖ pater: ‖ & præmium delatæ emancipationis [g], cum volet, accipiet. In eorum verò parte quos exiſſe de poteſtate viua matre conſtiterit, vſumfructum virilis inter eos portionis ſecundum præſcripta percipiet. In nepotibus etiam vel neptibus hoc obſeruandum eſſe cenſemus, vt maritus qui vxore mortua non extantibus filijs cum ſolis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus eſt: ſi vnus vel vna pluréſve nepotes ex filio vno, vel pluribus qui in poteſtate defecerunt, procreati ſunt: hoc iure vtatur, quod de filijs cõſtitutum eſt. Nam licet hoc nouum præſens lex conſtituat in nepotes: non tamen ab re eſt, vt in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filij non ſinantur. Habeat igitur auus veniens cum nepotibus in poteſtate durantibus, vſumfructum bonorum omnium quæ ex defunctæ auiæ ſucceſſione delata ſunt. Cùm verò his quoque libertatem emancipatione largitur: ſimiliter & ab ipſis (ſicut de filijs conſtitutum eſt) ‖ præmium [h] manumiſſionis ‖ accipiat: vel ſi ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet: ex parte manumiſſorum legitimum præmium, ex parte verò in poteſtate manentium retineat vſumfructum. Quòd ſi nepotes ſint neptéſve, aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipſo auia viuente ſacris dimiſſi, idem auus virilis cum ipſis portionis habeat vſumfructum. Si verò ex nepotibus neptibúſve tempore quo in auiæ ſucceſſionem vocantur, alij in aui ſunt poteſtate, id eſt mariti defunctæ, alij ſui iuris ſunt: circa perſonas quidem eorum qui in poteſtate conſiſtunt, & in vſufructu conſequendo, & in emancipationis præmio conquirendo, ratio ſupradicta ſeruetur. In his verò qui ſui iuris ſunt, facultas capiendi vſusfructus virilis inter eos portionis habeatur. Eadem autem & de [a] pronepotibus vtriuſque ſexus ſancimus: manente definitione quæ de ſingulis ſancita eſt ſi filij ſint pariter ac nepotes. Datum 7. Id. Nouemb. Theodoſio XIII. & Valentiniano III. AA. Coſſ. 422.

*Pater per tranſitum ad ſecunda vota, non perdit vſumfructum ſibi quæſitum in reb. filiorum. Sal.*

4. Imp. *Leo* A. Calliſtrato P.P. per Illyricum.

OMnem ambiguitatis confuſionem amputantes, hac liquida & compendioſa lege ſancimus, circa vſumfructum maternarum rerum nullam eſſe differentiam, ſiue in priore matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, ſiue [b] nouercam filijs ſuperinduxerit: legibus quæ de maternis bonis latæ ſunt, ſuam habentibus firmitatem. Patres igitur vſumfructum maternarum rerum, etiam ſi ad ſecundas migrauerint nuptias, ſine dubio habere debebunt: nec vllam filijs, vel quibuslibet ex perſona eorum contra patres improbam vocem accuſationemque poſſe competere. Datum Kalend. Septemb. Anthemio Auguſt. II. Coſ. 468.

## DE BONIS QVÆ LIBERIS [c] IN poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio [d] vel aliàs acquiruntur, & eorum adminiſtratione,

## Tit. LX.

*Lucra nuptialia non quæruntur patri per filium, niſi quo ad vſumfructum, ſicut nec bona materna. Salyc.*

1. Impp. *Theodoſius & Valentinianus*, AA. ad Senatum vrbis Romæ poſt alia.

CVM venerandæ leges [e] vetuerint patribus iure poteſtatis acquiri quicquid eorum filijs auus auia, proauus proauia, à linea [f] materna venientes quocunque titulo contuliſſent: hoc quoque conuenit obſeruari, vt quicquid [g] vel vxor marito non emancipato, vel maritus vxori in poteſtate poſitæ, quocunque titulo vel iure contulerit, ſiue transmiſerit: hoc patri nullatenus acquiratur: atq; ideo in eius tantum cui delatum eſt, iure durabit. Datum 3. Idus Nouemb. Rauennæ, Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ. 426.

### *DE PROFECTITIIS.*

2. Iidem AA. Hierio præfecto prætorio.

COnſtitutionis [h] nouæ [i] capitulum clariore interpretatione ſancimus, vt quæ per filios, nepotes, pronepotes, itemq; filias, neptes, proneptes, quamuis in poteſtate ſint, minimè acquiri ‖ patri ‖ decreuimus, à marito vel vxore quocunque titulo collata, ſiue vltima transmiſſa voluntate: nullus ad id quoque pertinere exiſtimet, quod [k] ab ipſo parente datum, ‖ vel dotis ‖ vel ante nuptias donationis cauſa, pro vna ex memoratis perſonis præſtitum fuerat, vt minimè ad eum, ſi caſus tulerit, reuertatur. Proſpiciendum eſt enim, ne hac iniecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur: ſed vt his poteſtatis iure ad parentes reuerſis, cæterarum rerum quæ ex ſubſtantia ſpeciali coniugis ad ſuperſtitem deuenerant, quamuis idem in ſacris ſit, fructu [l] tamen ſolo atque vſu parentibus deputato, dominium ei qui à coniuge, vel quæ à marito meruit, reſeruetur: parente propter emancipationis beneficium, ſi voluerit, ſicut in maternis rebus, vel quæ per eandem lineam veniunt, præmium [m] habituro. Datum X. Kal. Mart. Felice & Tauro Conſſ.

*Filijſfamilias in lucris nuptialibus liberos ſuos habent hæredes. Bald.*

3. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

QVod [n] ſcitis prioribus continetur, nec à filia quæ in poteſtate eſt, donationem ante nuptias patri, nec à filio dotem acquiri, eo addito confirmamus,

[a] Poſſeſſor dicitur dominus competenti præſumptione.
[b] de bonis materni generis *l. 14. Co. Theod. de bonis maternis.* Bona materni generis filio delata patri adquiruntur nudo vſufructu: ideoque pater ea alienare non poteſt.
[c] *l. 1. ſ. eod.*
[d] Filius mortuo patre, bona materna, aut materni generis reliquis fratrib. non confert.
[e] qui ex patre ſint cohæredes, id eſt fratris cõſortes v. *Cuiac.* 18. *obſ.* 9. & ita legitur in *d. l. 4. C. Theod.* & in Baſilicis ἀπὸ τοῦ πατρός. Nam extraneis hæredibus certiſſimum eſt filios defuncti propria non conferre.
[f] 45. *Eclog.* 4. *c. 3. l. 8. C. Theo.* 18.
[g] Bonorum maternorum & materni generis vſusfructus filiofamilias delatus patri adquiritur *l. 1. 2. ſ. eo.* Quid ſi filius emancipetur? patris vſusfructus extinguitur. Pro præmio tamen emancipationis parens olim potuit retinere trientem pleno iure *l. 1. 2. C. Theod.* hodie ſemiſſem vſusfructus *l. 6. §. 3. j. titul. prox: l. vlt. j. de emancip. liber.* ad remunerandum beneficium emancipationis. quod & beneficium bonorum quærendorum dicitur in lege 1. *ff. ſi quis à parente manu.* Quid ſi huiuſmodi bona filio iam emancipato adquirantur? pater virilem in vſufructu conſequitur *vt hic.*
[h] id eſt trientem *l. 2. in f. infrà titul. proximo. l. 6. §. 3. infrà titul. prox. adde Cont.* 1. *lect.* 7. ſeu pretium §. 2. *Inſtit. per quas perſonas cuique.* quaſi diceret, virilem illam portionem vſusfructus, de quo hic agitur, patri cedere, non iure adquiſitionis (nec enim per liberam perſonam quidquam adquiritur) ſed tanquam munus lege oblatum reuerentiæ paternæ.

[a] Extenſio huius legis ad pronepotes vtriuſque ſexus.
[b] Pater ſecundis nuptijs vſumfructum ſibi quæſitũ in rebus filiorum non amittit *vt hic & Nouel.* 22. *c.* 34.
[c] quę filijsfamilias *Codice Theod. lib.* 8. *tit.* 10.
[d] puta ex caſu dotis, vel donationis propter nuptias, hæreditate, legato vxoris vel mariti *l. 1. 2. j. eo.*
[e] *Lex* 1. 2. *ſ. tit. prox.*
[f] *d. l. 1. & 2.*
[g] Lucra nuptialia liberorum non quæruntur patri, 45. *Ecl.* 4. *cap.* 5. fortè vſufructu tenus adquirũtur? vtique *l. 2. in fi. j. eod.*
[h] videtur eſſe pars legis vltimæ ſ. *de ſponſalib.*
[i] id eſt, præcedentis.
[k] Reſtrictio legis ſuperioris qua dictũ fuit, dotem aut donationem propter nuptias filij aut filiæ patri non quæri. hîc excipitur dos & donatio ꝑpter nuptias a patre profecta, *Eclog. d. loco, c.* 6.
[l] hinc colligũt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati vſumfructum ad patrem deferri.
[m] *l. 3. ſ. titul. prox.*
[n] Ex Nouella de paternis & maternis bonis. *titul.* 7: *Eclog. d. loco c.* 7.

vt defunctis his adhuc in poteſtate patris, ſi liberis extantibus moriantur, ad [a] liberos eorum eædem res iure hæreditatis, non ad patres iure peculij tranſmittantur, nec per nepotes auo videlicet acquirendæ. Sin autem idem nepos ſuperſtitibus tam patre, quàm auo paterno diem ſuum ſine liberis obierit: eorum dominium, quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius linea peruenerint, non ad auum, ſed ad [b] patrem eius perueniat, vſufructu videlicet in huiuſmodi caſibus auo (dum ſupererit) reſeruando. Datum VII. Id. Septemb. Conſtantinopoli, Theodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

*De bonis ex matrimonio quæſitis.*

4. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Erytrio præfecto prætorio.

QVæcumque res ad filium vel filiam, nepotes ſiue pronepotes vtriusque ſexus in poteſtate conſtitutos, ex priore, vel ſecundo, aut tertio, ſeu numeroſiore coniugio [c] peruenerint, ex [d] dote, vel quacunque donatione, ſeu hæreditate, vel legato vel fideicommiſſo: earum rerum vſque in diem vitæ ſuæ pater, vel auus, vel proauus vſumfructum habeant: eaſdem res quocunque modo alienandi [e], vel pignoris ſeu hypothecæ iure obligandi facultate ei penitus interdicta: dominio videlicet earum apud filios & nepotes ſiue pronepotes vtriuſque ſexus permanente, etiam ſi ex eodem matrimonio procreati non ſint, ex quo eædem res ad parentes eorum, qui quæve in poteſtate ſunt, fuerint deuolutæ: eo videlicet obſeruando, vt morientium fratrum ſororúmve portiones, qui quæve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitæ ſunt, primò [f] quidem ad liberos [g] eorum (vt dictum eſt) ſi tamen fuerint, deinde his non extantibus, ad ſuperſtites tantummodo fratres [h] vel ſorores eorum perueniant, aut ad ſuperſtitem, ſi ex ijſdem fratribus aut ſororibus vnus vnáve remanſerit. Omnibus autem qui ex eodem coniugio fuerint procreati, defunctis: tunc demum ad eos qui ex alio [i] ſunt matrimonio editi, eaſdem res pro virili peruenire ſtatuimus: nulla autem ex memoratis perſonis exiſtente, parentes [k] eorum eas percipere. Parentibus verò quorum ſub poteſtate ſunt, vſumfructum duntaxat habituris, memoratas res iure poteſtatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus: nõ prohibendis ijſdem liberis quandocunque ſui iuris fuerint, nulla temporali præſcriptione obſiſtente eaſdem res omnibus modis vindicare: niſi [l] fortè poſtquam poteſtate parentum eos contigerit liberari, tantum [m] temporis effluxerit, vt ex continua & inconcuſſa tenẽtis poſſeſſione eorum intentio excludatur. Datum V. Kal. Mar. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

*De bonis ex ſponſalibus quæſitis.*

*Sicut quæſita à marito vxor non acquirit patri niſi quo ad vſumfructum, ſic nec quæſita à ſponſo. Salyc.*

5. Iidem AA. Nepotiano magiſtro militum Dalmatiæ.

NOn ſine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cuius veſtra ſuggeſtio meminit, & germanum eius vertitur, magnitudo tua diuerſis legibus ex vtraq; parte prolatis, noſtram credidit conſulendam eſſe clementiam, cùm mulier diuerſis iuris lectionibus idem intelligi maritum & ſponſum [n] niteretur probare, germanus ‖ autem ‖ mariti nomen illi ſoli qui nuptias contraxiſſet, ex recitatione conſtitutionis [o] diuorum retrò principum Theodoſij & Valentiniani (qua cauetur, quicquid maritus vel vxor in poteſtate conſtituti, inuicem ſibi reliquerint, non patri acquiri, ſed ad eorum ius pertinere) imponere. Quamuis ergo ſignificatione nominis, maritus vel vxor poſt cœptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta eſt dubietas: attamen quia conſequens eſt ambiguas atque legum diuerſis interpretationibus titubantes cauſas benignè [p] atque naturalis iuris moderamine temperare: non piget nos in præſenti quoque negotio, de quo ſublimitas tua ſuggeſſit, æquitati conuenientem Iuliani tantæ exiſtimationis viri atque diſertiſſimi iuriſperiti opinionem ſequi: qui quidem de dotali prædio tractatu propoſito, idem ius tam de vxore quàm [q] de ſponſa obſeruari arbitratus eſt, licet lex Iulia de vxore tantùm loquatur. Qua ratione tam ſponſalitiã [r] donationem, quàm hæreditatem quam memoratus ſponſus ſuam ſponſam lucrari voluit, non acquiri patri, ſed ad eam peruenire, benignius eſſe perſpicimus. Datum Kalendis Iunij, Leone A. V. Coſ. 471.

*De aduentitijs.*

*Hodie bona vndecumq; quæſita, (dummodo non ex patris ſubſtantia) filiusfamilias non quærit patri niſi quo ad vſumfructum, exceptis caſtrenſib. vel quaſi. Salyc.*

6. Imp. *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prætorio.

CVm oportet ſimilem prouidentiam tam patribus quàm liberis deferri, inuenimus autem in veteris iuris obſeruatione multas eſſe res quæ extrinſecus ad filiosfamilias veniunt, & minimè patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis [a] bonis, vel quæ ex maritali [b] lucro ad eos perueniunt, ita & in his quæ ex alijs cauſis filijsfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris ſui vel aui vel proaui in poteſtate conſtitutus, aliquid ſibi acquiſierit [c], non ex eius ſubſtantia, cuius in poteſtate ſit, ſed ab alijs quibuſcunque cauſis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus ſuis ad eum perueniant: eas ſuis parentibus non † in plenum, ſicut antea fuerat ſancitum, ſed vſque ad vſumfructum ſolum [d] acquirat: & eorum vſusfructus quidem apud patrem vel auum vel proauum, quorum in ſacris ſit conſtitutus, permaneat: dominium autem filijsfamilias inhæreat, ad exemplum tam maternarum, quàm ex nuptialibus cauſis filiisfamilias acquiſitarum rerum. Sic etenim & parenti nihil derogabitur, vſumfructum rerum poſſidenti: & filij non lugebunt, quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt, ad alios transferenda aſpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos, quod etiam grauius multis eſſe videtur: exceptis [e] caſtrenſibus peculijs, quorum nec vſumfructum patrem vel auum vel proauum habere veteres leges concedunt, in his enim nihil innouamus, ſed vetera iura intacta ſeruamus: eodem obſeruando etiam in his peculijs quæ quaſi [f] caſtrenſia peculia ad inſtar caſtrenſis peculij acceſſerunt.

*Auth. ex Nouel. 117. c. 1.*

E*Xcipitur, quod eis datur vel relinquitur ab aliquo parentum, conditione hac adiecta, ne* [g] *ad patrem perueniat vſusfructus.*

*Authen. ex Nouell. 118. c. 2.*

I*Tem hæreditas fratris ſororisve, ad quam vnà* [h] *cum patre admittitur, & forſan ſi aliunde quæratur lege prædicta.*

*Authen. ex Nouell. 134. cap. 7.*

I*Dem eſt in his quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præſumentibus ſoluere matrimonium ſine cauſis lege definitis.*

*Finit Authentica.*

*Sequitur textus l. Codicis.*

1 ¶ Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, ‖ vt ‖ in ſucceſſione quidem earundem rerum quæ extrinſecus [i] filijsfamilias acquiruntur, iura eadem obſeruentur, quæ in maternis [k] & nuptialibus [l] rebus ſtatuta ſunt. 2 ¶ Non autem hypothecam [m] filijfamilias aduerſus res patris viuentis adhuc ſeu iam mortui ſperare audeant, nec [n] ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre: ſed tantummodo alienatione vel hypotheca ſuo [o] nomine patribus denegata, rerum habeat parens pleniſſimam poteſtatem, vti fruique his rebus quæ per filiosfamilias ſecundum prædictum modum acquiruntur, & gubernatio ‖ rerum ‖ earum ſit penitus impunita [p]: & nullo modo audeat filiusfamilias vel filia vel deinceps perſona, vetare eum in cuius poteſtate ſunt, eaſdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: vel ſi hoc fecerint, patria [q] poteſtas in eos exercenda eſt: ſed habeat pater vel aliæ perſonæ quæ ſuperius enumeratæ ſunt, pleniſſimam poteſtatem vti frui, gubernareq; res prædicto modo acquiſitas. Et ſi quid ‖ ex ‖ vſu earum pater, auus, vel proauus colle-

[a] Filijſfamilias in lucris nuptialibus liberos ſuos habent hęredes, id eſt, ad liberos trans feruntur eiuſmodi bona iure hæreditatis potiùs, quàm ad patrem iure peculij.
[b] Auus paternus, lucri nuptialis filiofamilias ſuo delati vſumfructum habet: matern' proprietatem.
[c] De bonis quæ ex matrimonio filij adquirũtur.
[d] *l.* 11. ∫. *cõm. de ſucceſſ.*
[e] *Verſ. Parentibus* j. *eod: l.* 6. §. 2. j. *eod. l.* 2. ∫. *de bonis matern: Nou.* 22. *c.* 24.
[f] Ad quos, & quo ordine deferãtur lucra nuptialia *l.* 7. *inſ. l.* 8. ∫. *de ſecũd. nup. Nouell.* 22. *c.* 26.
[g] de liberis.
[h] de fratrib' & ſororibus conſanguineis & vterinis ſimul.
[i] de fratribus conſanguineis tantum & vterinis.
[k] de parentibus.
[l] *l.* 1. §. *vlt.* j. *de annali præſcript.*
[m] *Nouel.* 22. *c.* 24.
[n] De bonis quę ex ſponſalib. filij adquiruntur.
[o] *l.* 1. *ſup. eod.*
[p] In ambiguo pro eo quod benignius eſt iudicatur.
[q] *l.* 14. j. *de fideicom. liber. l.* 18. 25. *ff. de legib. l.* 11. *ff. de ſeruit. ruſtic. l.* 10. *in f. ff. de reb. dubijs: l.* 3. *ff. de his quæ in teſtam. l.* 42. *ff. de pœnis l.* 55. 192. *l.* 155. *ff. de reg. iur.*
[r] Quemadmodum res quæſitas à marito vxor non adquirit patri niſi vſufructu tenus: ita & quæſita à ſponſo *adde l.* 4. *ff. de fundo dot.*

[a] *l.* 1. *ſup. eod.*
[b] *l.* 1. *inſi. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ſuprà eod.*
[c] Filijſfamilias aduentitiorum vſumfructũ patri adquirũt: aduẽtitiorum, inquã, exceptis caſtrenſib' & quaſi, §. 1. *ver. Quod nobis. verſic. Quæ .n. inutdia eſt, Inſti. per quas perſon. cuique.*
† Ius vetus abrogatur, de quo in l. 2. j. *de patria poteſtate.*
[d] §. 2. *Inſtit. de adquiſ. per adrog.*
[e] Exceptio regulæ ſuperioris de caſtrenſibus *adde l.* 7. j. *eod.*
[f] Secunda exceptio de quaſi caſtrenſibus.
[g] Filiofamilias relictum ne ad eius patrem perueniret, patri non quæritur.
[h] Quoties pater cõſortiũ proprietatis cum filiofamilias habet toties vſumfructũ in filij portione nõ habet.
[i] .i. aduentitiorum.
[k] *l.* 1. *ſup. eo.*
[l] *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *ſup. eod.*
[m] Pro rebus filij quas pater adminiſtrauit, ratione ſui vſusfructus filius hypothecã non habet.
[n] hinc colligunt, Patrem habere plenã adminiſtratione actu & habitu. habitu, quia admĩniſtrat. actu, quia rationẽ non reddit. Nũ pater rationes, ſeu inuentariũ bonorũ filij facere teneatur. V. *Mynſing.* 2. *obſ.* 39.
[o] Parentes bona liberorum non poſſunt alienare ſuo nomine: filiorum nomine, poſſunt.
[p] Quid ſi bona liberorum euertat? ſi vltro diſſipet puto auferenda *argument. l.* 22. §. 8. *Verſ. ſin verò dotem. ff. ſoluto: l.* 50. *ff. ad Trebell.* ſi negligentia non niſi magna ex cauſa.
[q] Patria poteſtas exercenda,

gerit: [a] habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc diſponere, & in alios hæredes tranſmittere: vel ſi ex earum ‖ rerum ‖ fructibus res mobiles vel immobiles, vel ſe mouentes comparauerit: eas etiam quomodo voluerit, habeat, & tranſmittat, & in alios transferat, ſiue extraneos, ſiue liberos ſuos, ſeu quamlibet perſonam. Sin autem res ſibi memorato modo acquiſitas parens noluerit retinere, ſed [b] apud filium aut filiam vel deinceps perſonas reliquerit: nullam poſt [c] obitum eius licentiam habeant hæredes alij patris vel aui vel proaui eundem vſumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias peruenit (vtpote patri debitum) ſibi vindicare: ſed quaſi diuturna [d] donatione in filium celebranda, qui vſumfructum detinuit, quem patrem ‖ eius ‖ habere oportuerat, ita cauſa intelligatur, vt eundem vſumfructum poſt obitum patris ipſe lucretur, parente ius exactionis quaſi ſibi debitæ à filio, qui vſumfructum conſenſu eius poſſidebat, ſuæ poſteritati vel ſucceſſioni minimè tranſmittente: quatenus in omni [e] pace inter ſe ſucceſſio eius permaneat, nec altercationis cuiuſdam (maximè inter fratres) oriatur occaſio. 3 ¶ Cùm autem Conſtantiniana lege [f] cautum erat, ſi filijfamilias ab his, qui eos in poteſtate habent, nexu paterno per emancipationem [g] liberentur, debere patrem tertiam [h] partem bonorum quæ acquiri non ſolent, quaſi remunerationis gratia à filio accipere vel retinere, & ex hac cauſa iterum pars non [i] minima ſubſtantiæ liberorum adimebatur: ſancimus huiuſmodi caſu interueniente, & emancipatione liberis impoſita, non tertiam [k] partem dominij rerum minimè acquiſitarum, ſed dimidiam † vſusfructus apud maiores qui emancipationem donant, reſidere: exceptis & in hoc caſu caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus tantummodo peculijs, quibus nihil ex hac cauſa diminuitur. Sic enim nec liberis cuiuſcumque ſexus aliquid dominij auferetur, & patribus amplioris patrimonij vſusfructus adſignabitur. Hoc obtinente & ſi [l] in emancipatione ſibi parentes hoc minimè ſeruauerint. [m] ſed ſpecialiter vel in emancipatione huic præmio renuntiauerint: vel donatione facta ſeſe & ab huiuſmodi beneficio alienauerint, & in liberos hoc tranſtulerint: manere apud eos etiam tacentes ius & beneficium vſusfructus retinendi: vt poſt obitum [n] eorum vſusfructus in omnibus memoratis cauſis ad eos perueniat, quorum dominium eſt ſcilicet, ſecundum quod iam diximus: in ſucceſſionibus eorum omnibus ſeruandis quæ ‖ de ‖ maternis & nuptialibus bonis conſultiſſimis legibus definita ſunt. 4 ¶ Sed cùm tacitas hypothecas tam veteres leges in quibuſdam certis caſibus introduxerunt, quàm nos in maternis [o] cæteriſque donationibus quas ſeruare neceſſe eſt, & dubitabatur ex quo tempore hypothecas competere oportet, vtrúmne ab initio, an ex eo ‖ tempore ‖ ex quo malè aliquid geſtum eſt: compendioſa narratione interpretamur initium [p] gerendæ vel deferendæ adminiſtrationis vel obſeruationis eſſe ſpectandum, & non tempus ex quo malè aliquid geſtum fuerit. Recitata in [q] nouo conſiſtorio palatij D N. Iuſtiniani. Datum III. Kalendas Nouembris. Decio viro clariſſimo Conſ. 529.

[a] Adquiſita per patrē ex vſufructu bonorū filij ad eundem delata, filio non adquirūtur, ideoque pater poteſt res ita adquiſitas prout voluerit, alienare.

[b] Pater vſumfructum ſibi debitū filiofamilias poteſt remittere *Vt hic.*

[c] Vſumfructum aduentitiorum filij à patre donatum filius nō confert.

[d] Baldus *hic num.* 4. videtur legiſſe *diurna*, eo ſenſu, Patrem filiofamilias ſuo diuturnū & diurnum donare poſſe. & hic quidem ſecundus eſt caſus (de priore iam prius dictum eſt ſ̄. *eod.*) quo pater filiofamilias donare poſſet. Tertius eſt de donatione propter nuptias *l.* 35. *ff. familiæ.* Quartus, qn̄ donat filio id quod donaturus eſſet extraneo *Nouell.* 92. *cap.* 1. Quintus, ſtudiorum cauſa, *Bald. hic.*

*Donata à principe Vel ab Auguſta, non quæruntur patri etiam quo ad Vſumfructum, ſicut nec caſtrenſia. Salyc.*

7. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

CVm multa priuilegia imperialibus donationibus iam præſtita ſunt, dignum incrementum & his conferre noſtra dignata eſt clementia. Si quis igitur à [r] ſereniſſimo principe vel à pijſſima Auguſta ſiue maſculus ſiue fœmina donationes ſit conſecutus vel conſecuta, ſiue mobilium, ſiue immobilium, ſiue ſe mouentium rerum, filiusfamilias tamen conſtitutus vel conſtituta, habeat huiuſmodi res omni acquiſitione abſolutas, & nemini eas acquirat, neque earum vſumfructum pater vel auus vel proauus ſibi vindicet: ſed ad [a] ſimilitudinem caſtrenſis [b] peculij omnem facultatem in eas filij vel filiæfamilias habeant. Vt enim imperialis [c] fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum. Dat. propoſita 12. Kalend. April. Conſtantinop. Lampadio & Oreſte V V. C C. Conſſ. 530.

[e] Ea parentis eſt voluntas, vt liberi poſt mortem viuant vnanimes.

[f] Cuius pars extat *l.* 1. ſ̄. *tit. proximo.*

[g] Emancipatio libertatis ſpecies. [h] V. *l.* 1. ſ̄. *de bonis mater.* §. 2. *Inſtit. per quas perſon. cuiq;.* [i] Tertia ſc. vnde colligunt, Tertiam partem minimam non eſſe, idq; eo magis, quod diuidi poſſit. [k] vt olim *l.* 2. *Cod. Theodoſ. de bon. matern.* † Hodie præmium emancipationis patri debitum, eſt ſemis vſusfructus bonorum filij: olim triens erat pleno iure *l.* 1. *l.* 2. *Cod. Theodoſ. de bonis matern.* [l] Superuacuè id proteſtatione quæri nobis putamus, quod de iure ſatis quæritur. [m] id eſt exceperint. [n] Omnino. ita vt pater reuocare non poſſit id, quod ſemel donauerit. [o] *l.* 12. §. 1. *Verſ. exceptis. infrà qui potiores.* [p] *l.* 6. §. 2. ibi, ex eo die quo eadem res ad eam peruenerit *l.* 1. ſ̄. *de ſecund. nup.* [q] V. *quæ dixi ad l.* 30. ſ̄. *de iure dot.* [r] Donata à principe vel Auguſta, non quæruntur patri etiam quod ad vſumfructum *adde l.* 26. ſ̄. *de donationibus inter virum.*

[a] Quod filiusfamilias à Principe accepit, quaſi caſtrenſe eſt.

[b] *l.* 6. ſ̄. *eod.*

[c] Imperialis fortuna omnes alias ſupereminet.

8. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm non ſolum in maternis rebus quæ filijsfamilias deferuntur, ſed etiam de alijs omnibus quæ acquiſitionem effugiunt (& maximè poſt nouellam noſtri numinis legem [d], ‖ quæ ‖ omnia quæ extrinſecus ad filiosfamilias perueniunt, ‖ & ‖ non ex paterna ſubſtantia ‖ ſunt, ‖ non eſſe acquirenda patruis ſtatuit, niſi tantummodo ad vſumfructum) variæ altercationes exortæ ſint, & varius euentus variusque continetur tractatus, & ſemper in iudicijs verſantur: neceſſe eſt vtiliter & apertiſſimè omnia dirimere. Sancimus itaque, in omnibus rebus quæ effugiunt quidem dominij acquiſitionem, ſed vſusfructus tantummodo patri offertur vel alijs parentibus à filiofamilias cuiuſcunque gradus vel ſexus, ſiue pater adire filiumfamilias integræ ætatis compellit, & ille reclamandum [e] exiſtimat, ſiue filiusfamilias adire cupit, & pater in contrarium inclinat: liberam habere licentiam, & patrem ipſum ſibi adire hæreditatem recuſante filio, & omne ſiue damnum ſiue lucrum in ſuam habere fortunam, nullo [f] ex hoc præiudicio filio generando. Siue econtrario patre recuſante [g] filius adire hæreditatem voluerit: nullam acquiſitionem, nec vſumfructum patri offerri, ſed ipſum filium ſibi imputare ſi quid ex hoc contigerit: nulla actione neque contra patrem danda, vbi aduerſus eius voluntatem filius hæreditatem, vel legatū vel fideicommiſſum, vel aliud quicquam ex quocumque titulo ſiue donationis ſiue contractus ‖ alterius ‖ ſibi acquirere maluerit: neque aduerſus filium ſimili modo actione extendenda, vbi recuſante eo pater ſua auctoritate hæc ſibi vindicet: huiuſmodi aditionis tramite ex præſenti lege patri competente: ſed habeat pater omnem licentiam & actiones mouere, & ab alijs pulſari, vbi ad eum totum commodum aduenit. Et filius ſimili modo in agendo & pulſando ſolus habeat & detrimentum & commodum: neceſſitate [h] per officium [i] ‖ iudicis ‖ patri imponenda [k] tantummodo filio conſentire vel agenti, [l] vel fugienti, ne iudicium ſine [m] patris voluntate videatur conſiſtere. Et hoc quidem, ſi plenæ ætatis filius eſt, qui paternam voluntatem ſequi non patitur. 1 ¶ Sin autem in ſecunda [n] ætate adhuc filius eſt, & hæreditate ei delata pater conſentire adeunti hæreditatem noluerit, vel patre volente ipſe reclamauerit: ſi quidem recuſauerit filius, licentiam damus patri ſimili modo hæreditatem adire, & eam pleno iure habere: his omnibus quæ ſuperius diximus, locum habentibus. Sin autem patre recuſante filius adire maluerit: damus quidem licentiam ei hoc facere. Nolente autem patre res filij gubernare propter cauſæ neceſſitatem: habeat [o] facultatem filius adire competentem iudicem, & ab eo petere [p] curatorem [q] hæreditati dari, per quem gubernatio rerum ad eum delatarum procedat: in vtroque caſu in integrum reſtitutionis auxilio minimè ei denegando. 2 ¶ Similique modo & in milite filiofamilias, cui recuſauerit aditionem hæreditatis, quæ ei ex [r] caſtrenſibus occaſionibus veniat: patri danda licentia adire hæreditatem, vt ad ipſum perueniat pleno iure, tam per vſumfructum, quàm per dominium eandem hæreditatem poſſeſſurum, quaſi ipſe pater ab initio fuiſſet hæres inſtitutus: eo videlicet ſubiacente omnibus oneribus hæreditarijs, & omnia commoda habituro, & ad filium nullo periculo redundante. Et hæc quidem in his caſibus obſeruanda ſunt, quibus diſcordia inter patrem & filium vertitur. 3 ¶ Vbi [ſ] autem in vnum voluntas eorum concurrit, & pater vſumfructum, & filius habeat proprietatem: & in agentibus & fugientibus pater qui-

[d] *l.* 6. ſ̄. *eod.*

[e] Si filius res ſibi delatas non vult adquirere, pater pleno iure eas adquirere poteſt, *Vt hic*, & è contra *Verſ. ſiue è contrario* j. *eod.*

[f] Cur ita? V. *l.* 1. §. 1. *ff. de ſucceſſorio: l.* 11. ſ̄. *de iure deliber. l.* 2. ſ̄. *de repudianda.*

[g] *l.* 6. *ff. de adquir. hæred.*

[h] Cum filiofamilias iudicium non conſiſtit ſine patris voluntate.

[i] Pater officio iudicis cogitur conſentire cauſa cognita.

[k] Iuſſu magiſtrat⁹ quod fit in iudicio metu fieri nō dicitur.

[l] Iudicium redditur in inuitum etiam actorē.

[m] Filiusfamilias non habet integram perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris.

[n] Prima ætas, impuberis §. 3. j. *eod.* Secunda, maioris 25. annis *Thalelæus hic.* [o] *l.* 8. *Verſ. ad defendendum. ff. de procuratoribus.* [p] Etiam abſente patre. [q] Nota de curatore hæreditati dato. [r] Caſtrenſem hæreditatem à filio repudiatam pater adire poteſt. [ſ] In his rebus in quibus pater vſumfructum habet, filius proprietatem, pater proprietatis filio competentis adminiſtrationem gerit *l.* 1. *Verſ. parentes.* ſ̄. *de bonis maternis.*

dem ſuſcipiat actiones, & moueat, cuiuſcunque ætatis filius inueniatur, adhibeatur autem etiam filiorum conſenſus, niſi adhuc in prima [a] ætate ſunt conſtituti, vel longè [b] abſunt: ſumptib[us] videlicet à patre propter rerum incrementa faciendis. cùm [d] enim nuda proprietas apud filium inueniatur, ex qua ſubſtantia poſſibile eſt eum ſumptus litis dependere?

4 ¶ Sin autem æs alienum [e] ex defuncti perſona deſcendit, cùm etiam apud veteres hæc eſſe ſubſtantia intelligatur, quæ poſt detractum [f] æs alienum ſuperſederit: habeat pater licentiàm ex rebus hæreditarijs (primum quidem mobilibus: [g] ſin autem non ſufficiunt, ex immobilibus) [h] ſufficientem partem nomine filij venundare, vt ilico reddatur æs alienum, & non vſurarum onere prægrauetur: Quòd ſi pater hoc facere ſuperſederit, ipſe vſuras [i] vel ex reditibus vel ex ſubſtantia ſua omnimodo dare compelletur. Sin autem legata vel fideicommiſſa, ſiue annalia, [k] ſiue ſemel relicta imminent huiuſmodi perſonis: ſi quidem tales reditus ſunt, qui ſufficiunt ad annalia legata: pater ex huiuſmodi reditibus hoc dependere compelletur. Sin autem non habeat ſubſtantia ſufficientem reditum ad legatorum vel fideicommiſſorum præſtationem, vel minimè reditus vel alias acceſſiones contineat, ſint tamen res mobiles vel immobiles, ſteriles [l] quidem, non tamen inutiles, veluti domus in prouincijs pretioſæ [m], vel vbicumque poſita ‖ ædificia, vel ‖ ſuburbana, ex quibus huiuſmodi legata poſſint explicari: licentia dabitur patri ſufficientem partem eorum ſimiliter filij [n] nomine vendere, & ſatisfacere legatis: hoc proculdubio obſeruando, vt & mancipia [o] ipſe vſufructuarius alere debeat, & omnia circa vſumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem poſſint deteriorem [p] facere: paterna reuerentia [q] eum excuſante & à ratiocinijs, & à cautionibus, & ab alijs omnibus quæ ab vſufructuarijs extraneis [r] a legibus exiguntur ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quam ſuper huiuſmodi caſibus tulimus.

5 ¶ Ipſum autem filium vel filiam, filios vel filias, & deinceps, alere [s] patri neceſſe eſt, non [t] propter hæreditates, ſed propter ipſam naturam & leges, quæ & à parentibus alendos eſſe liberos imperauerunt, & ab [u] ipſis liberis parentes, ſi inopia ex vtraque [x] parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo cauſis habeat licentiam ‖ rite ‖ [y] res filiorumfamilias vendere filij nomine: vel ſi emptorem non inuenerit ‖ rite pignori ‖ ſupponere, nullo modo licentia concedenda filijs eaſdem venditiones vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra [z] memoratas cauſas, res quarum dominium apud eorum poſteritatem eſt, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: ſed ſi hoc fecerint, ſcituris quòd neceſſe eſt eos in legum laqueos incidere, quibus huiuſmodi venditiones, vel hypothecæ ſunt interdictæ: exceptis [a] videlicet ‖ rebus ‖ mobilibus vel immobilibus illis, quæ onerosæ hæreditati ſunt, vel quocunque ‖ modo ‖ damnoſæ, quas ſine periculo vendere patri cum paterna [b] pietate licet: vt pretium earum vel in res [c] vel in cauſas hæreditarias procedat, vel filio ſeruetur. Filijs autem familias in his ‖ duntaxat ‖ caſibus, in quibus vſusfructus apud parentes conſtitutus eſt, donec parentes viuunt, nec de ijſdem rebus teſtari [d] eſt, deferri præcipimus permittimus, neque citra voluntatem eorum quorum in poteſtate ſunt, vlla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adſignare. Melius enim eſt coartare iuueniles [a] calores, ne cupidini deditì triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum [b] expectat patrimonium. Cùm enim (ſicut dictum [c] eſt) parentes alere eos ſecundum leges & naturam compellantur: quare ad venditionem rerum ſuarũ proſilire deſiderant?

6 ¶ Vbi autem puerilis ætas patri licentiam præſtat etiam ſine conſenſu filij hæreditatem nomine eius adire: ſi hoc fecerit ‖ pater, ‖ damus [d] quidem filio in integrũ reſtitutionem poſt quam patria fuerit poteſtate liberatus, vel adoleuerit: patrem autem ‖ omnibus ‖ oneribus hæreditarijs, licet nomine filij adijt, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hæreditatem adijt, qualem nec ipſe, nec nunc filius idoneam ſibi eſſe exiſtimat? Non autem filio damus [e] licentiam, ſi in integrum reſtitutionem petat, reſpuendam credens eſſe hæreditatem, adhuc minoribus curriculis inſtantibus, iterum per aliam reſtitutionem adire præfatam hæreditatem: ne ludibrio [f] leges ei fiant, ſæpius eandem & amplecti & reſpuere hæreditatem cupienti. Si enim quod pater fecit, ‖ filius ‖ ratum non habuit, & propter hoc reſtitutus eſt: quomodo ferendus videatur iterum iudicium amplectens, quod poſt patris voluntatem contraria affectione aſpernendum eſſe exiſtimauit: Sin verò pater quidem hæreditatem repudiauerit [g] infante filio conſtituto, ipſe autem filius poſtea vel adhuc in ſacris conſtitutus, vel patria poteſtate liberatus, adeundam eſſe crediderit eandem hæreditatem: licentiam damus ei, vel ſi ſui iuris efficiatur, tutoribus eius vel curatoribus hæreditatem adire, nullo præiudicio ex recuſatione paterna ei generando. ſimili modo & in hac parte nulla ei vel tutoribus vel curatoribus eius licentia concedenda contra priorem ſuam voluntatem in integrum reſtitutionem petere. Quæ & in legatis [h] & in fideicommiſſis tam ſpecialibus quam per vniuerſitatem relictis, & in alijs cauſis quas ſuprà enumerauimus, ſimilibusque eis, obſeruanda ſunt. In ſeruis autem qui filijs ‖ vel filiabusfamilias ‖ donantur, ſiue conſtante matrimonio, ſiue ab extraneis ſub ea conditione, vt ſtatim eos in libertatem perducant: nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim vſusfructus poteſt ei acquiri, qui momentarius [i] eſſe oſtenditur? Si enim in ipſo momento neceſſe habeat eum & poſſidere, & libertate donare, in talem hominem qualis vſusfructus patri poteſt acquiri?

[a] Cui ſecunda ſuboppoſnitur §. 1. s̄. eod.
[b] Abeſt quis maximè, cũ longiſſimè abeſt.
[c] Pater vſufructuarius proprietatis bonorum filio competentis, actiones ſuſcipere & excipere ſuis ſumptibus tenetur.
[d] In particulari vſufructuario id locum non habet, quemadmodum in vniuerſali, de quo hac conſtitutione agitur.
[e] Vſufructuarius vniuerſalis, æs alienum diſſoluere cogitur.
[f] Bona intelliguntur, detracto ære alieno l. 39. §. 1. ff. de verb. ſignific.
[g] Obſerua ordinem rerum alienarum diſtrahendarum.
[h] Immobilia à mobilibus diſtrahenda.
[i] Vſufructuarius vniuerſalis, vſuris proprietatẽ liberare cogitur.
[k] Vſufructuarius vniuerſalis legata præſtare cogitur ex reditibus.

[a] Iuueniles calores.
[b] id eſt euerſum.
[c] s̄. eodem in princ.
[d] l. 1. in fin. s̄. de filiofamil. min.
[e] leg. 41. ff. de minorib. Imò datur. l. 7. §. 9. ff. de minor.
[f] Ludibrio leges eſſe nõ oportet.
[g] l. 1. s̄. ſi vt omiſſ.
[h] Id eſt in lucro l. 7. §. 6. ff. de minorib.
[i] Momentarius vſusfructus vix eſt vſusfructus. Quaſi paria, non eſſe aut mox deficere. De momento vide Cuiacium cap. 1. de præſcriptionibus. adde l. 127. ff. de regul. iur.

## DE HÆREDITATIBVS DECVRIONUM [k], ‖ nauiculariorum, [l] cohortalium [m] militum, [n] & fabricenſium, [o] ‖

### Tit. LXI.

1. Imp. *Conſtantius* A. Maſtichiano præfecto annonæ. [p]

SI QVIS nauicularius [q] ſine teſtamento & liberis vel ſucceſſoribus defunctus ſit: hæreditatem eius non ad fiſcum, ſed ad corpus nauiculariorum ex quo fatali ſorte ſubtractus eſt, deferri præcipimus. PP. decimo quinto Kalend. Laſtronæ Conſtantio A. VII. & Conſtante Cl. Cæſ. Conſulib. 354.

2. Idem A. Bonoſo magiſtro equitum.

VNiuerſis [r] tam legionibus, [s] quàm vexillationibus, comitatenſibus ſeu cuneis inſinuare [t] debebis, vt cognoſcant, cùm ‖ eorum ‖ aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atque inteſtatus, ‖ ſi ‖ ſine legitimo hærede deceſſerit, ad vexillationem in qua militauit, res eiuſdem neceſſariò peruenire. Dat. VII. Id. Maij, Hierapoli, Rufino & Euſebio Conſſ. 347.

[k] l. 4. infrà eodem.
[l] leg. 1. j̄. eodem.
[m] leg. 3. j̄. eodem.
[n] l. 2. j̄. eod.
[o] l. vlt. infrà eodem. adde & Eccleſiaſticorum & monachorum l. 20. ſuprà de Epiſcopis: præfecti Prætorio leg. tertia infra de appar. præfect. prætor. conſortum liberalitatis principalis leg. 1. infra ſi liber. imper. ſoc. Harum enim perſonarum coniunctio fiſcum etiam excludit. [p] Meritò hæc conſtitutio ſcripta eſt ad Præfectum annonæ, quoniam ſub cura & diſpoſitione eius erat corpus nauiculariorum *Nouell. Valentiniani de nauicularijs.* [q] De nauicularijs. [r] *lege vnica, Cod. Theodoſ. de bonis milit.* [s] De eo qui in legione, vexillatione comitatenſi aut cuneo militat *lege ſexta, §. ſeptimo, in fine ff. de iniuſto.* [t] Hinc librarij caducariorum in caſtris *l. vltima, ff. de iure immunit.* qui rationes conſcribunt eorum, quæ morte militum in legionem cadunt.

[l] A ſterilium rerum alienatione inchoamus. [m] Quæ damnoſis ſimiles. [n] Vſufructu ad onera iniuncta exſoluenda non ſufficiente, proprietas delibari poteſt. [o] Vſufructuarius mancipia in quibus vſumfructum habet alere tenetur. [p] Vſufructuarius deteriorem proprietatem facere non debet. *leg. ſeptima, §. 12. ff. ſoluto.* [q] Pater à rationibus reddendis reuerentia paterna excuſatur *l. 6. §. 2. ſuprà eodem.* idem in orphanotropho *leg. 32. ſuprà de epiſcopis. adde Nouell.* 131. [r] Vſufructuarius rationibus obnoxius *adde leg. 1. ſuprà de vſufruct.* [s] *Vide l. 3. ſuprà de alend. liberis.* [t] Non propter lucrum quod à liberis parens accipit, ſed propter ipſam naturam & leges liberi à parentibus alendi ſunt. [u] Liberi parentes inopes alere coguntur *l. 5. §. 13. in fin. ff. de agnoſc. & alend. liberis.* [x] Alterutra. *Hal.* [y] Adhibitis ſolemnitatibus *vt infrà eodem.* [z] Quibus de cauſis parentes res liberorum non poſſunt alienare ſine ſolemnitate. [a] Nedum mobilia, ſed & immobilia onerosa & damnoſa, parens ſine ſolemnitate poteſt vendere. [b] Pietatis eſt paternæ bona filiorum non diſtrahere. [c] Quas in cauſas pretia rerum ad filiumfamilias pertinentium verti oporteat. [d] Filijfamilias proprietas rerum quarum vſusfructus eſt parentis, alienari non poteſt. *leg. tertia, lege vndecima, ſuprà qui teſtament. fac. leg. tertia,* j̄. *de patria poteſt.*

3. Idem

3. Idem A. Rufino præfecto prætorio.

SI quis cohortali [a] conditione grauatus, ſine teſtamento vel quolibet ſucceſſore vltimum diem obierit: ſucceſſionem eius non ad fiſcum, ſed ad cæteros cohortales eiuſdem prouinciæ pertinere iubemus. Dat. V. Kal. Ianuar. Limenio & Catulino Conſſ. 349.

4. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Florentio P.P.

INteſtatorum curialium [b] bona, ſi ſine hærede moriantur, ordinibus patriæ eorum adipiſci præcipimus. Dat. V. Idib. Mart. Florentio & Dionyſio Conſſ. 429.

5. Ijdem AA. & CC. Aureliano comiti rerum priuatarum.

SI quis fabricenſis [a] ſine liberis vel legitimo hærede deceſſerit non condito teſtamento: eius bona, cuiuſcunque ſummæ ſint, ad eos pertinere ‖ſancimus,‖ qui velut creditores [b] decedentium attinentur: qui fiſco pro intercepto reſpondere coguntur. Hoc enim facto cõtingit, vt & reipublicæ ratio ſalua permaneat: & fabricenſes collegarum ſuorum ſolatijs perfruantur, qui damnis ac detrimentis retinentur obnoxij.

*Codicis DN. Iuſtiniani perpetuo Auguſti repetitæ prælectionis liber ſextus explicit.*

[a] De cohortali, ſeu officiali præſide. Cohortales perpetui quidã erant in prouincijs: ſed vulgares & gregarij. Cohortalis apud Harme. ἀτελὴς & 45. *Ecl. 1.c.52.*
[b] de decurione.

[a] De fabricenſi. Fabricenſis autẽ is eſt qui in publicis fabricis militat.
[b] Nominatores, Græci χειροτονηταὶ *Cuiac. hic: & d.l.59.* ☞ *.de decurionib.*

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, EX REPETITA PRÆLECTIONE,

## LIBER SEPTIMVS.

## DE VINDICTA [a] ‖LIBERTATE‖, ET APVD concilium [b] manumiſſione,

### TITVLVS PRIMVS.

*Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, fauore libertatis non reſcinditur. Salyc.*

1. Imp. *Antoninus* A. Tertio.

EORVM qui apud concilium manumittuntur, poſt cauſam [c] à iudicibus probatam, & manumiſſionem ſecutam, non ſolet ſtatus in dubium reuocari, ſi dicantur falſa [d] demonſtratione liberati.

2. Impp. *Dioclet. & Maximian.* AA. & CC. Salluſtio.

NIhil ciuitati Romanæ ſemel præſtitæ, vel addere vel detrahere ſecundam [e] manumiſſionem potuiſſe, certiſſimum eſt. Dat. Prid. Kal. Maij, AA. CC.

3. Ijdem AA. & CC. Attonitæ.

NEc mulierem per maritum, nec alium per [f] procuratorem ‖vindicta‖ manumittere poſſe, non eſt ambigui iuris [g].

*Apud præſides & magiſtratus manumiſſio fieri poteſt. Salyc.*

4. Imp. *Conſtantius* A. Maximo præfecto prætorio.

APud concilium [h] ‖noſtrum,‖ vel apud conſules [i], prætores [k], ‖præſules [l],‖ præſides, magiſtratúſve earum ciuitatum quibus huiuſmodi ius [a] eſt, adipiſci poteſt patronorum iudicio ſedula ſeruitus libertatem.

### DE TESTAMENTARIA [b] manumiſſione.

### Tit. II.

1. Impp. *Seuerus & Antoninus* AA. Primo.

SI codicillos [c] maior viginti annis feciſſet, confirmationis tempus libertati non nocere certum eſt. nec enim poteſtas iuris ſed iudicij cõſideratur.

2. Ijdem AA. Phileto.

EX teſtamento defuncti libertates præſtari non poſſunt hæreditate [d] non adita, vel ſi rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, dãnata eſt.

*Reſtitutio ad aditionem hæreditatis, non obeſt libertati iam competenti. Sal.*

3. Ijdem AA. Euphroſyno.

LIbertas teſtamento ‖defuncti‖ data, adita hæreditate contingit: & licet hæres ſcriptus per in integrum reſtitutionem abſtinuerit [e] hæreditate, ‖tamen‖ nihil ea res libertati obeſt [f]. S. XVII. Kalend. Maij, Apro & Maximo Conſſ. 208.

*Sicut liber factus de ante geſto non tenetur reddere rationem, ſic nec eius hæres. Salyc.*

4. Ijdem AA. Archelao.

CVm teſtamento directam libertatem pater tuus ſit conſecutus: quamuis ei hæres extiteris, fruſtra tamen rationes quas [g] tempore ſeruitutis geſſit, vt reddas, compelleris, cum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem cui libertas ſeu fideicommiſſaria, ſeu directa, ſi [h] rationes reddidiſſet, relicta eſt: ante reliqua illata, & ea quæ malo conſilio amota ſunt, ad libertatem non poteſt peruenire. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus: poſt aditam hæreditatem quaſi puram libertatem conſequitur. Propoſita [i] VII. Kalend. Decembr. Læto II. & Cereale Conſulibus. 216.

[a] *dixi ad 40. ff. 2.* Vindictæ nomen deductum à vindiciæ *l. 2. §. 29. ff. de orig. iur. Theophil. §. καὶ τὰς Inſti. de libertinis: Seneca 3. controuerſ. 9.*
[b] alij ſcribũt conſilium, *l. 19. ff. eod.* ☞ *l. 2. l. 4.* ☞ *. eod. l. 2.* ☞ *. de libertis & eorum liberis l. 2.* ☞ *. ſi aduerſ. libert.* Cõſilium qd ſit v. Vlpiani 1. §. 3.
[c] *l. 9. §. 1. l. 16. ff. eod.*
[d] Falſa demonſtratio manumiſſioni non nocet *facit d. §. 1. ad de §. 6. Inſtit. quib. ex cauſ. manumit.*
[e] Vindicta manumiſſio non iteratur *hoc loco:* vt hinc colligas, Manumiſſionem vindicta olim legis actionem fuiſſe *l. vlt.* ☞ *. eod. l. vlt.* ☞ *. de his qui à non domin.* nec fit etiam per procuratorem *l. 3.* ☞ *. eo.* Hodie non numeratur inter legis actiones *leg. 77. ff. de regul. iur.* & meritò, ſublato vſu imponendæ vindictæ & verbis ſolennibus *l. 8. l. 23. ff. eodem:* circumductionibus & alapis *l. vlt.* ☞ *. de emancipat. liber. adde l. 2.* ☞ *. de ingenuis.* [f] Vindicta manumiſſio non fit per procuratorem, ſimplicem ſc. non in rem ſuam *l. 4.* ☞ *. de dote. l. 7. in ſi. ff. de donat. inter vir. l. 64. ff. ſoluto.* ſic in antiqua inſcriptione, Priſcus manumiſſus ad conſilium procuratorio nomine apud Domitianum Imperat. Cauſa quoq; manumiſſionis per procuratorem reddi poteſt *l. 15. §. 3. ff. eodem.* [g] Cur ita? Nemo alieno nomine lege agere poteſt *vide Cuiac. 7. obſ. 17.* [h] *l. 1.* ☞ *. eod.* [i] *l. 1. ff. de offic. conſulis: l. 4. §. 5.* ☞ *. de aduocat. diuerſ. iud.* [k] *l. 1. ff. de officio prætoris.* [l] deeſt in multis, & ita diſpungenda vox *Eccleſia* apud Caium 1. *tit.* 1. §. 2. legendum eſt fortè proconſulis *vt l. 17. ff. eod. l. 2.* ☞ *. de off. proconſul. Vlpia.* 1. §. 7. niſi id referas ad eas manumiſſiones quæ in eccleſia fiebant *l. 1.* ☞ *. de his quæ in eccleſ. manumitt. l. vni. Cod. Theod. de manumiſſ. in eccleſia.*

[a] id eſt, qui legis actionem habent *Paul. 2. ſent. 25. §. 4.* habent, inquit, non quia municipales ſunt magiſtratus: ſed quia eis data eſt lege vel Senatuſconſulto vel cõſtitutione *leg. 6. §. 2. ff. de tutelis:* vt aduerſus Robertum ſcribit Mercator 1. *Not.* 21. apud eoſdem lege municipali alienigenæ liberos ſuos potuerunt emãcipare *l. 1.* ☞ *. de emancipat. liber.* quomodo & Vlpianus in peregrinis manumittendis legem peregrinam ſpectat. *dixi ad l. 2.* ☞ *. eod.*
[b] *dixi ad 40. ff. 4. adde Vlp. 1. §. 9. Cai. 1. §. 1. §. 2. Inſtit. de libertinis.*
[c] *adde l. 43. ff. eod.*
[d] *l. 23. ff. eod. l. 1.* ☞ *. de fideic. libertat.*
[e] *l. 32. ff. eod.*
[f] nec reuocatur *dicta lege 32. leg. 4. §. 2. ff. de fideicom. libert.* [g] ſicut liber factus de ante geſto non tenetur rationem reddere, ita nec eius hæres *lege prima ſupr. an ſeruus ex ſuo facto.* [h] *l. 41. §. 11. ff. de fideicommiſſ. libertatibus.* [i] aut falſa inſcriptio, aut vitioſa ſubſcriptio. Hi enim conſules fuerunt Antonino ſolo imperante.